YALE

HISTORICAL PUBLICATIONS

MANUSCRIPTS AND EDITED TEXTS

III

PUBLISHED UNDER THE DIRECTION OF THE

DEPARTMENT OF HISTORY

ON

THE JOHN E. PARSONS FOUNDATION

BRACTON
DE LEGIBUS ET CONSUETUDINIBUS ANGLIÆ

Edited by

GEORGE E. WOODBINE

VOLUME TWO

New Haven: Yale University Press
London: Humphrey Milford
Oxford University Press
MDCCCCXXII

Printed from type, June, 1922, 400 copies

BRACTON
DE LEGIBUS ET
CONSUETUDINIBUS
ANGLIÆ

PREFACE

THIS volume contains nothing but the Latin text, with variant readings, of a portion of Bracton's book. When the first volume of the work was published, and for some time afterwards, it was hoped that a commentary might accompany each portion of text. But the amount of commentary necessary for anything like an adequate treatment of Bracton's subject-matter bulked so large that it was thought expedient to reserve that feature of the work until the publication of the entire text should make it possible to devote a whole book, if necessary, to commentary alone. The explanation of the arrangement of the text as here given will be found in Vol. I, 45-50, 60-61.

The object of this volume is to present, as nearly as may be, the text of the *De Legibus* as it finally left Bracton's hands. This does not at all necessarily mean the making of what might be considered the best text from the standpoint of law or history or language, on the basis of everything and anything which may be found in any and every MS. All the MSS. have been emended in places more or less numerous to make better, or supposedly better, sense or more grammatical constructions. But the original cannot be reconstructed merely by emendations and arbitrary selections from the variant readings. In the first volume it was pointed out that for at least the larger portion of the text there were three principal traditions. It is on the basis of these traditions, and not on the readings of individual MSS., that the restoration of the original text must rest. That there were mistakes of one kind or another in Bracton's own copy of his treatise is more than likely; it was a text of great length, and left unfinished at his death; under the circumstances in which it seems to have been composed it would have been practically impossible for him to have handed down to posterity a perfect piece of work. Consequently, it need cause no surprise that the readings which on the authority of the MSS. must be accepted as Bracton's own, are not always what, from the context, we might expect or desire. For the most part we have devoted but little space to emendations, passing by what are clearly mere corrections in individual MSS., and inserting but few of our own. It has seemed preferable to discuss troublesome readings in the commentary, rather than on insufficient manuscript authority to alter them in the text.

In so far as the MSS. would permit it we have kept the text of the printed editions; no innovations have been made merely for the sake of change. Yet the present text is so different from the older text in so many particulars that the two are very unlike. A study of the variant readings given in our footnotes will show, contrary to what has hitherto been generally believed, that the unknown editor of the first edition did, as he said, consult a good many MSS., unless—what is hardly probable—his text happened to be taken from a MS. which had been compared with many other MSS., and in which many emendations had been made. It is apparent at once that at one time the old text (we designate it by the letter V) follows one tradition as a basis, and at another time another. It is very evident, too, that in many places a deliberate choice of readings has been made between conflicting traditions; less frequently, conflicting readings have been combined into one. Usually the readings of V which stand alone against the MSS. collated for our text have not been given in the footnotes. They are far too numerous to permit of this. Where V agrees with one group of MSS. as against another group, the reading of V is often indicated for the purpose of showing the probable source of that reading. In a single instance or two the reading of V has been retained though not supported by the MSS. collated—this fact being duly noted and the reason for it being obvious.

No attempt has been made to give all the variant readings in all the MSS. collated. Even the best of MSS. often differ from the text in places where the decided agreement of the other MSS. proves the text to be correct. The recording of all the variant readings of all the MSS. used would make an unweildy mass of immaterial facts as unnecessary as it is undesirable. It was shown in the first volume that with some few exceptions, which are self-evident, only those variant readings which represent groups of MSS. or text traditions are important in determining Bracton's text. This being so, and because the actual reading of any single tradition is seldom in doubt, it seemed only necessary in most places to give merely those variants which have the authority of the group behind them. Without the curb of this limitation the references made to the MSS., now more than twenty-three thousand in number, would have been at least doubled.

On the basis of the pedigree worked out in the first volume—to which the reader is referred—the following MSS. were selected as representing the three main text traditions there indicated: OA, OB, OC, MA, MB, MC, MG, CE, CM, LA, Y. These have been used throughout; from time to time reference has been made to other MSS. We may note in passing that the assertions made in Vol. I in regard to pedigree have been fully borne out by the more extensive collation of these MSS.

A word of explanation is demanded by the rubrics. Whether or not Bracton himself wrote the rubrics, and whatever may have been their position and importance in the original MS., all the MSS. now extant have them. Therefore in reproducing this feature we are making the text appear as it must practically always have appeared to users of Bracton MSS. from the beginning. It was planned to give variant readings for the rubrics as for the text, but the plan was abandoned after the necessary collation had shown that the use of the large amount of space which would be required to indicate the results of this collation would not be justified by the confused and indefinite character of these results. A few facts in regard to the rubrics should be kept in mind, however. Not every MS. has a table of rubrics at the beginning; in many MSS. the kalendar has been copied from a source different from that of the text, the rubrics of the kalendar agreeing with one tradition and those in the text with another; even when seemingly from the same tradition, the rubrics in the two places may vary greatly; in but a very few of the MSS. do the rubrics in the kalendar agree with those in the text. In different MSS. the same rubric may be used for different places in the text—places near together or far apart. It did not seem necessary to indicate where these breaks in the text occurred in individual MSS., some of them being clearly accidental, and the MSS. for the most part being in harmony as to where the breaks and the rubrics should come.

For the *addiciones*, the list in Vol. I, 372-422, should always be consulted in connection with the text as given here. The preparation of this second volume has resulted in the discovery of a very few more additional passages which may be added to that list. These are all given in the text and have been marked in the usual way. It is hardly necessary to warn those interested in the subject that the significance of the variant readings given for the *addiciones* can often be understood only by recalling the fact that it is not unusual for a MS. to have its text from one tradition and its *addiciones* from another.

It is to be hoped that the attempt now under way to bring about a uniform orthography in the editing of medieval Latin texts will be successful. Hitherto there has been considerable feeling on that point but no uniformity. In the absence of a well-recognized and authoritative set of rules, the matter resolves itself largely into a question of expediency for each editor. Or the situation may be controlled by the nature of the document or the manuscript material. Where a medieval Latin document or text existing in only a single MS. is to be printed, all the arguments are in favor of making an exact reproduction of that MS. The situation is not at all the same where the text to be edited is found in scores of MSS. of different

periods and characteristics. From the standpoint of orthography, the same editor may adopt different plans in different circumstances. A good illustration of this is to be found in the case of *Bracton's Note Book* and *Bracton and Azo.* The first of these had to do with a single MS.; it was printed with its medieval word forms intact. The second was concerned with two medieval texts, each found in many manuscripts spread over several generations. Here the modern spelling of Latin words was used. To us there seems nothing illogical in this difference between the two books. Were Bracton's own copy of the *De Legibus* available, we should insist on its being reproduced as the single MS. of the *Note Book* was reproduced. But Bracton's original MS. has disappeared; we are under the necessity of using a considerable number of MSS. in place of it; we are confronted with all the vagaries of medieval spelling and punctuation. We are able to restore with practically no misgivings the important thing, Bracton's own words; yet often we can not feel at all certain as to the exact form of these words as they left his pen. When in one and the same place among the oldest surviving descendants of the original MS. we find the same word spelled in three, four, five, or even six different ways, we may well hesitate to ascribe to Bracton himself any single one of these forms. Under all the circumstances that have to be taken into consideration, it has seemed best to us to follow in general the plan adopted by all the editors of Bracton's treatise in the past. We have therefore given classical or premedieval words their now generally accepted form. For purely medieval words we have chosen that form most usually found in the MSS.

One word should, perhaps, be referred to in particular. For the dative and ablative plural of the demonstrative pronoun the MSS. give either *eis* or *hiis,* the forms *iis* and *his* never occurring (except, infrequently, *his* for *is* in the nominative singular). From the fact that *hee* (*eæ*) and *heedem* (*eædem*) are the usual manuscript forms of these words, it might seem that *hiis* was meant for *his.* Yet the *his* of the Roman law passages quoted verbatim by Bracton invariably becomes *hiis* in the MSS. of his work; in these and other MSS. from the same period *hiis* regularly occurs where we should expect *his;* the *his* found in the earlier (late XIIth-early XIIIth cent.) MS. of Glanvill becomes *hiis* in the later (late XIIIth-early XIVth cent.) MSS. of the same treatise. We have therefore uniformly given to the *hiis* of the MSS. the form *his.*

Though we could not impose upon the kindness of our colleagues by asking them to undertake the thankless task of reading proof for this volume, we have nevertheless not hesitated to ask their advice at sundry times in regard to matters connected with it. For the help freely and gladly given we again tender our thanks. We are especially indebted to Professor

George Burton Adams and to Professor Charles McLean Andrews for the many-sided assistance that has come from a continued and sustained interest in the work.

To the Yale University Press we owe thanks for a co-operation at once kindly and efficient. We would express our appreciation of the excellent work done by the printer at every stage, and we take this opportunity of thanking his proof reader for saving us from many a careless slip.

The Librarian of Yale University, Mr. Andrew Keogh, has our sincerest thanks for the courtesy and generosity which has enabled us to do, to the very best advantage, a large part of the work of this volume in the University Library.

G. E. W.

New Haven, Conn.
May, 1922.

Om.	denotes an omission.
—	(within parentheses) denotes an omission.
+	denotes an addition to the text as originally written.
*	denotes a deletion.
[ ]	words or letters within square brackets are not found in the MSS., but seem to be demanded by the context.
< >	*addiciones* or doubtful passages are enclosed in angular brackets.
MSS. var.	denotes that various MSS., irrespective of family groups, have a certain reading.
	In the kalendar the rubrics are numbered for the full folios only.
	The foliation of the first edition has been indicated in the margin thus, f. 83b].

KALENDARIUM

De sacramento quod rex facere debet in coronatione sua.
Ad quid creatus sit rex, et ordinaria iurisdictione.
F. 108 Item ad quid iustitiarii, et iurisdictione delegata.
De differentia iustitiariorum.
De potestate iustitiariorum.
Qualiter et quando finiatur eorum potestas et iurisdictio.
Qualiter constituendi sunt iustitiarii ad itinerandum de comitatu in comitatum generaliter ad omnia placita vel ad specialia.
F. 109 De sacramento quod iustitiarii facient cum iustitiariam receperint.
Breve uni eorum clausum.
Breve omnibus iustitiariis simul quod erit eorum warantum, et publice legetur in comitatu patens.
Breve de eodem omnibus iustitiariis simul patens.
Breve clausum vicecomiti quod venire faciat coram iustitiariis omnia placita.
Breve de generali summonitione clausum.
Breve cum ipsi iustitiarii fecerint summonitionem nomine proprio et per breve suum.
F. 110 Item omnibus quatuor iustitiariis simul ubi constituuntur ad specialia et non ad omnia placita.
Breve clausum vicecomiti quod venire faciat assisam.
Si autem quatuor constituantur milites iustitiarii ad unicam assisam capiendam.
Breve de eodem vicecomiti clausum quod venire faciat assisam.
F. 111 Si iustitiarius de banco solus constituatur et quod assumat.
Breve vicecomiti clausum de eodem.
Breve si de banco transferatur assisa usque ad comitatum ad certos iustitiarios.
Breve clausum de eodem vicecomiti dirigendum.
Si assisa transferatur a quatuor iustitiariis usque ad iter iustitiariorum extra comitatum cum in comitatu incepta fuerit.
Breve de constituendo iustitiarios ad inquisitiones faciendas super contentionibus ad querelam.
Breve vicecomiti clausum super eodem.
F. 112 In adventu iustitiariorum de ordine proponendi actiones et eorum officio.
Breve ne quis implacitetur sine brevi et præcepto domini regis.
De ordine actionum.
F. 113 Quod prius agendum est super possessione quam super proprietate.
Fallit in quatuor casibus.
F. 114 De actione vi bonorum raptorum triplici.

Si clericus captus fuerit pro morte hominis et petatur curia christianitatis de eo, qualiter committendus erit episcopo, et qualiter episcopus debeat eum custodire.

Cum in curia christianitatis defecerit in purgatione.

F. 124 Si ordinarius noluerit ei purgationem indicere cum sit ei liberatus, tunc fiat ei tale breve.

De custodia reorum qui sunt in prisonam mittendi et qui per plegios dimittendi, et de fractione carceris.

De criminosis qui statim fugiunt post feloniam, et tunc qualiter secta fieri debeat post tales, et quorum quidam sunt in franco plegio et quidam de manupastu alicuius.

Ad visum de franco plegio.

F. 125 Qualiter reus criminosis sit requirendus, et si non venerit qualiter utlagandus.

Cum malefactor fugam ceperit, qualiter interrogandus erit in comitatu et de comitatu in comitatum, et qui sequi debeant et possint.

Item quis utlagari possit et debeat.

Minor non.

Qualiter quis sequi debeat et ad quot comitatus.

Cum fuerit interrogatus ante utlagationem poterit se ponere in prisonam et respondere appellantibus et excipere contra appellum.

F. 126 Si sectam resumere noluerit, sine secta non procedatur ad utlagationem.

Item quæ causa utlagationis subesse debeat vera vel præsumptiva.

Causa præsumptiva.

Item si nulla subfuit causa.

Item si plaga non fuit periculosa.

Si quis fuerit utlagatus ob nullam causam vel minus rationabilem, fiat ei gratia maior quantum ad inlagationem.

F. 127 Item poterit utlagatio pronuntiari nulla et fiat breve regis super hoc, et nulla dici poterit multis rationibus.

Quæ dici poterit nulla et quibus rationibus, quia minus rite facta.

Item nulla dici poterit in casibus subscriptis.

Si tam ille de forcia quam ille de facto fugerint, et utlagatur quis tam propter factum quam propter forciam, et e contrario.

F. 128 Qualiter et quando pronuntiari debeat utlagaria de facto et quando de forcia, an statim et eodem die diversa opinio.

Si ille de forcia præsens sit et ille de facto fugerit, vel si uterque.

Si quis in quarto comitatu velit manucapere non audietur.

Ille de forcia non est interrogandus donec factum convincatur.
Cum autem uterque præsens fuerit et ille de facto convictus, qualiter sit procedendum contra illum de forcia.
Quid utlagatus forisfaciat per utlagationem.
Cuthutlaghe qui scienter talem receptaverit.
Si non fugerit nec se defenderit.
Sola fuga inducit.
F. 129 Item ea quæ legis sunt.
Item ea quæ iuris sunt.
Item nulli tenetur nec aliquis ei.
Item forisfacit actionem.
Item dissolvit donationes, venditiones, et omnes contractus et obligationes.
Item catalla sua sunt regis.
Si terram liberam habuerit, statim capiatur in manum regis.
Breve de inquisitione facienda si extiterit in manu regis per tantum tempus.
Breve de restituenda terra domino capitali post annum et diem.
Aliud breve de eadem materia de restituenda terra.
Si terra data in maritagium cum filia alicuius de hereditate materna extiterit in manu regis per annum et diem, per feloniam quam vir ipsius filiæ fecerit, breve de restitutione.
Breve, si rex alienaverit infra terminum suum vel ballivi sui.
F. 130 Item aliud breve de eadem materia.
Si donationem fecerit ante convictionem vel post.
Nihil forisfacit antequam fuerit convictus.
Quod terra felonis revertatur ad capitales dominos pro defectu heredum quia inde processit.
Sed quid dicetur de hereditate uxoris cum vir fuerit utlagatus, an sit statim restituenda?
F. 131 Qualiter utlagati post utlagationem ex causa admittuntur ad pacem.
Breve quod dominus rex perdonat fugam et utlagariam omnibus ballivis dirigendum de tempore suo.
Aliud breve, quod rex perdonat quantum ad ipsum pertinet utlagariam factam tempore patris sui.
Item quod rex perdonat utlagariam quia tempore quo appellum factum fuit, ipse appellatus in alio comitatu appellatus de eadem roberia rex remittit.
F. 132 Si quis falso coram iustitiariis fuerit indictatus, et postea se reddiderit prisonæ regis, remittit rex utlagariam.

Item si ille qui interfici debuit sanus et vivus redierit.

Breve de eo qui interfici debuit, si sanus et vivus revertatur.

De inlagatione et ad quæ restituatur inlagatus.

Iudicanda erit causa primo ante inlagationem pro qua fuit utlagatus, ut facilius admittatur ad pacem secundum causam utlagationis.

Item nulla omnino causa.

Non restituitur quis nisi tantum ad pacem.

Item iuste utlagatus et rite non restituitur nisi tantum ad pacem quod ire possit et redire et pacem habere, et ad actiones restitui non potest nec ad alia, quia est quasi infans modo genitus et homo quasi modo genitus.

F. 133 Quid felo forisfaciat.

Item restituuntur legi maxime in criminalibus, quod ipsi aliis respondeant, et alii ipsis non. In civilibus vero ipsi aliis.

Rex remittit eis suam sectam sine præiudicio aliorum.

Si sit qui versus eum loqui voluerit cum fuerit inlagatus, oportebit quod versus ipsum loquatur per verba appelli.

F. 134 Item si antenatus filius ex pluribus feloniam fecerit in vita patris, et fuerit utlagatus in vita patris.

Cum utlagatus captus fuerit, non alicui licitum est eum interficere nisi in ipsa captione se defendat.

Aliquando poterit rex de sua gratia vitam concedere restitutis.

De homicidio quod palam et pluribus astantibus perpetratum est, et postea de homicidio quod nullo præsente perpetratum est, et quod dicitur murdrum.

Quæ causa inventionis murdrorum.

Quid dicitur murdrum.

F. 135 Qualiter patria excusatur a murdro.

Si interfector captus fuerit nullum erit murdrum.

Si mortui fuerint per infortunium.

Item si in mari vel eius ripa.

Si mortuus ignoretur licet Anglicus, murdrum erit.

Qualiter debeat murdrum præsentari secundum consuetudinem diversorum comitatuum. In quibus vero comitatibus præsentatur sic.

Pro Anglico vero et de quo constare possit quod Anglicus sit, non præsentatur Englescheria.

Si autem dubium fuerit utrum Anglicus et utrum parentes producti eius sint vel non.

Si malefactores fugiant ad ecclesiam, qualiter debeant regnum abiurare si cognoscant latrocinium et feloniam.

F. 186 De sacramento qualiter debent regnum abiurare.

Quod non debet morari in ecclesia per quadraginta dies, et si velit quid tunc agendum sit.

De divisione exiliorum.

De homicidio per infortunium et casuali.

De illis qui capti sunt, quod non debent spoliari bonis suis sed debent inde sustentari.

Quod de bonis suis sustententur.

F. 187 Qualiter captus produci debeat coram iustitiariis.

Si sit aliquis eum appellet.

Habet potestatem eligendi quod ponat se super patriam, vel se defendat per corpus suum.

Quod in duello iungendo iustitiarius debet omnia diligenter examinare.

Vadiatio duelli, et si appellatus victus fuerit vel appellans.

In casu non est necesse probare per corpus neque per patriam, ubi præsumptio violenta facit contra appellatum.

Ne quis extraneum hospitetur nisi de clara die.

F. 188 De quibus loqui debeat appellans in appello suo.

A. appellat B. per talia verba de morte fratris sui, et si ipse defecerit, tunc per talem, et ita quod sint plures de uno et eodem facto.

Item possunt plures appellari sicut unus de morte alterius.

Verba appelli de morte fratris vel alterius. Item et de forcia.

Appellum de forcia.

Qualiter debent appellati defendere.

Si duellum declinare voluerit per hoc quod transiit ætatem.

Si omnia concurrant quæ iungunt appellum statim vadietur duellum.

Si plures appellaverint unum, sed de diversis factis sicut de diversis plagis.

F. 189 Si ante duellum percussum omnes appellantes mori contingat.

Si appellatus victus fuerit de facto, tunc demum procedatur versus alios de forcia et præcepto.

Si plures unum appellaverint de morte alicuius de pluribus plagis.

Si unus plures appellaverit de diversis plagis mortalibus.

Appellatus det vadium defendendi et appellans det vadium disrationandi.

Sunt quædam exceptiones quæ generales sunt ad omnia appella et

quædam speciales et diversæ, secundum diversitatem placitorum et appellorum.

Prima exceptio et generalis in omni appello de secta, si bene et secundum legem terræ facta sit.

F. 140 Si de recordo inter iustitiarios contentio habeatur, tunc quid agendum sit.

Non potest quis in appello suo variare nec appellum mutare. Poterit adicere et accrescere appellum et non minuere.

Contra appellum poterit excipere appellatus. Exceptiones contra appellum.

F. 141 Exceptiones quod appellum non iacet.

Si appellans se retraxerit: aliud est si defaltam fecerit.

Cum nulla sit exceptio, tunc statim vadiatur duellum.

Forma sacramenti talis est.

Facto sacramento ex utraque parte, statim committatur defensor duobus militibus.

F. 142 Sacramentum faciendum in campo.

Fiat bannus regis.

Si appellatus victus fuerit.

Si appellans in campo se retraxerit.

Cum omnes de facto victi fuerint, tunc procedatur contra eos de forcia.

Sacramentum faciendum ab appellante.

Si appellans de facto victus fuerit vel se retraxerit, illi de forcia per hoc liberantur.

Si primo appellans de facto mortuus fuerit vel defaltam fecerit.

Rex potest procedere ex officio suo.

Item defenditur quis ab appello propter mahemium.

F. 143 Si mulier per vim oppressa.

De indictatis per famam patriæ ex suspicione.

Diligenter inquirendum a quibus didicerint id quod dicunt, quia quidam mentiuntur per odium, quidam propter cupiditatem.

Debet a iustitiariis dici ei qui suspectus habetur, quod omnes a iurata amoveat quos aliqua sufficienti ratione suspectos habuerit.

Quod villatæ iurabunt per se vel omnes simul erectis manibus.

Forma sacramenti hæc est.

Verba quæ a iustitiariis proponenda sunt post sacramentum factum.

Generalis forma observanda in sacramentis coram iustitiariis faciendis.

F. 144 De pace et plagis factis contra pacem.
Verba appelli.
B. venit et defendit.
Duellum: et B. det vadium defendendi et A. disrationandi.
Vicecomes cum coronatoribus testatur.
Declinatur quandoque huiusmodi appellum per exceptiones: ideo de exceptionibus.
Sed quid dicetur de eo qui virilia abscidit alicuius?
Appellum de plagis et mahemio.
B. defendit.
F. 145 Iudicandæ sunt plagæ ut si sit ibi mahemium.
Quid dici debeat mahemium.
Item si deformitas et non mahemium.
Appellum de pace et imprisonamento.
Verba appelli.
B. venit et defendit.
De exceptionibus contra huiusmodi appellum.
In appello isto agi poterit civiliter vel criminaliter, cum adiectione feloniæ vel non.
F. 146 De actione criminali sicut de pace et roberia, et de appellis.
B. defendit.
Ubi quis alium appellat de alterius rebus.
De appellis de felonia et pace regis, et de verbis appelli.
B. venit et defendit.
Appellum de iniqua combustione et roberia.
A. appellat B.
F. 147 Appellum de raptu virginum.
De verbis appelli mulieris querentis de raptu.
F. 148 De defensione appellati.
De exceptionibus contra appellum.
Si appellatus per patriam fuerit convictus, quæ pœna sequatur.
De appellatis de forcia.
Addicio.
In quibus casibus mulier habet appellum.
De appello de morte viri sui.
F. 149 De appellatis attachiandis.
Breve de attachiando.
Aliud breve ad idem de eodem.
Breve de faciendo venire appellum coram iustitiariis.
Aliud breve ad idem de eodem, et nisi inveniatur quod utlagetur et interrogetur de comitatu in comitatum.

Breve quod tradatur per ballium duodecim.
Breve de summonendo appellum coram rege.
Breve si appellum factum fuerit immediate coram rege.
Breve vicecomiti de faciendo recordum in comitatu coram custodibus.
F. 150 Aliud breve de eodem vicecomiti.
Si quis fecerit feloniam de se ipso.
De actione furti.
Quid sit furtum.
Quot species furti.
Poterit quis ab initio agere civiliter vel criminaliter.
De appello de latrocinio.
F. 151 Si defendat, vadietur duellum.
Si appellatus patriam elegerit.
Breve de faciendo venire warantum per auxilium.
Quod quandoque intrat aliquis in warantiam malitiose et per fraudem.
Habenda est ratio utrum res magna sit an minima.
Si furtum in manu alicuius inveniatur.
Si uxor teneatur ex furto viri.
Item si cum viro convicta fuerit.
F. 152 De furto manifesto et probatore cognoscente.
Breve quod rex concedit iustitiariis potestatem concedendi probatori vitam et membra.
Quod vicecomes attachiet eos quos probator appellaverit.
De capiendo appellatos per probatorem qui se cognoscit esse latronem.
Cum autem præsens fuerit appellatus, qualiter probator proponere debet intentionem suam et appellum suum.
F. 153 Item plures appellat, et unde sic.
De modo defendendi.
De forma sacramenti tam appellantium quam appellatorum: et primo appellatus iuret per verba negativa.
Postea iuret appellans per verba affirmativa.
Si appellatus victus fuerit.
Si autem probator victus fuerit.
Si autem defensionem non susceperit in propria persona, sed excipiat et iudicium petat, si contra talem cognoscentem se esse latronem debeat respondere.
De defensione appellati.
Si probator fecerit quod promisit, teneatur ei conventio.

Si comitatus vel curia alicuius potentis appellum tenuerit de probatore, veniat recordum ad curiam regis per tale breve.

F. 154 Item breve vicecomiti quod probatorem habeat coram rege et omnes quos ipse appellaverit de societate, quia plures propter appellum probatoris se subtrahunt.

Si autem appellati venerint et finem fecerint, quod redire possint et esse sub plegiis.

Ubi quis appellatus per patriam fuerit deliberatus, et quod habeat catalla sua.

Breve de replegiando aliquem quem talis cepit et captum detinet.

Quod memo potest curiam suam habere de probatore vel latrone cognoscente. Et quæ placita pertinent ad curiam et quæ ad comitatum, et de libertatibus singulorum.

Ad vicecomites pertinent huiusmodi placita.

F. 155 De minoribus et levioribus criminibus quæ civiliter intentantur.

Qualiter quis patitur iniuriam per suos.

In quibus casibus servi habent personam standi in iudicio contra dominos suos.

Quod atrox iniuria æstimatur multis modis.

Quod iniuria per dissimulationem aboletur.

De vetito namii.

F. 156 Si captio fuerit iniusta.

Si querens queratur de captione scilicet et detentione.

Si dominus post legem vadiatam defaltam fecerit.

F. 157 Quod non potest quis aliquid dedicere de recordo adversarii.

De officio vicecomitis.

Breve de attachiendo, quare cepit averia et fugavit extra comitatum.

Cum vicecomes vel serviens regis visum habuerit de averiis sine impedimento.

F. 158 De responsione captoris, quod iuste quia in damno suo.

Si lex vadietur ex utraque parte.

Si serviens alicuius ceperit averia alicuius in absentia domini sui.

F. 159 Cum averia alicuius semel fuerint per iudicium deliberata et iterum capta.

Breve quod deliberentur.

Sunt etiam catalla quæ petuntur sub nomine averiorum cum quis in solo alieno fecerit opus manifestum, si instrumenta sua sicut utensilia capiantur quasi in namium propter delicta.

INTRODUCTIO

Quæ sunt regi necessaria.

IN rege qui recte regit necessaria sunt duo hæc, arma videlicet et leges, quibus utrumque tempus bellorum et pacis recte possit gubernari. Utrumque enim istorum alterius indiget auxilio, quo tam res militaris possit esse in tuto, quam ipsæ[1] leges armorum podio sint servatæ. Si autem arma defecerint contra hostes rebelles et[2] indomitos, sic erit regnum indefensum: si autem leges, sic exterminabitur iustitia, nec erit qui iustum faciat[3] iudicium. Cum autem fere in omnibus regionibus utatur[4] legibus et iure scripto, sola Anglia usa est in suis finibus iure non scripto et consuetudine. In ea quidem ex non scripto[5] ius venit quod usus comprobavit. Sed non erit absurdum leges Anglicanas licet non scriptas leges appellare, cum legis vigorem habeat[6] quidquid de consilio et consensu magnatum et rei publicæ communi sponsione, auctoritate regis sive principis præcedente, iuste fuerit definitum et approbatum. Sunt etiam[7] in Anglia consuetudines plures et diversæ secundum diversitatem locorum. Habent enim Anglici plura ex consuetudine quæ non habent ex lege, sicut in diversis comitatibus, civitatibus, burgis et villis, ubi semper inquirendum erit quæ sit illius loci consuetudo et qualiter utantur consuetudine qui consuetudines allegant.

Si insipiens et indoctus cathedram iudicandi ascenderit.

CUM autem huiusmodi leges et consuetudines per insipientes[8] et minus doctos, qui cathedram iudicandi ascendunt antequam leges didicerint,[9] sæpius trahantur ad abusum, et qui stant in dubiis et in[10] opinionibus et[11] multotiens pervertuntur a maioribus, qui potius proprio arbitrio quam legum auctoritate causas decidunt, ad instructionem saltem minorum ego, Henricus de Brattone,[12] animum erexi ad vetera[13] iudicia iustorum, perscrutando[14] diligenter [15] non sine vigiliis et labore, facta ipsorum, consilia et responsa, et quidquid inde nota dignum inveni in unam summam redigendo sub ordine titulorum et paragraphorum, sine præiudicio melioris sententiæ, compilavi, scripturæ suffragio perpetuæ memoriæ commen-

[1] illæ, MG, CM. [2] Om., OB, MA, Y. [3] facit, MA, MG, CM. [4] utantur, V, MB. [5] non ex scripto, OB, MA, MB. [6] habeant, MA, MG, CM, Y, HB. [7] autem, MG, CM, V, HB. [8] incipientes, MA, OC. [9] legem didiscerint, OB; didiscerint, OC; addiscerint, MA; dididiscerint, MB. [10] Om., CE, MA. [11] Om., V, MG, HB, OC. [12] ego H. de Brattone, LG; ego H. de Bractone talis, OB; ego (+ H.) talis, MC; ego talis H., HA; ego talis, MSS. gen. [13] cetera, MG, CM. [14] perscrutanda, MG, V. [15] Om., MG, CM.

danda, postulans a lectore ut si quid superfluum vel perperam positum in hoc opere invenerit, illud corrigat et emendet,[16] vel conniventibus oculis pertranseat, cum omnia habere in memoria et in nullo peccare divinum sit potius quam humanum.

Prohemium auctoris.

f. 1b] In hoc autem tractatu sicut in aliis tractatibus consideranda sunt hæc, scilicet, quæ sit materia, quæ intentio, quæ utilitas, quis finis et cui parti philosophiæ supponatur.

Quæ sit materia.

Et sciendum quod materia est facta et casus qui quotidie emergunt et inveniunt in regno Angliæ, ut sciatur quæ competat actio et quod breve,[17] secundum quod placitum fuerit reale vel personale, et super huiusmodi[18] conficienda[19] acta sive irrotulationes, secundum proposita et obiecta,[20] agendo et probando, defendendo et excipiendo et replicando et huiusmodi.

Quæ intentio.

Intentio autem auctoris est tractare de huiusmodi et instruere et docere omnes qui edoceri desiderant, qualiter et quo ordine lites et placita decidantur secundum leges et consuetudines Anglicanas, et de huiusmodi habere tractatum, ut doceantur et corrigantur errantes, puniantur contumaces. Item communis intentio est de iure scribere ut rudes efficiantur subtiles, subtiles subtiliores, et homines mali efficiantur boni et boni meliores, tum[21] metu pœnarum tum[21] exhortatione præmiorum, iuxta illud,

> Oderunt peccare boni virtutis amore,
> Oderunt peccare mali formidine pœnæ.

Quæ utilitas.

Utilitas autem est quia[22] nobilitat addiscentes et honores conduplicat et profectus et facit eos principari in regno et sedere in aula regia et in sede ipsius regis quasi in throno dei, tribus et nationes, actores et reos, ordine dominabili iudicantes, vice[23] regis quasi vice Ihesu Christi, cum rex sit vicarius dei. Iudicia enim non sunt hominis sed dei, et ideo cor regis bene regentis dicitur esse in manu dei.

Quis finis.

Item finis huius rei est ut sopiantur iurgia et vitia propulsentur, et ut in regno conservetur pax et iustitia. Ethicæ vero supponitur quasi morali scientiæ quia tractat de moribus.

[16] emendat, MB, CM, OB (corr.). [17] breve fuerit, MG, CM, HB. [18] circa huiusmodi, MA; sunt huiusmodi, OB. [19] conficiendi, OA, OC, MA, MG, CE, LA, Y, MC, HB; confitendi, OB, MB; conficienda, CM, V. [20] adiecta, CE; abiecta, MC. [21] cum . . . cum, MG; tam . . . tam, MB; tamen . . . tamen, OB. [22] quæ, V, OB. [23] Om., OA, OB, MB, CE, Y; *sic*, OC, MC, HB, MG, CM, LA, V, (MA + vice).

Leges iubent et vetant.

Huiusmodi vero leges Anglicanæ et consuetudines regum[24] auctoritate iubent quandoque,[25] quandoque vetant, quandoque vindicant et puniunt transgressores. Quæ quidem, cum fuerint approbatæ consensu utentium et sacramento regum[26] confirmatæ, mutari non poterunt nec destrui sine communi consensu[27] eorum omnium quorum consilio et consensu fuerint[28] promulgatæ. In melius tamen converti possunt etiam[29] sine eorum consensu, quia non destruitur quod in melius commutatur. Si autem aliqua nova et inconsueta emerserint et quæ prius usitata non fuerint in regno, si tamen[30] similia evenerint per simile iudicentur, cum bona sit occasio a similibus procedere ad similia. Si autem talia prius numquam evenerint,[31] et obscurum et difficile sit eorum iudicium, tunc ponantur iudicia usque ad magnam curiam ut ibi per consilium curiæ terminentur: licet sint nonnulli qui de propria scientia præsumentes, quasi nihil iuris ignorent, nolint[32] alicuius consilium expetere. Et quo casu honestius et consultius foret eis consilium habere quam aliquid temere definire, cum de singulis dubitare non sit inutile.

Sapiens esse debet qui iudicat.

Sedem quidem iudicandi, quæ est quasi thronus dei, non præsumat quis ascendere insipiens[33] et indoctus, ne lucem ponat[34] tenebras et tenebras lucem,[35] et ne manu[36] indocta modo furientis gladio feriat innocentem et
f. 2] liberet nocentem, et ex alto corruet[1] quasi a throno dei, qui volare inceperit antequam pennas assumat. Et cum quis iudicare debeat[2] et iudex fieri caveat unusquisque sibi, ne perverse iudicando et contra leges prece vel pretio, pro temporalis[3] lucelli commodo, æterni luctus mæstitiam sibi comparare præsumat.

Quæ sit poena male iudicantis.

Et ne in die furoris domini sentiat ipsum vindicantem, qui ait, *Mihi vindictam et ego retribuam,* et ubi flebunt et plangent reges et principes terræ cum viderint[4] filium hominis, propter timorem tormentorum eius, ubi aurum et argentum non valebit liberare eos. Quis autem non timeat illud examen, in quo erit dominus accusator, advocatus et iudex? A sententia autem sua non poterit provocari, quia pater omne iudicium dedit filio, qui claudit et nemo aperit, aperit et nemo claudit. O districtum iudicium, quo non solum de actibus, verum etiam de omni verbo otioso quodcumque

[24] regni, MG. [25] quandoque et, CM, HB, MG. [26] regni, MG. [27] consilio et consensu, Y; consensu et consilio, V; assensu et consensu, OB, MB. [28] fuerunt, V, MA. [29] Om., CE; et, MB, OB, OC. [30] autem, MA, CM. [31] evenerunt, OA, LA, MC. [32] nolunt, V, MG; nec licet, CM. [33] incipiens, OC, MA. [34] ponat in, V, OB, MA (+ in), HB (+ in). [35] in lucem, V, HB, OB, MA (+ in). [36] in manu, V, OB, MA.

[1] corruat, V, OB, MA. [2] debet, OC, MG, CM, HB. [3] temporali, OB, CM. [4] vident, MG, CM.

locuti fuerint homines, reddituri sunt rationem. Quis ergo effugere poterit a ventura ira? Mittet enim filius hominis angelos suos, qui colligent de regno dei omnia scandala et eos qui faciunt iniquitatem, et ex eis alligabunt fasciculos ad comburendum, et mittent eos in caminum ignis, ubi erit fletus et stridor dentium, gemitus et ululatus, eiulatus, luctus et cruciatus, stridor et clamor, timor et tremor, dolor et labor, ardor et fœtor, obscuritas et anxietas, acerbitas et asperitas, calamitas et egestas, angustia et tristitia, oblivio et confusio, tortiones[5] et punctiones, amaritudines et terrores, fames et sitis, frigus et cauma, sulphur et ignis ardens in sæcula sæculorum. Caveat etiam[6] quilibet iudicium illud ubi iudex terribiliter districtus, intolerabiliter severus, immoderate offensus, vehementer iratus, sententia eius incommutabilis, carcer irremeabilis, tormenta sine fine, sine intervallo,[7] tortores horribiles qui numquam lassescunt,[8] numquam miserentur, timor rerum conturbat, conscientia damnat, cogitationes increpant, et fugere non licet. Unde beatus Augustinus, *O quam magna peccata mea sunt nimis! unde cum quis deum habuerit iustum iudicem, et conscientiam suam*[9] *testem, nihil timeat nisi causam suam.*

Quid sit lex et quid consuetudo.

VIDENDUM est etiam[10] quid sit lex. Et sciendum quod lex est commune præceptum virorum consultum prudentium,[11] delictorum quæ sponte vel ignorantia contrahuntur coertio, rei publicæ sponsio communis. Item auctor iustitiæ est deus, secundum quod iustitia est in creatore. Et secundum hoc ius et lex idem significant.[12] Et licet largissime dicatur lex omne[13] quod legitur, tamen specialiter significat[14] sanctionem iustam, iubentem honesta, prohibentem contraria. Consuetudo vero quandoque pro lege observatur in partibus ubi fuerit more utentium approbata, et vicem legis obtinet. Longævi enim usus et consuetudinis non est vilis auctoritas.[15]

Quid sit iustitia.

f. 2b] QUIA a iustitia quasi a quodam fonte omnia iura emanant, et quod vult iustitia ius idem prosequitur, videamus igitur[16] quid sit iustitia et unde dicatur. Item quid sit ius et unde dicatur, et quæ sint[17] eius præcepta. Item

[5] tortores, OB, MB; torsiones et confusiones, LA; torsiones et (+ con) punctiones, OC. [6] caveat igitur, V, Y. [7] intervallo (et) sine temperamento, V, OC, MG (intemp.), CM (intemp.), MC, LA. [8] lacescunt, OA, MA, MB, CE, OC, LA, Y, HB, MG, MC; laccescunt, OB; lascescunt, CM; latescunt, HA. [9] Om., MG, CM. [10] enim, OB, MB; om., CE. [11] prudentium, MA; prudentum, OA, CE, LA, Y, MC; prudentium consultum, OC, MG, HB; prudentium et cons., CM; prudentium consultorum et prudentum, MB; consilium prudent., OB; prudentium consilium, HA. [12] signant, MSS. var. [13] esse, OB, MB. [14] signat, MSS. var. [15] auctoritas, etc., OA, MA, LA, MC. [16] ergo, MG, CM, P. [17] sunt, OC, MA, MB, CM, MG.

quid sit lex, et quid consuetudo, sine quibus non poterit quis esse iustus, ut faciat iustitiam et iustum iudicium inter virum et virum. Est autem iustitia constans et perpetua voluntas ius suum cuique tribuens. Cuius definitio poterit intellegi duobus modis, uno prout est in creatore, altero prout est in creatura. Et si intellegatur prout est in creatore, id est in deo, plana sunt omnia, cum iustitia sit dei dispositio, quæ in omnibus rebus recte constituit et iuste[18] disponit. Ipse enim deus tribuit unicuique secundum opera sua. Ipse non est variabilis neque temporalis in dispositionibus et voluntatibus suis, immo eius voluntas est constans et perpetua. Ipse enim non habuit principium, nec[19] habet[20] nec habebit finem. Altero modo intellegitur[21] prout est in creatura, id est in homine iusto. Homo enim iustus habet voluntatem tribuendi unicuique ius suum, et ita illa[22] voluntas dicitur iustitia. Et dicitur voluntas tribuere ius suum, non quantum ad actum sed quantum ad affectionem.[23] Sicut dicitur[24] imperator Augustus, non quod[25] semper[26] augeat imperium, sed quia eius propositi[27] est ut augeat. Sicut dicitur de matrimonio, quod dicitur individua coniunctio quia eius sunt animi ut numquam dividantur, postmodo tamen dividuntur ex causa. Item dicitur iustitia *constans* secundum definitionem, prout iustitia est in creatura, ut per hoc quod dicit *voluntas* intellegatur mens, et per hoc quod dicit[28] *constans* intellegatur bonum. Constantia enim semper accipitur in bonum, unde et sancti dicuntur fuisse constantes, ubi[29] dicitur, *O constantia martyrum!* Item *Constantes estote.* Constantia enim non admittit variationem. Per hoc autem quod dicit *perpetua* intellegatur[30] habitus, quia iustitia est habitus mentis bonus, vel mentis bene constitutæ. Vel iustitia est voluntarium bonum. Nec enim potest dici bonum proprie nisi intercedente voluntate. Tolle enim voluntatem et erit omnis actus indifferens. Affectio quidem[31] tua nomen imponit operi tuo. Item crimen non contrahitur nisi voluntas nocendi intercedat. Item voluntas et propositum distinguunt maleficia. De hoc autem quod dicit *ius suum,* id est hominis meritum, nam propter delictum vel pactum non servatum, vel similia, privatur quis iure suo. De hoc autem quod dicit *cuique,*[32] id est sibi ipsi, ut honeste vivat. Item deo, ut deum diligat. Item proximo, ut eum non lædat.

Quid sit ius.

De hoc autem quod dicit *ius suum,* id est iustitiæ, et sic dicitur ius iustitia quia in ea stant omnia iura. Ius ergo[33] derivatur a iustitia, et habet varias

[18] et recte disponit, MG, CM. [19-20] Om., OB, MB. [21] intellegitur iustitia, P; intellegi potest, OC. [22] ista, MG, CM. [23] effectum, OB, MB. [24] dicit, MB, CM, MG, HB. [25] quia, MB, Y. [26] Om., CE. [27] propositum, V, MA, CM, MG, HA, HB. [28] dicitur, V, Y. [29] ut, OB, MA, MB, CE, Y; prout, OC. [30] intellegitur, OB, OC, CM, MG, P, Y, HB. [31] enim, MA, MB, CE, CM, MG, P, HB. [32] ius suum cuique, MG, CM. [33] autem derivatur, OB, MB, MA, CE, Y.

significationes. Ponitur enim quandoque pro ipsa arte, vel pro eo quod scriptum habemus de iure, quod ius dicitur ars boni et æqui, cuius merito f. 8] quis nos sacerdotes appellat. Iustitiam namque colimus et sacra iura ministramus. Item ius quandoque supponitur[1] pro iure naturali, quod semper bonum et æquum est.[2] Quandoque pro iure civili tantum.[3] Quandoque pro iure prætorio tantum. Quandoque pro eo tantum quod competit ex sententia. Prætor[4] enim ius dicitur reddere,[5] et cum[6] inique decernit,[7] relatione facta non ad id quod prætor fecit, sed ad illud[8] quod prætor facere debuit. Item supponit[9] quandoque[10] ius pro loco in[11] quo[12] redditur ius. Supponit[13] etiam quandoque[14] pro necessitudine,[15] sicut pro iure cognationis vel affinitatis. Supponit[16] etiam ius quandoque[17] pro actione. Quandoque pro obligatione qualibet. Quandoque pro hereditate, sicut pro[18] proprietate rei. Quandoque pro bonorum possessione. Quandoque pro potestate, ut cum dicitur *iste est sui iuris.* Quandoque pro rigore iuris, ut cum dicitur *inter ius et æquitatem.* Item ponitur pro ipsa arte, non pro quolibet iure quod invenitur in ipsa arte: nec enim omne[19] ius præcipit,[20] immo quoddam permittit. Vel ponitur pro omni iure quod præcipit honeste vivere, alterum non lædere, ius suum cuique[21] tribuere.

Addicio.

<Quia est ius proprietatis et ius possessionis. Item ius possessionis sicut feodum, et[22] unde locum habet assisa mortis antecessoris. Item ius[23] possessionis sicut liberum tenementum, si quis tenuerit tantum ad vitam quacumque ratione. Item ius proprietatis quod dicitur ius merum. Et unde[24] poterit quis habere utrumque. Et dividi poterit quandoque ius proprietatis a iure possessionis. Quia proprietas statim post mortem antecessoris descendit heredi propinquiori, minori[25] et maiori, masculo et feminæ, furioso et stulto sicut fatuo,[26] surdo[27] et muto,[28] præsenti et[29] absenti, et ignoranti sicut scienti. Sed tamen non statim adquiritur talibus possessio, licet possessio et ius possessionis semper sequi debeat[30] proprietatem. Ius autem possessionis descendere poterit per se ad alias personas et per alios gradus, ut si cum ius[31] proprietatis descendat ad antenatum[32] propinquiorem, post-

[1] ponitur, OC, OD, OF, MA, MG, P, CM, V. [2] iustum et æquum est et bonum, MA. [3] Om., OB, MB, MG, CM. [4] prætorium, OB, MA, MB, CE, Y, OA, OC, MC. [5] iustum dicitur reddere iudicium, P, MA (corr.). [6] tamen, OC, OD, Y. [7] discernit, MA, Y; dederint, OB, MB, MC (in eras.). [8] id, MA, MG, CM, P. [9] supponitur, OB, MB, MC, CE, Y, HA. [10] Om., OB, MB. [11-12] ubi, OB, MB. [13] supponitur, OB, MB. [14] Om., OB, MB, MA, Y. [15] incertitudine, OB; vicissitudine, MA, CM. [16] supponitur, OB, MB, MG, V. [17] Om., OB, MB. [18] Om., OD, OC. [19] Om., MA, MG. [20] quod præcipit, MA, MB. [21] unicuique, OC, OD, MA; cui, OB. [22] Om., V, OC, MG, CM. [23] Om., MG, CM. [24] bene, MSS. var. [25] Om., MG, CM. [26] furioso stulto et fatuo, OC, CM, MG (statue). [27-28] Om., OC, MG, CM. [29] præsenti absenti, OC, MG, CM. [30] debeant, MG, CM. [31] ut sicut ius, MSS. var. [32] agnatum, V, MG; cognatum, CM; annuatum, MC.

natus frater ponat se in seisinam, et sic moriatur seisitus, transmittit ad heredes suos quoddam ius proprietatis cum iure possessionis, quod sequi deberet[33] primam proprietatem, et sic de herede in heredem. Sed[34] primi heredes maius ius habent quam secundi heredes, sed semper præferri debet possessio, donec primi heredes evicerint ius suum. Et si tamen frater postnatus plures habuerit filios,[35] et postnatus se ponat in seisinam, ita fieri debet de eo ut[36] supra. Et sic poterit ad plures diversos heredes descendere ius proprietatis in infinitum, ut cum plures ius habeant proprietatis, unus vel plures possunt habere ius maius.>

Quid iuris prudentia.

Iuris prudentia est divinarum atque humanarum rerum notitia, iusti atque iniusti scientia.

Quid æquitas.

Æquitas autem[37] est rerum convenientia quæ in paribus causis paria desiderat iura et omnia bene coæquiparat. Et dicitur æquitas quasi æqualitas et vertitur in rebus, id[38] est[39] in dictis et factis hominum. Iustitia in mentibus iustorum quiescit. Inde est, quod si[40] velimus[41] loqui proprie, dicemus iudicium æquum[42] non iustum, et[43] hominem iustum non æquum. Abutentes tamen his appellationibus dicimus hominem æquum[44] et iudicium iustum.[45] f. 3b] Differt ergo multum iuris prudentia a iustitia. Iuris enim prudentia agnoscit, et iustitia tribuit cuique[46] quod suum est. Item iustitia virtus est, iuris prudentia scientia est. Item iustitia quoddam summum bonum[47] est, iuris prudentia medium.

Quæ iuris præcepta.

Iuris præcepta sunt tria hæc: honeste vivere, alterum non lædere, ius suum unicuique[48] tribuere. Infinitæ[49] sunt iuris species, quia infiniti sunt homines et infinitæ sunt res. Nam et sic diceretur ius aliud equinum, aliud asininum, aliud vineæ, aliud agri, aliud Petri, aliud Johannis. Est autem ius publicum quod ad statum rei Romanæ pertinet, et consistit in sacris, in[50] sacerdotibus et in magistratibus. Interest enim rei publicæ ut habeat[51] ecclesias

[33] debet, V; debent, MSS. var. [34] si, MG, CM. [35] filias, OA, LA, MC. [36] sicut, MG, CM. [37] Om., P, CM. [38-39] et, MB, MG, CM. [40] + si, MA, CE. [41] volumus, CE, CM, MA (corr.), HA. [42] æquum et, OC, MG, CM, MB (* et). [43-44] Om., MB. [43-45] Om., OB. [45] dicimus iudicium æquum non iustum et iudicium iustum, OA, LA, CE, MC; dicimus hominem æquum non iustum et, Y; dicimus iudicium æquum non iustum et hominem iustum non æquum et, MA; dicimus iudicium non iustum æquum et, MG; dicimus iudicium non iustum sed æquum et hominem iustum sed non æquum. differt, CM; dicemus iudicium non iustum (+ sed) æquum et, OC; dicimus iudicem æquum et, Azo; dicimus hominem æquum et iudicium iustum, P, V, HA. [46] cuique, V, Y, Azo; unicuique, P, HA; om., OA, OB, OC, MA, MB, MG, CE, CM, LA, MC. [47] bonum in vita, MG, CM. [48] cuique, MG, CM, MC. [49] infinitæ vero, V, CM. [50] et, MA, MB, OB (* et). [51] habeant, OA, OB, MA, MB, MC, CE, LA, Y, HA; habeat, OC, MG, CM, P.

in quibus homines petant veniam suorum peccatorum. Expedit enim esse sacerdotes, a quibus de peccatis nostris pœnitentiam accipiamus, et qui orent pro nobis et dei nobis adiutorium adquirant[52] et providentiam. Expedit etiam[53] magistratus rei publicæ constitui, quia per[54] eos qui iuri dicendo præsunt[55] effectus rei accipitur. Parum est enim ius in civitate esse nisi sint qui possint iura regere.[56]

Quid sit ius privatum.

IUS autem privatum est quod ad singulorum pertinet utilitatem principaliter, et secundario pertinet ad rem publicam, unde dicitur: Expedit quidem rei publicæ ne quis re sua male utatur. Et sic vice versa[57] quod rei publicæ principaliter interest quod sic secundario respiciat utilitatem singulorum. Est etiam[58] huiusmodi ius privatum tripertite collectum aut ex naturalibus præceptis aut gentium aut civilibus.

Dictum est supra de iure publico et privato. Nunc autem dicendum[59] quid sit ius naturale, vel gentium, vel civile, quod dici poterit consuetudo quandoque. Et cui et quando[60] per consuetudinem vel per constitutionem principis derogetur, in sequentibus dicendum[61] est.[62]

Quid sit ius naturale.

IUS autem naturale pluribus modis dicitur. Primus[63] est ut dicatur a natura animati motus quidam[64] instinctus proveniens, quo singula animalia ad aliquid faciendum inducuntur, et unde dicitur sic: Ius naturale est quod natura, id est ipse deus, docuit omnia animalia. Et ita est istud nomen *quod* accusativi casus, et hoc nomen *natura* erit casus[65] nominativi. Vel dici poterit quod nomen illud *quod* sit nominativi casus, ut dicatur sic, videlicet: Ius naturale, quod docuit omnia animalia natura, id est per instinctum naturæ. Et ita hoc nomen *natura* erit casus ablativi. Et hoc est quod dicitur, primi motus non sunt in nostra potestate, secundi[66] vero sunt. Et ideo si res procedat in delectationem et oblectamentum tantum et non ulterius, veniale tantum contrahitur peccatum. Si autem[67] ulterius progrediatur ad aliquid componendum, ut exerceat quis quod turpiter cogitavit, tunc dicetur tertius motus et mortale contrahere[68] peccatum. Est et[69] illud notan-
f. 4] dum, quod qua ratione iustitia est voluntas, habito respectu ad rationalia[1] tantum, eadem ratione dicitur ius naturale motus, habito respectu

[52] adquirent, P, CM. [53] enim, MA, OB. [54] secundum, MG, CM. [55] possunt, OB, CM. [56] regere, OC, HA, MG, CM, P, Azo; gerere, OA, OB, MA, MB, CE, LA, Y, HB, MC. [57-58] versa publice singulorum. et etiam, MG, CM. [59] dicendum est, MB, MG, P, HA. [60] cui et quomodo, MB; quomodo et cui et quando, V. [61-62] Om., OB. [62] Om., OA, MB, CE, LA, MC. [63] primo, MG, CM. [64] Om., OB; quidem, P, HA; quod, MB. [65] Om., MG, CM. [66] si, MG, CM. [67] Om., MG, CM. [68] Om., MG, CM; contrahitur, Y, CE; contrahi, OC; contrahit, MA. [69] etiam, OC, Y, P, HA.

[1] rationabilia, V, MA, P, Y, OC, HA.

ad omnem creaturam rationalem vel irrationalem. Sunt tamen quidam qui dicunt[2] quod[3] neque voluntas neque motus ius naturale vel[4] gentium[5] dici possunt, quia facti sunt, voluntas tamen vel motus sunt instrumenta, per[6] quæ ius naturale vel iustitia aperiunt vel ostendunt suum effectum.[7] In anima enim sunt virtutes et iura. Et illud forte apertius dicetur, ius naturale esse[8] debitum quoddam quod natura cuilibet repræsentat. Item dicitur ius naturale ius[9] æquissimum, cum dicitur lapsos minores secundum æquitatem restitui.

Quid sit ius civile.

Ius autem civile, quod dici poterit ius consuetudinarium, pluribus[10] modis ponitur. Uno modo pro statuto cuiuslibet civitatis. Alio modo dicitur ius civile id quod non est prætorium, et quandoque detrahit vel addit iuri naturali vel gentium, quia aliud ius quandoque[11] in civitatibus ex consuetudine more utentium approbata, quam extra, cum[12] observari debeat talis[13] consuetudo pro lege. Item appellari potest ius civile omne ius[14] quo utitur civitas, sive sit naturale, sive civile, sive gentium et[15] huiusmodi.[16]

Quid sit ius gentium.

Ius autem gentium est[17] quo gentes humanæ utuntur, et quod a naturali iure recedit,[18] eo quod ius naturale omnibus animalibus commune sit, quæ in terra, quæ[19] in mari nascuntur, et quæ in ære. A iure enim gentium descendit maris et feminæ coniunctio, et fit per mutuam utriusque voluntatem, quæ matrimonium appellatur. Corporalis tamen coniunctio factum est, nec proprie dici poterit ius, cum ipsum sit corporale et videatur. Iura autem omnia sunt incorporalia et videri non possunt. Ab eo tamen iure descendit liberorum procreatio et educatio. Hoc autem ius gentium solum hominibus commune est, veluti[20] erga[21] deum religio, ut[22] parentibus et patriæ pareamus, ut vim atque iniuriam propulsemus. Nam iure hoc evenit ut quod quis[23] ob tutelam sui corporis fecerit, iure fecisse æstimetur. Item cum inter homines[24] cognationem[25] quandam constituerit natura, consequens est hominem homini insidiari nefas esse.

Quid sit manumissio.

Manumissiones autem iuris[26] gentium sunt. Est autem manumissio datio libertatis, id est detectio, secundum quosdam, quia libertas, quæ est de iure

[2-3] Om., OA, OB, HA, MB, (+ MA), MC, MG, CE, LA, OC; *sic*, V, P, Y. [4-5] Om., MG, CM. [6] secundum, MG, CM. [7] effectum sive officium, P; effectum sive effectum, HA; officium alias effectum, Y. [8] est, OB, MA, MB, Y, P (corr. esse). [9] vel, MG, CM. [10] et pluribus, OB, P. [11] Om., OB, MB. [12] tamen, OB, MA, CM, MG, V. [13] Om., OB, MG, CM. [14] illud, MG, CM. [15-16] Om., MB, OB (+). [17] Om., OA, LA, MG, CM. [18] procedit, V, OB, MB. [19] et, OB, MB. [20] nulli, LA; verbi, OC. [20-21] unde ergo, MG, CM. [22] et, OB, MB. [23] ius, OA, CE (corr.). [24-25] h.(eos) constitutionem, MG, CM. [26] iuris, OA, LA, CE, Azo; iure, MB, MG, CM; iur., OB, Y, OC, P, MC; a iure, MA.

naturali, per ius gentium auferri non potuit, licet per ius gentium fuerit obfuscata. Iura enim naturalia sunt[27] immutabilia. Sed dic vere quod libertatem dat qui manumittit, licet[28] non suam sed[29] alienam. Dat enim quod non habet, sicut videtur in creditore, qui usum fructum constituit in re non sua. Iura enim naturalia dicuntur[30] immutabilia, quia non possunt ex toto abrogari vel auferri, poterit tamen eis derogari vel detrahi in specie vel in parte. Item ex hoc[31] iure gentium introducta sunt bella, cum ad tuitionem patriæ inducuntur[32] a principe, vel propulsantur[33] violentiæ. Ex hoc etiam[34] iure gentium discretæ[35] sunt gentes, regna condita et dominia distincta. Et non sunt dominia de novo inventa de iure gentium, sed ab antiquo, quia in veteri testamento aliquid erat meum et[36] aliquid tuum. Et unde tunc erat prohibitum ne fieret furtum, et etiam tunc præceptum ne quis mercenarii
f. 4b] sui retineret mercedem. Ex hoc etiam[37] iure gentium, agris sunt termini positi, ædificia sunt collata et vicinata, ex qua collatione fiunt civitates, burgi et villæ. Et generaliter ius gentium se habet ad omnes contractus, et ad alia plura. Quæ autem sit longa consuetudo dicetur infra.

[27] dicuntur, OB, MB. [28] sed, MG, CM. [29] Om., MA, MB, (+ OB). [30] sunt, MG, CM. [31] Om., MG, CM. [32] inducantur, CM, P; introducantur, MA; indicantur, MG, HA; dicantur, HB. [33] propulsentur, OB, MA, MB, Y. [34] autem, CM, CE (corr. etiam). [35] distinctæ, MA, P. [36] meum aliquid, OB, MB, Y. [37] autem, OB, MA, MB, MG, CE, Y.

DE PERSONIS

Quod omne ius pertinet vel ad personas, vel ad res, vel ad actiones.

DICTUM est supra de iure naturali, gentium et civili, sed quia omne ius de quo tractare proponimus pertinet vel ad personas, vel ad res, vel ad actiones secundum leges et consuetudines Anglicanas, et[38] cum digniores sint[39] personæ, quarum causa statuta sunt omnia iura,[40] ideo de personis primo videamus et earum[41] statu, qui varius est et diversus, et postmodum de iure personarum quod vertitur circa eas.

De prima divisione personarum.

EST autem prima divisio personarum hæc et brevissima, quod omnes homines aut liberi sunt aut servi, id[42] est,[43] omnis homo aut est liber, aut est servus, ut[44] ita resolvatur pluralis oratio[45] in singularem. Sed sic opponi poterit de ascripticio, ut videtur, quia vere liber est, licet quodam servitio sit astrictus. Et de eo brevis poterit esse solutio, quia ei qui liber est villenagium vel servitium nihil detrahit libertati[s],[46] habita tamen distinctione, utrum tales sint villani et tenuerint[47] in villano socagio de dominico domini regis, de quibus inferius tractabitur plenius. Item nec obstat quod dicitur de statuliberis,[48] quia quamvis servus fuerit in possessione libertatis, re vera servus est, quamvis se et sua aliquando defendere possit contra dominum suum, petentem ipsum ut[49] nativum suum, per exceptionem privilegii. Cum autem omnis homo sit liber vel servus, expedit videre quid sit libertas et quid servitus et[50] qualiter contingat servitus.[51]

Quid sit libertas.

EST autem libertas naturalis facultas eius, quod cuique facere libet, nisi quod iure[52] aut vi prohibetur. Sed secundum hoc videtur quod servi sint[53] liberi, nam et ipsi liberam habent facultatem nisi vi aut iure prohibeantur. Sed definitur libertas eo[54] iure quo[55] prodita est, ex qua liberi vocantur. Licet enim servi[56] efficiantur[57] liberi, tamen quoad[58] ius gentium servi

[38] Om., MG, CM, P. [39] sunt, P, HA. [40] Om., OB, MA, MB, Y. [41] eorum, OB, MB, OC, Y, MC. [42-43] et, MG, CM. [44] et, MG, CM. [45] omnino, V, CE. [46] libertati, OA, OB, OC, LA, MA, MB, MC, MG, CE, CM, P, Y, HA; libertatis, V. [47] tenuerunt, Y, P. [48] statu liberi, MB, MG, CM. [49] in, MG, P. [50-51] Om., OA, OB, MA, MB, CE, Y. [52] de iure, OB, MA, MB, CE, OC, P, MC. [53] sunt, OC, MA, MG, MB, CM, P, Y, HA. [54] eo quod, MG, CM. [55] Om., MG, CM. [56-57] secundum efficientiam, MG, CM. [58] ad, OA, CE, Y.

sunt,[59] quoad ius vero naturale liberi, et ita liberi et servi diversis tamen respectibus, et sic omnino liber et omnino servus et non[60] pro parte, et[61] secundum quod prædictum est. Et in hac parte ius civile vel gentium detrahit[62] iuri naturali.

Quid sit servitus.

EST quidem servitus constitutio iuris gentium qua quis dominio alieno contra naturam subicitur. Et dicitur[63] a servando, non a serviendo. Antiquitus enim solent principes captivos vendere, et ideo eos servare et non occidere. Dici etiam poterunt mancipia eo quod ab hostibus manucapiuntur. Et ideo cum post modum libertati[64] donentur,[65] dicuntur manumitti,[66] quasi a manu dimitti.[67] Sed[68] tamen omnis servus non dicitur a servando, sed a serviendo, non enim omnis qui servit est servus, nec dicitur a servando, sicut videri poterit in tabellione. Tabellio enim qui dicitur servus publicus a serviendo[69] derivatur.

Servi aut nascuntur aut fiunt: qualiter nascuntur.

SERVI autem[70] aut[71] nascuntur aut fiunt. Nascuntur quidem ex nativo et ex[72] nativa alicuius copulatis vel solutis, sive sub potestate domini con-
f. 5] stituti sint,[1] sive extra potestatem. Item nascitur servus qui ex nativa soluta generatur quamvis ex patre libero, quia sequitur condicionem matris quasi vulgo conceptus. Item dicitur servus natione de libero genitus, qui se copulaverit villanæ in villenagio constitutæ, sive copula maritalis intervenerit sive non. Item vice versa, si villanus ingrediatur ad liberam[2] in[3] liberum tenementum, partus proveniens erit servus. Si autem ex nativo unius et ex nativa alterius, tunc refert in cuius villenagio, ut per hoc videatur cuius servus esse debeat, et quem debeat sequi partus, patrem videlicet[4] vel matrem, secundum quod copulati fuerint vel soluti, et secundum quod fuerint sub potestate dominorum vel extra. Item si a libero et nativa soluta partus erit nativus, quia sequitur[5] condicionem matris, si extra villenagium. Si[6] autem ex nativa et libero extra villenagium[7] copulatis et in libero toro, liber erit ac si de libera et libero:[8] et ita nascuntur servi.

Qualiter servi fiunt.

FIUNT etiam servi liberi homines captivitate[9] de iure gentium, ut prædic-

[59] Om., OB, MB. [60] tamen, MG, CM. [61] Om., OB, MA, MB. [62] detrahitur, MG, CM. [63] dicti, OA, LA, MB, MC, OB (corr.); dicti sunt, OC, P, HA, HB; (appellati sunt, Azo); dicitur, V, Y, MA, CE; dicuntur, MG, CM. [64] libertati, OB, MA, MB, MC, OC, CE, Y, CM, MG, P, HA, V; libertate, OA, LA. [65] donantur, V, HA. [66-67] manumissi . . . dimissi, OB, V. [68] et, OB, MB. [69] serviando, OB; servando, CM. [70] Om., OB, Y, OC, (+ P); enim, HA. [71] Om., CM, MG, CE. [72] Om., V, CM, P.

[1] sunt, V, MB. [2-3] Om., OB. [3] ad, MA, MB, Y. [4] Om., OB, MB. [5] sequetur, OA, LA. [6-7] Om., OB, MB. [8] libero extra villenagium copulatis, MG, CM. [9] a captivitate, MG, CM.

tum est. Bella etenim[10] orta sunt et captivitates secutæ et cetera. Fit etiam liber homo servus per confessionem in curia regis[11] factam: ut cum liber homo sit in curia domini[12] regis se[13] cognoscat[14] ad villanum. Item fit liber homo servus, si[15] cum semel manumissus fuerit ob ingratitudinem in servitutem[16] revocetur. Item fit liber homo servus, cum ab initio clericus vel monachus fuerit effectus, postea ad secularem vitam redierit, quia talis debet restitui domino suo. Item servorum una est[17] condicio substantialis. Quicumque enim servus est ita est servus sicut[18] alius, nec plus nec minus.

Quis dici possit liber et quis ingenuus.

Liber vero et ingenuus dici poterit qui statim ut natus est liber est, sive ex duobus liberis et ingenuis, sive ex duobus libertinis, scilicet qui ex iusta servitute manumissi sunt, sive ex ingenuo et altero libertino, sive nascatur[19] ex matre ancilla et patre libero, dum tamen extra villenagium et in libero toro, dum tamen ex matrimonio. Item si ex matre libera et servo extra matrimonium. Et sufficit matrem esse liberam vel tempore illo quo concepit, vel tempore[20] quo parit,[21] vel saltem in medio illorum temporum, licet[22] ancilla facta fuerit, quia non debet calamitas matris ei nocere qui in utero est.

Qui dicuntur libertini.

Fiunt etiam liberi qui dicuntur libertini, illi videlicet qui ex iusta servitute manumissi sunt. Et dicitur libertinus quasi liberatus a servitute.

Qui dici poterunt liberi et computari debeant inter pueros et qui non.

Item qui ex damnato coitu nascuntur inter liberos non computantur, sicut ex adulterio et huiusmodi. Item qui contra formam humani generis converso more procreantur, veluti si mulier monstruosum aut[23] prodigiosum sit enixa. Partus autem qui[24] membrorum officia ampliavit, ut si sex digitos habeat vel si[25] quatuor tantum vel si[26] tantum unum,[27] talis inter liberos connumerabitur.

Alia divisio hominum.

Est autem[28] alia divisio hominum[29] quod alii sunt[30] masculi, alii feminæ, alii hermaphroditi. Et differunt feminæ a masculis in multis, quia earum deterior est condicio quam masculorum.

[10] enim, V, OB, CE. [11] domini regis, MG, CM, Y, HA. [12] Om., V, MA, MB, CM, MG. [13] et se, OC, MA, HA. [14] ut cognoscat se, OB, MB, MA (ut corr. et); et recognoscat se, Y. [15] sed, MG, CM. [16] servitudinem, V, HA. [17] Om., LA, CE. [18] sicut et, CE, Y. [19] nascantur, OA, OB, MA, CE, Y, OC, MC. [20] tempore illo, MB; om., CE. [21] peperit, OB, MA. [22] si, MG, CM. [23] vel, MB, CM. [24] cui natura, MG, CM, P, HA, OC, MA (+ cui natura). [25] Om., OB, MA, CM, MG. [26-27] minus, OC, CM, MG; si minus, LA. [27] unus, OA; vel unus, P. [28] etiam, OA, HA, MG, LA, MC; item est alia, OC. [29] Om., OB, MB. [30] Om., MG, CM.

De hermaphrodito.

HERMAPHRODITUS comparatur masculo tantum vel feminæ tantum secundum prævalescentiam sexus incalescentis.

De manumissione.

ITEM qualiter servi efficiantur liberi per manumissionem, et quis possit manumittere et quis non, dicetur plenius infra de actionibus et servis fugitivis.

Quod nulla acceptio personarum apud deum est, tamen apud homines, quia quidam principantur in terris in rebus spiritualibus, et quidam in temporalibus.

f. 5b] LIBERORUM autem hominum quorumcumque nulla est acceptio apud deum nec etiam servorum, quia non est[31] personarum acceptor deus, quia quantum ad deum qui maior est fiat[32] tamquam minor, et qui præcessor fiat tamquam ministrator. Apud homines vero est differentia personarum, quia hominum quidam sunt præcellentes et prelati et aliis principantur: dominus[33] papa[34] in rebus spiritualibus quæ pertinent ad sacerdotium, et sub eo archiepiscopi, episcopi, et alii prelati inferiores. Item in temporalibus[35] imperatores, reges, et principes in his quæ pertinent ad regnum, et sub eis duces, comites et barones, magnates sive vavasores, et milites, et etiam liberi et villani, et diversæ potestates sub rege constitutæ. Comites videlicet qui[36] a comitatu sive a societate nomen sumpserunt, qui etiam dici possunt consules a consulendo. Reges enim tales sibi associant ad regendum populum dei, ordinantes eos magno honore et[37] potestate et nomine quando concingunt[38] eos gladiis, id est ringis gladiorum.

Quid sint ringæ.

RINGÆ enim dicuntur ex eo quod renes girant,[39] id est circumdant, et unde dicitur, *Accingere*[40] *gladio tuo etcetera.* Et ringæ cingunt renes talium ut custodiant se ab incestu luxuriæ, quia luxuriosi et incestuosi deo sunt abominabiles.

Quid significat gladius.

GLADIUS autem significat[41] defensionem regni et patriæ. Sunt et[42] alii potentes sub rege, qui barones dicuntur, hoc est robur belli. Sunt etiam alii qui dicuntur vavasores, viri magnæ dignitatis. Vavasor enim nihil melius dici poterit quam vas sortitum ad valetudinem. Sunt etiam sub rege milites, scilicet ad militiam exercendam electi, ut cum rege et supradictis militent,

[31] Om., OA, LA, MB, CE, Y, OB (+), OC (+). [32] sit, LA, CM, MG. [33] ut dominus, OB; sicut dominus, MG, CM. [34] papa videlicet, V, LA, OC, HA, MC. [35] temporalibus sunt, V; temporalibus etiam, OB, MA, MB, Y. [36] quia, V, OB, MA, Y. [37] id est, OB, MA, MB, Y. [38] accingunt, V; contingunt, OB, LA, Y, MC, CM, MG; (* con) cingunt, MA; attingunt, HA. [39] gerant, MA, MG; rigant, OC. [40] attingere, CE, MG. [41] signat, MSS. var. [42] etiam, OB, MA, MC, MG; autem, CE.

et defendant[43] patriam et populum dei. Sunt etiam sub rege liberi homines et servi et[44] eius potestati subiecti,[45] et omnis[46] quidem sub eo, et ipse sub nullo nisi tantum sub deo.

Rex non habet parem.

PAREM autem non habet rex[47] in regno suo, quia sic amitteret præceptum, cum par in parem non habeat[48] imperium. Item nec multo fortius[49] superiorem, neque potentiorem habere debet, quia sic esset inferior sibi subiectis, et inferiores pares esse non possunt potentioribus. Ipse autem rex non debet esse sub homine sed sub deo et sub lege, quia lex facit regem.[50] Attribuat igitur[51] rex legi, quod lex attribuit ei, videlicet dominationem et potestatem. Non est enim rex ubi dominatur voluntas et non[52] lex. Et quod sub lege esse debeat, cum sit dei vicarius, evidenter apparet ad similitudinem Ihesu Christi, cuius vices gerit in terris. Quia verax dei misericordia, cum ad recuperandum[53] humanum genus ineffabiliter ei multa suppeterent, hanc potissimam elegit viam, qua[54] ad destruendum opus diaboli non virtute uteretur potentiæ sed iustitiæ ratione. Et sic esse voluit[55] sub lege, ut eos qui sub lege erant redimeret. Noluit enim uti viribus, sed[56] iudicio. Sic etiam beata dei genetrix, virgo Maria, mater domini, quæ[57] singulari privelegio supra legem fuit pro ostendendo tamen[58] humilitatis[59] exemplo legalibus subdi non refugit institutis. Sic ergo rex, ne[60] potestas sua maneat infrenata. Igitur non debet esse maior eo in regni suo in exhibitione iuris,[61] minimus autem esse debet, vel quasi, in iudicio suscipiendo[62] si petat.[63] Si autem ab eo petatur, cum breve non currat contra ipsum, locus erit supplicationi, quod factum suum corrigat et emendet, quod quidem si non f. 6] fecerit, satis sufficit ei ad pœnam, quod deum expectet ultorem. Nemo quidem[1] de factis suis præsumat[2] disputare,[3] nec multo fortius contra factum suum venire.

Alia divisio personarum, quod aut sunt sui iuris aut alieni aut dubii.

DICTUM est supra de statu personarum. Nunc supponenda est alia divisio, ut per divisiones facilius[4] tradatur doctrina, partitio enim sive divisio ani-

[43] defendent, OB, CM, HA. [44] Om., MG, CM, HB. [45] subditi, LA, MB. [46] quas, MG, CM. [47] Om., OA, LA, OC. [48] habet, OB, MA, MG, P; om., MB. [49] fortius in, MA, CE, Y, OB (corr. nec); fortiorem, MB; fortius inferior in, HA. [50] rex facit legem, MG, CM; lex facit legem, MB. [51] Om., OC, CM, MG, P. [52] non est, CM, P. [53] reparandum, OC, OD, LA, MG, CM, P, V. [54] quasi, V; quo, MG, P; quæ, CM; quam, MC. [55] debuit, MG, CM. [56] sed ratione et, V, HA; sed ratione, OD. [57] qui, OB, MA, Y, HB. [58] Om., MA; cum, MG, HA. [59] humanitatis, OB, MB; humilitatem (eius legalibus), MG, CM. [60] neque, OC, MB, Y. [61] legis, MG, CM. [62] suspiciendo, CM, MA (corr.). [63] petit, OB, MB.

[1] enim, MG, CM. [2] Om., MB, OB, Y. [3] disputare debet, OB, Y. [4] facilior, V, LA, MG, HA, MC.

mum legentis incitat, mentem intelligentiæ præparat, memoriam artificiose reformat. Est autem hæc divisio talis, quod omnis homo aut est sui iuris, aut alieni, aut dubii, secundum quosdam, qui dicunt statum alicuius esse in suspenso, sicut de eo qui captus est ab hostibus. Sed revera absurdum esset[5] aliquem eodem tempore nec in patris nec in sua potestate fuisse. Quod enim dicitur, pendere[6] status,[7] verum est ratione futuræ fictionis[8] postliminii, quod omnino separatur[9] a iure. Si enim revertatur, fingitur non fuisse captus, sed inspecto[10] præsenti statu numquam pendet, cum lex dicat captum ab hostibus esse servum. Igitur impossibile[11] est quod filium habeat in potestate sua. Et generaliter verum est quod nulla præsentia, nulla præterita pendent.

De his qui sunt sui iuris.

Sui autem iuris sunt omnes[12] qui non sunt in aliena potestate. Cognitis ergo[13] personis quæ sunt alieni iuris, per consequens sciri poterit omnes alias[14] esse sui iuris. In potestate autem aliena sunt servi. Quæ quidem potestas dominorum in servos a[15] iure gentium est,[16] quæ aliquando fuit et[17] vitæ et necis servorum, sed nunc coartata est per ius civile, quod vita et membrum[18] sunt in potestate regis, ita quod si quis servum suum occiderit, non minus punitur[19] quam si alienum occideret.[20] Et in hoc legem habent contra dominos, quod stare possunt in iudicio contra eos de vita et membris propter sævitiam dominorum, vel propter intolerabilem iniuriam, ut si eos destruant, quod salvum non possit eis esse waynagium[21] suum. Expedit enim rei publicæ ne quis re sua male utatur. Est autem effectus huius[22] dominicæ potestatis quod quidquid per servum iuste adquiritur id domino adquiritur, vel quasi domino, sicut bonæ fidei possessori, vel usuario,[23] vel fructuario.

De his qui sunt in potestate patrum.

In potestate autem[24] patrum[25] sunt filii qui nascuntur ex iusto et legitimo matrimonio. Idem in nepotibus et pronepotibus quantum ad avos et proavos paternos. Et præsumitur quis esse filius hoc ipso quod nascitur ex

[5] est, OB, Y; esse, MA; esset dicere, V, MG; esset aliquem dicere, CM. [6-7] de statu suspenso, MG, CM; pendente statu, V. [8] successionis, OB, MB. [9] separatur, OA, OB, LA, MA, MB, MC, CE, Y, OC, HA; separantur, CM, MG; speratur, Azo. [10] inspecto, V, LA, Y, MG, CM, MA (corr.), Azo; insuspecto, OA, OB, OC, MB, CE, MC. [11] impossibile, MG, CM, Azo; possibile, OA, OB, OC, MA, MB, MC, CE, Y, LA, V. [12] Om., OB, MB. [13] autem, CE, MB, HA, V. [14] alios, OC, V. [15] Om., MG, CM. [16] Om., OA, LA, MC, OB, CE, Y, CM, MB (qui), (OC + est). [17] Om., MB, MG, CM; fuit vitæ et membrorum sed, OC. [18] membra, V, OC, CM, MG; membrum, OA, MA, MB, MC, LA, CE, Y; membrorum, OB. [19] punietur, V, HA, MB, CM, MG, Y. [20] occiderit, V, MB, CM, OC, HA. [21] doannagium, OA, CE; dotamagium, OB. [22] huiusmodi, OB, Y. [23] usurario, V, MA, MB, LA, CE, Y (corr. usua-), CM (corr. ususario), MG. [24] Om., OB, MA, Y; etiam, OA, OC, LA, MG, CM, MC. [25] patris, OB, MB.

uxore, quia nuptiæ probant filium, et semper stabitur huic præsumptioni donec probetur contrarium. Ut ecce maritus probatur non concubuisse aliquamdiu cum uxore, infirmitate[26] vel alia causa,[27] vel erat in ea valetudine ut generare non possit, vel probatur quod fuit absens per decennium f. 6b] et reversus invenit anniculum. Hic qui in domo mariti natus est, licet vicinis scientibus, non erit filius mariti. Et[28] de hac materia inveniri poterit plenius infra, de partu supposito.

Qualiter dissolvitur patria potestas et dominica.

DICTUM est supra quemadmodum dominica et patria potestas constituatur. Nunc autem dicendum qualiter dissolvatur et tollatur. Et sciendum quod tribus modis in liberis personis, videlicet morte naturali et morte civili, et dignitate. Item in servis dominica potestas tollitur manumissione. Morte naturali, ut si pater qui habet filium in potestate moriatur. Nam eius filii incipiunt esse sui iuris, quamvis aliquando[29] remaneant sub tutela dominorum et[30] sub cura amicorum vel parentum. Mortuo vero[31] avo paterno[32] nepotes eius non fiunt[33] sui iuris, sed recidunt[34] in potestatem sui patris, si pater eorum vivat cum avus moriatur, et nullo modo exiverit[35] de patris potestate per emancipationem vel alium modum, sicut per dignitatem. Item morte civili, ut si pater damnetur propter aliquam feloniam, vel alius[36] antecessor, vel perpetuo exuletur. Si autem relegetur ad tempus, nihilominus retinet liberos in potestate sua, quia sua, cum remeabit, habebit. Item dignitate aliquando, per episcopalem dignitatem. Item emancipatione solvitur patria potestas, ut si quis filium suum forisfamilaverit cum aliqua parte hereditatis suæ, secundum quod antiquitus fieri solet. Item solvitur dominica potestas quandoque manumissione, ut si dominus servum suum manumiserit quacumque ratione manumissionis, secundum quod inferius dicetur de manumissionibus.

Quidam sunt sub tutela vel cura vel custodia.

PRIMA divisio personarum fuit talis, quod omnes homines aut liberi sunt aut servi: secunda,[37] quod quædam personæ sunt sui iuris, et[38] quædam alieno iuri subiectæ. Nunc sequitur alia divisio, quod[39] personarum quæ non sunt in potestate aliena, quædam sunt in custodia sive tutela dominorum, quædam in curatione parentum et amicorum, secundum quod infe-

[26] in infirmitate, OB, MB, CM; pro infirmitate, OC. [27] causa impeditus, V, CM, MA (corr.); causa vel impeditus erat, MG; causa impediente, OC. [28] Om., OB, MB, Y. [29] aliqui, MG, CM. [30] vel, MA, CE, Y. [31] enim, CE, MB. [32] patrono, OB, MA, MB; patruo, V. [33] sunt, V, MA, MG. [34] recedunt, MA, LA. [35] exierint, V, HA, Y; exiunt, MA. [36] alicuius, OC, CM. [37] secundi, LA; secundo, MG. [38] Om., OB, MA, MB, CE, Y, OC. [39] Om., OB, MA; quam, LA; quoad (corr.), MC.

rius plenius dicetur de custodia et cura. Quædam vero[40] neutro iure tenentur, sicut illi qui sunt plenæ ætatis. Et quibus modis finitur tutela et cura dicetur plenius infra. Item[41] quædam sunt sub virga, ut uxores etcetera.[42]

Sub potestate dominorum sunt servi.

SERVI autem sub potestate dominorum sunt, nec solvitur dominica potestas quamdiu manentes fuerint in villenagio levantes et cubantes, sive terram tenuerint sive non. Item etsi[43] non manentes in villenagio sed vagantes per patriam, euntes et redeuntes, semper sub potestate dominorum sunt quamdiu redierint. Et cum consuetudinem revertendi habere desierint, incipiunt esse fugitivi, ad similitudinem cervorum domesticorum. Item si cum vagantes fuerint, sicut mercatores vel mercenarii, certis temporibus chevagium solverint,[44] quod dicitur recognitio in signum subiectionis et dominii de capite suo, quamdiu[45] chevagium solverint dicuntur esse sub potestate dominorum, nec[46] solvitur dominica potestas.[47] Et cum solvere desierint incipiunt esse fugitivi. Et si aliquo prædictorum modorum fugam fecerint, statim persequi[48] debent et recenter, infra tertium diem vel quartum, donec fuerint comprehensi et reducti, ubicumque inventi fuerint. Nec debet aliquis eos impedire ratione[49] alicuius libertatis vel privilegii, quia dominus servorum[50] illorum semper retinet dominium, donec[51] illud amittat per
f. 7] negligentiam, vel per violentiam et iniustam resistentiam, et cui ille qui persequitur[1] resistere[2] non possit. Et unde oportebit ad superiorem recurrere, ut sibi perquirat per breve, nisi ita sit forte quod ille fugitivus infra annum ad villenagium suum revertatur et a domino comprehendatur et detineatur, quod quidem licite potest facere dominus, quia[3] ante annum completum nullum habere potest privilegium fugitivus. Nec etiam si dominus infra annum clamium suum qualitercumque apposuerit, si fugitivus post annum redierit licite retineri poterit, nec currit tempus contra dominum, cum res per clamium appositum litigiosa efficiatur, et per hoc perpetuetur actio imposterum et elidatur privilegium.[4] Si autem dominus ille negligens extiterit in persequendo[5] et in clamio apponendo qualitercumque, si fugitivus post annum revertatur non erit domino licitum nec[6] tutum manum apponere,[7] cum post annum possit fugitivus habere privilegium, et se in statu libero defendere per exceptionem. Et sic solvitur

[40] Om., MG, CM. [41-42] Om., OB, MB, CE, Y; (OA, rubr.). [43] si, MA, V, CE (+ et). [44] Om., OA, OB, OC, LA, MC, CE, Y, HA, MB, MG, MA (+ dederint); solvunt, V; solvant, CM; solverint, MD. [45] et quamdiu, V, OC (+ et), CM (+ et). [46-47] Om., MG, CM, OC. [48] prosequi, V, MA, MG, CM. [49] aliqua ratione, MG, CM. [50] Om., OB, MB. [51] nec, OB, MB, CE, MA (corr. donec); nisi, Y.

[1] prosequitur, V, MA, MG, CM, HA. [2] et resistere, OB, MB. [3] quando, MB, OB (+ quando); quando (+ ante), MA. [4] privilegium annuale, CM, HA. [5] prosequendo, V, CE, OC, MG. [6] neque, OA, CE, MG, LA, CM, HA, MC. [7] imponere, OB, MB.

dominica potestas. Et dicuntur servi esse in statu libero donec dominus versus eos sibi perquisierit[8] per legem terræ, nec[9] habebit potestatem aliquam in eis vel liberis suis, terris vel aliis bonis[10] ipsorum,[11] donec corpus quod principale est disrationaverit, secundum quod inferius dicetur. Cum autem dominus per negligentiam vel impotentiam sui[12] seisinam de fugitivo suo amiserit, si resumptis viribus contra privilegium fugitivum reduxerit, vel cum fugitivus redierit ipsum retinuerit, pœnam debitam non evadet, cum hoc sit contra pacem. <Infra[13] plus de hac materia[14] de placito de nativis et fugitivis, qualiter[15] revocantur in servitutem qui sunt extra potestatem dominorum et in fuga.[16]> <Sed[17] si extra villenagium inventus fuerit, cum dominus negligens fuerit in prosecutione, capi non poterit nec retineri non magis quam liber homo, et si fuerit, inde habebit querelam de imprisonamento.[18]>

De dominico domini regis et de condicione personarum tenentium de dominico: non dico de manerio.

In dominico domini regis plura sunt genera hominum.[19] Sunt enim ibi[20] servi sive nativi, ante conquestum, in conquestum et post. Et tenent villenagia et per villana servitia et incerta, qui usque in hodiernum diem villanas faciunt consuetudines et incertas, et quidquid eis præceptum fuerit, dum tamen licitum et honestum.[21] Fuerunt[22] etiam in conquestu liberi homines qui libere tenuerunt tenementa sua per libera servitia, vel[23] liberas consuetudines, et cum per potentiores eiecti essent, postmodum reversi receperunt eadem tenementa sua[24] tenenda in villenagio, faciendo inde opera servilia, sed certa et nominata. Qui[25] quidem dicuntur glebæ ascripticii, et nihilominus liberi, quia licet faciant opera servilia, tamen non faciunt ea ratione personarum sed ratione tenementorum. Et ideo assisam novæ disseisinæ non habebunt, quia tenementum est villenagium, quamvis privilegiatum, sed nec assisam mortis antecessoris, sed tantum parvum breve de recto secundum consuetudinem manerii. Et ideo dicuntur glebæ ascripticii, quia tali gaudent privilegio quod a gleba amoveri non poterunt, quamdiu solvere possunt[26] debitas pensiones, ad quoscumque pervenerit dominicum domini regis. <Nec compelli poterunt ad tale tenementum tenendum nisi velint.> Est et[27] aliud genus hominum in manerio domini regis, et
f. 7b] tenent[28] de dominico et[29] per easdem consuetudines et servitia vil-

[8] perquisiverit, MA, MB, Y. [9] non, OB, MA, MB. [10-11] suis bonis, OB, MB. [12] suam, MB, OC, CM; sui suam, MA. [13-16] Om., OB, MA, MB, CE, Y, HA; *rubrica*, OA, LA, MC, MG. [13-14] invenies plus de hac materia infra, OC, MG, CM. [15-16] Om., OC, MG, CM. [17-18] Om., OB, MB, CE, Y. [19] homini, MA, MB. [20] Om., MA, MB. [21] honestum fuerit, MG, CM. [22] fuerit, OB, MA, HA. [23] vel per, V; et, OB, MA, MB, Y, HA. [24] Om., MB, CM. [25] quæ, MA, MG, CM. [26] poterunt, OB, CM, HA; poterint, MB. [27] etiam, MA, OC. [28] sunt, MG, CM. [29] Om., MA, HA.

lana per quæ supradicti, et non in villenagio, nec sunt servi nec fuerunt in conquestu ut primi, sed per quandam conventionem quam cum dominis fecerunt, et ita quod quidam eorum cartas habent et quidam non, et qui, si[30] a talibus tenementis eiecti fuerint, seisinam recuperabunt, secundum[31] quosdam,[32] per assisam novæ disseisinæ. Et cum assisam novæ disseisinæ habuerint, habebunt heredes assisam mortis antecessoris.

Sunt etiam liberi in manerio domini regis.

SUNT etiam alia genera hominum in maneriis et[33] dominicis domini regis, qui sicut[34] alibi[35] tenent libere et in libero socagio et[36] per servitium militare ex novo feoffamento et post conquestum.

Sub potestate dominorum sunt liberi homines.

ITEM sub potestate dominorum sunt liberi homines possessi ut servi, et qui aliquando in libertatem proclamant, et qui dici poterunt statuservi cum sint liberi, eadem ratione qua servi dici poterunt statuliberi cum sint fugitivi et extra potestatem dominorum: de quibus plenius dicetur infra.

[30] Om., OA, OB, MA, MB, CE, Y, OC. [31-32] et, MG, CM; om., LA, MC. [33] Om., OB, MB, HA; in, CE. [34] sunt, CM, MG (sint), HA. [35] alii, OB, MA, MB, CE, Y. [36] Om., OB, MB, CM.

DE REBUS

De rebus et rerum divisione: prima divisio.

SUPERIUS dictum est de personis et statu hominum et iure personarum, consequenter dicendum erit[37] de rebus per divisionem, quia res per divisionem melius aperiuntur. Rerum autem prima divisio hæc est, quod rerum quædam sunt in patrimonio nostro, et quædam extra. Quæ sunt in patrimonio satis patebit inferius. Extra patrimonium autem dicuntur res sacræ et communes. Quædam vero nec sunt in patrimonio nec extra, sicut iura et servitutes, ususfructus, iter[38] et actus, via[39] et aquæ ductus et huiusmodi. Et ideo non dicuntur servitutes esse in bonis, quia per se sine fundo alienari non possunt. Item prædiales servitutes per se non censentur, et ideo videntur non esse, vel extinctæ esse, si censeantur per se. Nam et manica videtur extincta, cum non[40] accedit[41] vestimento, et tignum videtur non possideri cum[42] accedit[43] ædificio. Sed tamen non dicuntur istæ servitutes esse extra bona, cum possidentes exceptionem, et non possidentes habeant actionem.

Divisio secunda.

FIT et[44] alia et secunda divisio rerum, quia aliæ sunt corporales aliæ incorporales. Corporales vero quæ tangi possunt, sicut terra, fundus, res immobiles vel res mobiles, quæ se movere possunt, sicut animalia et huiusmodi, vel moveri. Incorporales vero sunt sicut sunt iura, quæ videri non possunt neque tangi, ut ius eundi, agendi, aquamve ducendi, et[45] huiusmodi[46] quæ non possidentur sed quasi.

Divisio tertia.

EST etiam tertia divisio rerum, quod[47] aliæ sunt communes, aliæ publicæ, aliæ universitatis,[48] aliæ nullius, et[49] aliæ singulorum, quæ variis ex causis cuique adquiruntur.

Quædam res sunt communes.

NATURALI vero iure communia sunt omnium[50] hæc: aqua profluens, aer et

[37] est, MB, Y. [38] iter, OA, OC, HA, MA (corr.); item, V, LA, MC, CE, CM, MG, Y (— et). [38-39] item via, OB, MB. [40] non, OA, OB, MA, MB, MG, OC, MC, LA, HA, CM, Y; om., Azo. [41] accedat, MA, MB, OC, Y; accidat, OB. [42] cum non, V, CM, MG, OC, MC. [43] accidit, OB, MA, MB. [44] etiam, OB, MA, OC, CM, HA. [45-46] Om., MG, CM. [47] quæ, OB, MB. [48] universales, OB, MB. [49] Om., OB, MA, MB, Y. [50] omnia, V, MA, Y.

mare[51] et litora maris, quasi mari[52] accessoria. Nemo igitur[53] ad litus maris accedere prohibetur, dum tamen villis et ædificiis abstineat, quia litora non[54] sunt iure gentium communia sicut et[55] mare. Immo ædificia, si[56] in f. 8] mari sive in litore[57] posita fuerint, ædificantium sunt[1] de iure gentium, et ita in hoc casu solum cedit ædificio, licet alibi[2] contrarium, quod ædificium cedit solo.

Quædam publicæ.

PUBLICA vero sunt omnia flumina et portus. Ideoque ius piscandi omnibus commune est in portu et in fluminibus. Riparum etiam usus publicus[3] et iuris[4] gentium sicut ipsius fluminis. Itaque naves ad eas applicare, funes arboribus ibi natis religare, onus aliquod in his reponere, cuilibet liberum est sicuti per ipsum flumen navigare. Sed proprietas earum[5] est illorum quorum prædiis adhærent, et eadem de[6] causa arbores in eisdem natæ eorundem sunt. Et hæc intellegenda sunt de fluminibus perennibus, quia temporalia possunt esse privata. Publica autem ita accipiuntur, quæ sunt omnium populorum, id[7] est[8] quod spectant[9] ad usum hominum tantum. Communia vero dici poterunt aliquando, quæ sunt omnium animantium.

Quædam universitatis.

UNIVERSITATIS vero sunt, non singulorum, quæ sunt in civitatibus ut[10] theatra, stadia et huiusmodi, et si qua sunt in civitatibus[11] communia. Dicuntur vero[12] theatra a theorando, id[13] est[14] inspiciendo. Stadium vero dicitur octava pars miliarii, quod, ut dicitur Hercules uno anhelitu currebat et postea stabat. Et dicuntur ista[15] universitatis dominio et usu. Alia autem dicuntur universitatis esse non usu, sed dominio et fructu, ut fundi et servi civitatum,[16] qui[17] ita sunt omnium civium, ita quod nullius per se.

Quædam sacræ et religiosæ quæ sunt deo consecratæ.

RES vero sacræ, religiosæ, et sanctæ in nullius bonis sunt. Quod enim divini[18] iuris est, id in nullius hominis bonis est, immo[19] in bonis dei hominum censura.

Quædam singulorum.

ITEM sunt res singulorum, ut mea, tua, dominio et usu, sicut fundi, civitates et servi. Et sunt sacra quæ rite et per pontifices deo consecrata sunt,

[51] mare immo ædificia, MG, CM. [52] maris, V, HA. [53] enim, V, OB, MA, MB, CE, Y. [54] Om., V, Y, (* MC). [55] Om., MA, Y. [56] sive, OB, OC, MB, CM, LA, HA, MG. [57] litore maris, OC, MG, CM.

[1] item, MG, CM. [2] alicui, OB, MB; alii, MA. [3] publicus est, V, Y. [4] iure, MB; iur., OB, OC, MA, CM, Y; de iure, V. [5] illarum, MG, CM. [6] Om., MA, MB. [7-8] et, MG, CM. [7-9] id quod spectat, OB, MB. [10-11] Om., MG, CM. [12] Om., MG, CM. [13-14] et, MG, CM (inspicienda). [15] illa, MA, CE. [16] civitatis, MA, MB; civitat., MSS. var.; omnium civitatum, MG. [17] quæ, OB, MB; quia, MA, HA. [18] semi, OA, OB, OC, MB, CE. [19] enim, OB, MB.

veluti[20] ædes sacræ et religiosæ et dona quæ rite ad ministerium dei dedicata sunt, ut calices, cruces, et turibula, quæ alienari prohibentur, excepta causa redemptionis captivorum. Item loca sacra sunt coemiteria et[21] ecclesiæ et capellæ,[22] et licet ædificia diruantur,[23] adhuc locus sacer manet. Et differt sacrum a sacrario quia sacrarium dicitur locus ubi sacra reponuntur.[24] Sacræ etiam[25] res sunt, veluti muri et portæ civitatum, et ideo dicuntur sancti quia pœna capitalis constituta est in eos qui aliquid in muros sanctos delinquunt, violando aliquid in his vel immittendo, vel transcendendo, scalis adhibitis, vel alia qualibet ratione. Quia hostile est et abominabile alias ingredi quam per portas. Dicitur etiam sanctum quod defensum est et munitum ab iniuria hominum, et lex illa specialiter dicitur sanctio quæ[26] pœnam imponit iniurioso. Muros vero municipales reficere non licet alicui ad privatum commodum, sed ad publicam[27] utilitatem.[28]

Quædam nullius.

Res quidem nullius esse dicuntur pluribus modis: natura, sive iure naturali, ut feræ bestiæ, volucres et pisces. Item censura, ut dictum est, sicut res sacræ, religiosæ et sanctæ. Item casu, sicut est[29] hereditas iacens ante aditionem. Sed fallit in hoc, quia[30] sustinet vicem personæ defuncti, vel quia sperantur[31] futuræ heredis[32] qui adibit. Dicuntur etiam res in nullius bonis esse quæ habitæ sunt pro derelicto. Item tempore dicuntur res nullius esse ut thesaurus. Item ubi non apparet dominus rei, sicut de wrecco maris. Item de his quæ pro[33] wayvio habentur, sicut de averiis, ubi non apparet dominus, et quæ olim fuerunt inventoris de iure naturali, iam efficiuntur principis de iure gentium. Item sunt res natura nullius, ubi natura non
f. 8b] patitur, quod possint esse alicuius, sicut sunt[34] liberi homines. Liberi enim homines exempti sunt a dominio et commercio, et illud idem dici poterit in[35] servo ægrotante, quem dominus abiecit. Lex enim facit ei ut sit liber.

[20] vel, CE, MG, CM, HA. [21-22] et capellæ et ecclesiæ, V, OC, CM, LA, HA, MG, MC. [23] derivantur, MA, MG, CM, MC. [24] ponuntur, MG, CM. [25] enim, OB, MA; autem, MB. [26] quia, V, OB, MB. [27] communem, MG, CM, OC. [28] Om., MG, CM. [29] Om., MA, CE, LA. [30] quod, MA, MB, HA. [31] aperantur, OC. [31-32] speratur futura hereditas, V, CM, MG (hered.), HA (heredis). [33] Om., OB, MB. [34] Om., OB, MB. [35] de, MA, V.

DE ADQUIRENDO RERUM DOMINIO

Qualiter dominia rerum adquiruntur de iure naturali vel gentium.

DICTUM est supra de rerum divisione. Nunc autem dicendum est[36] qualiter dominia rerum adquiruntur de iure naturali sive gentium, ut a vetustiore iure incipiatur, quod cum ipso genere humano rerum natura prodidit, et post dicendum erit de iure civili, quod[37] postea esse cœpit,[38] cum et civitates condi et magistratus creari et leges scribi cœperunt.

De feris bestiis.

IURE autem gentium sive naturali dominia rerum adquiruntur multis modis. Imprimis per occupationem eorum quæ non sunt in bonis alicuius, et quæ nunc[39] sunt ipsius regis de iure civili et non[40] communia ut olim. Sicut sunt feræ bestiæ, volucres et pisces, id[41] est[42] omnia animalia quæ in terra et in mari et in cœlo, id[43] est[44] in ære, nascuntur, ubicumque capiantur, et cum capta fuerint[45] incipiunt esse mea, quia mea custodia coercentur. Et eadem ratione, si evaserint custodiam meam et in naturalem libertatem se receperint,[46] desinunt esse mea et rursus fiunt occupantis. Recipiunt autem naturalem libertatem tunc,[47] cum vel oculos meos[48] effugerint in ære libero et non sub capa mea, vel ita sint[49] in conspectu meo ut impossibilis sit eorum persecutio.

De piscatione, venatione, apprehensione.

ITEM continet occupatio piscationem, venationem, et apprehensionem.[50] Et nec sola persecutio facit rem esse meam. Nam etsi feram bestiam vulneraverim ut capi possit, non tamen[51] est mea nisi cepero,[52] immo erit posterius[53] occupantis, quia multa accidere solent ne capiam. .Item si in laqueum, quem venandi causa tetendi[54] aper inciderit, et cum coercerem eum exemptum[55] abstuli, erit meus si in potestatem meam pervenerit, nisi consuetudo vel privilegium se habeat in contrarium.

[36] Om., OA, OB, OC, LA, HA, MC. [37-38] quæ postea esse cœperunt, OA, LA. [39] non, OB (qui), MA, MB, HA, MC; om., MG, CM. [40] Om., OB, MA, MB, CE, MG, CM, MC. [41-42] et, V, OB, MB, MG, CM. [43-44] et, V, MA, MB, MG, CM, HA, MC. [45] fuerunt, OB, MA. [46] receperunt, MA; receperim, OB. [47] tunc vel, MG, CM. [47-48] tunc cum ab aspectu oculorum meorum, OC. [49] sicut, MB, OB (corr. sint). [50] comprehensionem, MG, CM. [51] Om., OB, MG, CM. [52] ceperim, OC, MG, CM. [53] potius, V, OC, OB, MA, MB. [54] tetendit, OA, OB, MA, MB, MC, CE; tenendi, OC; tenendi quæ incidit, CM, MG; tetendi, V, LA, HA. [55] exemptam, MG, CM.

Apes cum includuntur.

Continet etiam occupatio inclusionem ut in apibus quarum fera est natura. Nam si in arbore mea consederint, non magis sunt meæ antequam a me alveo includantur quam volucres quæ in arbore mea fecerint nidum, et ideo si alius incluserit[56] eas earum dominus erit. Examen etiam quod[57] ex alveo meo evolaverit eo[58] usque[59] meum esse intellegitur quamdiu in conspectu meo est, nec sit impossibilis eius persecutio, alioquin occupantis fit.[60] Sed si quis[61] illum ceperit, suum non facit si sciverit ipsum alienum, f. 9] sed furtum facit nisi animum habeat restituendi. Et hæc vera sunt nisi aliquando de[1] consuetudine in quibusdam[2] partibus aliud fiat.

De mansuetis bestiis et avibus.

Hæc quæ dicta sunt locum habent in animalibus quæ omni tempore fera[3] permanserunt.[4] Si autem animalia fera facta fuerint mansueta et ex consuetudine eunt et redeunt, volant et revolant, ut sunt cervi, pavones, et[5] columbæ, alia regula comprobata[6] est, ut eo[7] usque nostra intellegantur[8] quamdiu habuerint animum revertendi. Nam si revertendi animum habere desierint[9] nostra desinunt esse. Revertendi autem animum videntur desinere[10] habere cum consuetudinem revertendi deseruerint. Idemque dicitur de gallinis et anseribus feris factis mansuetis. In domesticis vero tertia regula comprobata[11] est, quod licet conspectum meum effugerint anseres mansueti et gallinæ, quocumque tamen loco sunt mei esse intelleguntur, et furtum facit qui ea animo lucrandi retinuerit. Habet etiam locum ista[12] species occupationis in his quæ ab hostibus capiuntur, ut si liberi homines in servitutem nostram deducantur,[13] et[14] potestatem[15] nostram evaserint, pristinum statum recipiunt. Item locum habet eadem species occupationis in his quæ communia sunt, sicut in mari et[16] litore maris, in[17] lapillis et gemmis et ceteris in litore maris inventis. Idem etiam in insulis in[18] mari natis,[19] et in similibus, et in rebus pro derelicto habitis, nisi consuetudo se habeat in contrarium propter fisci privilegium.

Adquiritur iure gentium per accessionem.

Adquiritur etiam[20] iure gentium rerum dominium per accessionem discretam vel[21] secretam, concretam seu continuam. Et quæ ex animalibus

[56] inclusit, MG, CM. [57] quæ, MG, CM. [58-59] quousque, OB, MB, MG, CM; hucusque, MA. [60] sit, OA, OC, MC, CM, V; fit, OB, MA, MB, CE, LA, MG, HA, Azo, Inst., Dig. [61] aliquis, LA, MC.

[1] Om., MG, CM. [2] quibus, OB, MB. [3] Om., CE, MB, OB (+ fera), MA (+ fera). [3-4] feræ naturæ sunt, MG, CM. [5] Om., OB, MB. [6] approbata, MG, CM. [7] quo, OB, MB, MG, CM; huc, MA. [8] intelliguntur, OB, MB. [9] desiverint, OB, HA. [10] non, OB, MB, MA (videantur). [11] approbata, MG, CM. [12] alia, OB, MB. [13] redigantur, MA, MB. [14] Om., OA (* postea), OB, MA, LA, MC, HA. [15] potestatemque, OC, MG, CM; postatem, CE; postea, MA. [16] et in, OB, MB. [17] et, MG, CM. [18] et in, OB, MA, MB. [19] Om., MG, CM. [20] Om., OC, MG, CM. [21] ut, MG, CM.

dominio tuo subiectis nata sunt, tibi[22] adquiruntur. Item quod per alluvionem agro tuo flumen adiecit, iure gentium tibi adquiritur. Est autem alluvio latens incrementum, et per alluvionem adici dicitur quod ita paulatim adicitur, quod intellegere non possis quoquo[23] momento temporis adiciatur. Nam et si tota die figas intuitum, imbecillitas visus tam[24] subtilia incrementa perpendere non potest, ut videri poterit in cucurbita et[25] similibus. Si autem non sit latens incrementum, immo apparens, contrarium erit. Ut ecce vis[26] fluminis partem aliquam ex tuo prædio detraxit et vicini prædio appulit, certum est eam tuam permanere. Et si longiori tempore fundo vicini adhæserit,[27] et arbores quas secum traxerit in eum fundum radices egerint, ex eo tempore videntur fundo vicini adquisitæ. Dabitur tamen priori domino utilis vindicatio secundum quosdam, sed cessat rei vindicatio, quia alterius facta est crusta,[28] et alia dicenda est arbor, alio terræ alimento. Habet etiam locum eadem species accessionis in insula nata in flumine, quæ si quidem mediam partem fluminis teneat, communis est eorum pro diviso[29] qui[30] ab utraque parte fluminis prope ripam prædia possident pro modo latitudinis cuiuscumque[31] fundi,[32] quæ latitudo prope ripam sit.[33] Quod si alteri parti proximior sit, eorum est tantum qui ab ea
f. 9b] parte prope ripam prædia possident. Si autem insula in mari nata sit, quod raro accidit, occupantis fit. Non tamen credas proprium alicuius agrum in formam insulæ[34] redactum insulam esse, ut ecce flumen dividitur in superiori et circuit agrum alicuius, et deinde infra[35] unitur,[36] quo casu eiusdem[37] erit ager cuius prius fuerat. Cavendum quoque erit in metienda vicinitate insularum, quia potest quis in hoc de[38] facili decipi. Ponatur igitur punctus quidam[39] in medio inter utrumque agrum, et secundum hoc si insula citra punctum sit, vel huius[40] tantum[41] vel illius tantum erit. Si autem sit et citra punctum et in ipso puncto et ultra, tunc pro diviso[42] communis erit, ut tantum mihi[43] de ipsa insula cedat quantum continetur a medietate puncti usque ad agrum meum, et sic fiat in persona vicini quoad divisionem. Et videtur quod vicinitas et remotio insulæ considerari debet secundum principium nativitatis suæ.[44] Et inde erit quod si inter insulam quæ mihi proximior est et contrariam ripam vicini, quæ est ultra flumen, alia sit nata insula, mensura fiet a mea insula et non ab agro meo. Et hæc

[22] ibi, OA, LA, CE, MB, MA. [23] quo, OC, MG, CM. [24] tamen, OB, MA. [25] et in, OC, MA. [26] ius, MB, MA (corr. vis). [27] adhæsit, MG, CM. [28] quod cura, MG; cuius terra, CM. [29] indiviso, V, MG, CM. [30] quæ, OB, MB. [31] cuiusque, MG, CM. [32] Om., OB, MB. [33] fit, MG, CM. [34] infusæ, MG, CM. [35-36] infunditur, OB; mutatur, MB. [37] eius, V; idem, CM. [38] Om., OC, MG, CM; casu de, CE. [39] Om., OB, MA, MB, CE. [40] huiusmodi, OB, OC, MB, MG, CM, HA, MC. [41] Om., OB, MB. [42] indiviso, V, CE, HA. [43] mihi, V, OC, MD, CM, HA, MG, Azo; inde, OA, OB, MA, MB, CE; nisi, MC. [44] Om., MG, CM.

omnia tenenda sunt in insula quæ alvei solo adhæret, et non quæ[45] virgultis sustentatur. Si autem insula rotunda inveniatur difficile erit eam metiri. Hoc tamen observetur, ut[46] omne quod propinquius est mihi cedat, et ita illi[47] cedat quod vicinius erit. Et hoc numquam fallet. Habent quidem locum hæc in agris non limitatis, nam[48] in limitatis non habet locum ius[49] alluvionis.[50] Sunt autem limitati, qui assignantur aliquibus certis locis et certis terminis,[51] ut[52] sciatur[53] quid cui datum sit et quid retentum et[54] relictum. Præterea agris limitatis non cedit insula ratione vicinitatis in flumine publico, immo conceditur occupanti, et per consequens regi propter suum privilegium. Habet etiam locum eadem species accessionis in alveo fluminis a flumine derelicto. Cedit enim eis qui prope ripam fluminis prædia possident, pro modo scilicet latitudinis cuiuscumque agri, quæ latitudo prope ripam sit. Novus autem alveus eius iuris incipit esse cuius et ipsum flumen, id est publicum. Flumen enim alveum sibi constituendo[55] agrum privati facit publicum et publicum[56] facit privatum. Et ideo dicuntur flumina vice censitorum, id est iudicum vel principum, fungi.[57] Iudex enim vel imperator sæpe quod unius est alteri adiudicat, iuste vel iniuste, bona fidei vel mala. Sed ubi flumen mihi abstulit meum prædium per alvei constitutionem, deinde[58] redit[59] ad antiquum alveum, de iure stricto[60] in[61] prædio quondam meo nihil possum vindicare. Cedit enim his[62] qui prope ripam prædia habent. De æquitate tamen vix optinet hoc, id est nullo modo obtinet. Ubi autem flumen alveum sibi non constituit in agrum meum, sed illum inundaverit, non immutatur species eius quantum ad proprietatem.

De accessione quæ fit humana natura operante per adiunctionem specierum.

HÆC[63] de accessione quæ fit[64] tantum divina natura operante. Est et alia, quæ fit tantum humana natura operante, quæ fit per adiunctionem unius speciei ad aliam, eiusdem generis vel diversi,[65] per[66] applumbaturam vel ferruminationem, secundum quod in Institutis[67] legitur, et ibi quæ pars alteri[68] debeat accrescere. Si autem per applumbaturam, minor cedit maiori vel pretiosiori, et si neutra pretiosior, quilibet suum vindicabit. Vindicat etiam sibi locum ius accessionis in ædificiis per humanæ naturæ laborem, ut

[45] qui, MG, CM. [46] quod, V, MA. [47] illud, OC, MG, CM; ille, OA. [48] nam, V, OC, MG, CM, MC; non, OA, CE, MB, HA; om., OB, MA. [49-50] in alluvionibus, MG, CM. [51] terris, OB, MA, MB, MC. [52-53] ubi scitur, V, OA, MG. [53] scitur, CE, CM, MC. [54] et quid, MG, CM. [55] consuetudo, OA, OB, MB, MC, CE; constituit constituendo, OC. [56] Om., OC, MG, CM. [57] fingi, OB, MB. [58] demum, MA, MG. [59] rediit, MG, CM. [60] scripto, OC, MG, CM. [61] et, OA, OB, MA, MB, CE (— prædio). [62] is, OA; eis, OB; om., MB, MA (+ et his). [63] sed, OB, MB. [64] Om., MG, CM; sit, MB. [65-66] Om., OB, MB, (* MA). [67] iniuste, MG; iniustum, OC; iustitia, MB; infra, V. [68] Om., MG, CM.

si quis in solo suo alienam materiam ædificavit, ipse dominus intellegitur ædificii, quia omne quod inædificatur solo cedit. Nec tamen is[69] qui materiæ dominus fuerat dominus esse desinit, nec suum eximere potest, sed pro eo duplum consequetur: et si dirutum sit[70] ædificium quod suum fuerit vindicare poterit, nisi fuerit duplum consecutus. E contrario autem si quis de f. 10] suo in alieno solo ædificaverit mala fide materiam præsumitur donasse, si autem bona fide, solvat dominus[1] soli pretium materiæ et mercedem fabrorum. Hoc autem quod prædictum est locum habet si ædificium sit immobile, si autem mobile aliud erit. Ut ecce horreum frumentarium novum ex tabulis ligneis factum in prædio Sempronii positum, non erit Sempronii. Hæc eadem species accessionis per humanæ naturæ solicitudinem potest assignari in litteris. Litteræ enim, licet sint aureæ, perinde membranis cartisve[2] cedunt, sicut[3] ea solo cedere solent quæ ædificantur vel inseruntur. Sed in picturis[4] erit contrarium. Ridiculum enim esset pretiosam picturam accessione[5] cedere vilissimæ tabulæ. Et ideo tabula cedit picturæ, ut in Institutis plenius, et ibi inveniri[6] poterit in Summa, quod in casu deterior est condicio possidentis. Item in eodem, quod melior propter[7] duplex beneficium possidendi. Item in eodem, quod ubi obscura sunt utriusque iura pro possessore iudicabitur. Potest etiam eadem species assignari in textis.[8] Nam si alienam purpuram quis intexuit vestimento suo, licet pretiosior sit purpura, tamen cedit vestimento vice accessionis. Item eadem species accessionis potest assignari in fructuariis et usuariis[9] circa fructuum obventionem.

De accessione quæ fit divina natura et humana cooperante.

Illis autem accessio erit divina natura et humana cooperante, et quæritur ex ea dominium. Ut ecce Titius alienam plantam in solo suo posuit, ipsius erit planta. Et ex diverso si Titius suam plantam in Mævii solo posuerit, Mævii erit planta, si modo utroque casu radices egerit. Sed[10] antequam radices egerit[11] permanet[12] eius cuius prius fuerat. Et hoc est[13] adeo verum ut si vicini arbor ita[14] terram Titii presserit ut in eius fundo radices egerit, Titii erit arbor. Ratio enim non permittit ut alterius sit quam eius in cuius fundo radices egerit. Item si in confinio arbor posita sit et in vicini[15] fundo radices egerit, communis erit, nec licebit vicino radices excidere. Et hoc

[69] his, OB, MA, MC, MG, CM; om., MB. [70] fuerit, OC, MG, CM.

[1] domino, OC, MB; dominio, OA; dominis, MA, MC. [2] cartis ne, OA, MC; cartis (+ ne), MB. [3] Om., OA, OB, MB, MC, (+ MA); si tunc, OC; tunc, MG. [4] pictura, MG, CM; picturæ, OC. [5] Om., OB, MB, CE, (+ MA); per accessionem, V. [6] intueri, MG, CM. [7] est, OB; est propter, MG, CM; est condicio possidentis propter, V. [8] terris, OC, MB; vestibus, OB; extractis, CM. [9] usurariis, OA, MB, CE, CM, MC. [10-11] Om., OA, OB, MA, MB, MC, CE. [12] non permanet, MB, MA; non egerit permanet, OB. [13] Om., MG, CM. [14] in, OB, MB, CE. [15] vicino, OC, MG, CM.

verum est si arbor mea in vicino[16] fundo radices egerit sine quibus vivere non possit quod communis esse debeat, si autem satis vivere possit sine radicibus illis, non erit communis. Qua[17] autem ratione plantæ solo cedunt cum radices egerint, et ædificia immobilia, eadem ratione cedunt frumenta, cum sata fuerint et solo coaluerint, sive fortuito casu ceciderint in terram sive non.

Item adquiruntur res per specificationem.

ADQUIRITUR[18] etiam nobis per specificationem, ut si quis de aliena materia speciem fecerit aliquam, dominus erit speciei qui fecit.

Item per confusionem.

EST etiam[19] alius modus adquirendi per confusionem. Confunduntur itaque[20] liquida ut mel et vinum. Confunduntur etiam[21] solida, licet cum difficultate magna, videlicet species, sicut aurum et argentum, plumbum et ferrum: et quod ex his[22] redigitur erit commune, sive separari possit sive non, inter eos de quorum voluntatibus corpora sive species confunduntur. Si autem casu fortuito fiat confusio et separari non possint, idem erit. Si autem separari possint materia, unusquisque partem ponderis et mensuræ habebit quam habuit in rudi materia. Si autem frumentum alicuius mixtum f. 10b] fuerit cum frumento alterius non erit frumentum inter eos commune, sed quisque[23] de acervo vindicabit partem pro modo sui frumenti. Nec fieri poterit communicatio frumenti, quia singula corpora manent in sua substantia: ac si pecora Titii tuis pecoribus essent mixta, et ubi non intellegitur quod grex sit communis. Et quamvis valde difficile sit et quasi impossibile separare frumentum meum a frumento tuo, satis tamen dici poterit pro parte indivisa dari vindicationem, quasi acervus frumenti sit communis, ut vindicet tantum de acervo quantum fuerat[24] suum. Et differt confusio a mixtione in tribus. Species enim dicuntur misceri et materiæ confundi. Item species mixtæ remanent in eadem substantia et specie,[25] confusæ autem transferuntur in aliam materiam.

Item per inventionem.

ADQUIRITUR etiam dominium per inventionem, ut si thesaurus inveniatur, secundum quod inferius dicetur inter placita coronæ.

Item ex causa donationis.

ADQUIRITUR etiam iure civili multis modis, videlicet ex causa donationis, ex causa successionis, et ex causa testamentaria, et aliis pluribus modis,

[16] vicino, OB, OC, MA, MG, HA, MC; vicinio, OA, CE, CM; alieno, MB. [17] quæritur autem qua, OB, MB; quia, CE. [18] adquiruntur, MA, MB. [19] autem, MB, CE. [20] enim, OB, MA; qui enim, MB; enim itaque, MG. [21] et, OB, MB. [22] ex eis, OB, MB, CE. [23] quisquis, MA, MB; quilibet, V. [24] fuerit, OB, MB, HA; qui non fuerat, CM. [25] species, OB, MA, MB, HA.

secundum quod inferius dicetur. Adquiritur etiam res corporalis per traditionem, quæ res corporalis traditionem patitur, quod non facit[26] res incorporalis,[27] ut sunt iura. Et quid sit traditio et quæ sufficiant[28] pro traditione, dicetur infra plenius de donationibus.

Ista pertinent ad materiam supra de rerum divisione.

Est etiam[29] alia divisio rerum, et de qua superius dicitur in parte, quod aliæ sunt corporales aliæ incorporales. Corporales sunt hæ quæ sui natura tangi possunt, qualia sunt fundus, homo, vestis, aurum, argentum[30] et aliæ res innumerabiles quæ omnes numerari non possunt propter earum multitudinem. Et ideo dicitur *natura sui,* licet res tangi non possit propter casum forte, quia res cecidit in profundum maris, vel propter difficultatem sicut stellæ cælo infixæ,[31] et quæ res corporales sunt, licet[32] tangi non possunt prædictis rationibus, tamen tangibilia sunt. Item corporales res[33] sunt fumus et ær. Est enim ær unum ex quatuor elementis ex quibus omnia corpora constant et creantur. Illud idem etiam[34] est[35] quod assumitur et remittitur a corpore, sicut flatus et anhelitus. Incorporales vero res sunt quæ tangi non possunt, qualia sunt ea quæ in iure consistunt, sicut hereditas, ususfructus, advocationes ecclesiarum, obligationes et[36] actiones et huiusmodi. Nec obstat quod in hereditate, usufructu[37] et huiusmodi corporales res contineantur, nam quod ex aliqua obligatione nobis debetur plerumque corporale est, veluti fundus, homo, pecunia et huiusmodi. Sed ipsum ius hereditatis, id est ipsum ius quod est hereditas, incorporale est. Et ita dicendum est de iure utendi fruendi et iure[38] advocationis et obligationis et etiam[39] de iure rusticorum prædiorum. Incorporales etiam res sunt licet in iure non consistant, sicut sunt genera et species, calodæmones et cacodæmones, anima mundi et animæ hominum.

De servitutibus.

Quia vero servitutes connumerantur inter alias res incorporales, videndum est hic[40] de servitutibus. Est enim quædam servitus qua homo fit[41] servus hominis, sed de ea non tractatur hic, sed de illa[42] qua subicitur prædium prædio. Fit tamen ad similitudinem eius qua homo sit servus hominis, ut sicut illa[43] constitutio dicitur ius[44] gentium qua quis dominio alieno contra naturam subicitur, et hoc idem dicatur[45] de servitute sive constitutione qua

[26] sunt, MA; faciunt, V. [27] incorporales, MA, V. [28] sufficiunt, CM, MG. [29] autem, MA, MB. [30] et argentum, OB, OC, MG, CM, Y. [31] fixæ, OB, MB, CE, Y. [32] sed, MG, CM. [33] Om., OB, MB. [34] Om., MB, CE, HA. [35] Om., OB, MB. [36] Om., MA, MG, CM. [37] ususfructus, OB, MC, MA, MB, CE, OC. [38] Om., MG, CM. [39] Om., MG, CM. [40] videndum hic, OA, MA, Y, MC. [41] sit, MA, HA. [42] illa, OB, OC, MA, MB, CE, HA, MC, OA (quæ); ista, MG, CM; ea, V, Y, Azo. [43] ista, V, OB, MG, CM. [44] iuris, Y, Azo. [45] Om., OA, OB, MA, MB, CE, Y, HA; dicitur, MC.

f. 11] domus domui et rus ruri subiungitur, et ita dicantur[1] servitutes urbanæ et rusticæ. Et quæ istæ sint et quis eas[2] constituat[3] et cui et qualiter, et cum constituantur qualiter amittantur,[4] inferius dicetur.

De rerum dominio adquirendo ex causa donationis inter vivos.

QUONIAM inter alias causas adquisitionis magis celebris est et famosa causa donationis, ideo sibi vindicat secundum[5] locum, quia per eam magis adquiritur et sæpius quam per aliam. Et unde imprimis videndum est quid sit donatio, et[6] qualiter dividatur, quis donare possit, et quis non. Item quæ res donari possit et quæ non, et cui dari possit et cui non. Item quæ exigantur ad hoc quod valeat donatio. Item qualiter adquiratur possessio, et ab uno ad alium transferatur, et cum fuerit adquisita qualiter amittatur, et cum amissa fuerit qualiter restituatur.

Quid sit donatio.

EST autem donatio quædam institutio quæ ex mera liberalitate nullo iure cogente procedit, ut rem transferat ad alium. Et est dare rem accipientis facere cum effectu, alioquin inutilis erit donatio quæ irritari poterit et revocari. Ut si fiat de re aliena, quia non videtur quis possessionem adeptus qui eam ita nactus est ut illam retinere non possit. Et tamen si res aliena donetur, erit donatio valida quoad dantem et quoad incipientem ab initio, licet invalida sit quantum ad verum dominum et illum qui ius habet, erga quem nullo tempore erit valida, nisi per confirmationem eius[7] qui illam infirmare[8] poterit, scilicet veri domini vel eius heredis, vel per eorum ratihabitionem, vel per cursum temporis, quod omnem excludit actionem.

Qualiter donatio dividatur.

VIDENDUM[9] qualiter donatio dividatur. Dividitur autem sic, quod donationum alia inter vivos, alia mortis causa, sicut ex causa testamentaria, de qua inferius dicetur. Item donationum alia simplex et pura, scilicet quæ nullo iure civili vel naturali cogente, nullo pretio,[10] metu vel vi interveniente, ex mera et gratuita liberalitate donantis procedit, et ubi[11] in nullo casu velit donator ad se reverti quod[12] dedit, vel[13] quod se[14] daturum promisit, sive fiat donatio pure sive in diem, nisi fiat sub condicione vel sub modo. Item alia fit ob causam, ubi scilicet causa interponitur ut aliquid fiat vel non fiat, in quam speciem[15] cadit donatio causa dotis vel causa[16] mortis vel huiusmodi. Ut si quis ea mente dederit, ut tunc demum fiat accipientis cum

[1] dicuntur, V, MG, CM, MC, HA, Azo. [2] ea, OB, MA (corr. eas). [3] constituit, MG, CM. [4] admittuntur, OB, MA; admittantur, MB; amittuntur, V, Y, MC. [5] Om., OB, MA, MB. [6] Om., LA, CM, MG, MC. [7] eius vel heredis, MG, CM. [8] firmare, OB; confirmare, MB, CM. [9] videndum erit, V; videndum est, CM. [10] prædicto, OA, LA, MC, CE, MA (corr. pretio); præcedente, OC. [11] nihil, MG, CM. [12] quam, MG, CM. [13-14] illo quod, OB, MB. [15] species, OB (quem), MB. [16] Om., OB, MB.

aliquid fuerit subsecutum, id[17] est[18] si aliquid factum fuerit vel non factum. Et hoc genus donationis improprie dicitur donatio, cum tota omnino fiat sub condicione. Et si quid detur ea mente ut statim fiat accipientis, si tamen aliquid factum sit vel non factum, id[19] ad se reverti,[20] nec hoc proprie dicitur donatio, sed talis videlicet quæ resolvitur sub condicione, secundum quod inferius dicetur plenius de donationibus condicionalibus. Qualis autem esse debeat infra dicetur in titulo quæ exigantur ad hæc quod[21] valeat donatio. Item donationum quædam iusta, quædam iniuriosa. Iusta autem esse
f. 11b] poterit si fiat de re propria, si autem fiat de re aliena erit iniuriosa, et a vero domino poterit revocari. Item donationum quædam libera et pura, et quædam sub condicione vel sub modo suspensa. Item quædam absoluta et larga, et quædam stricta et coartata, sicut certis heredibus, quibusdam vero a successione exclusis, ut si fiat donatio certis heredibus et personis, vel si ab initio larga fuerit et postea ex conventione coartata, ita quod donatarius rem sibi datam dare vel vendere non possit certis personis, vel non nisi certis personis, quod quidem facere poterit[22] quilibet nisi[23] pactum intervenerit in initio donationis, quod hoc ei facere non liceat contra pactum. Item donationum alia incepta et non perfecta, ut si de donatione convenerit et instrumentum inde confectum fuerit et homagium captum, non tamen sufficiunt hæc omnia nisi traditio subsequatur. Item poterit donatio esse et simplex prolocutio[24] quæ non sufficit pro donatione. Item poterit fieri donatio cum carta vel[25] sine carta, quia licet carta non intervenerit valida poterit esse donatio, dum tamen donatio[26] probari possit aliis[27] legitimis documentis, unde non sufficit tantum probare cartam, nisi probetur et[28] donatio. Sed e converso poterit[29] carta esse vera et valida per se, licet donatio fuerit imperfecta, et e contrario. Item donationum quædam valida esse poterit ab initio et invalida fieri ex post facto, et e converso. Item valida poterit esse donatio statim ab initio inter quasdam personas, et invalida et suspensa quantum ad alias personas, ut si quis rem alienam dederit alicui, ut supra dictum est. Item donationum quædam ab initio tam valida tam perfecta quod irritari non poterit nec revocari. Item est et[30] alia quæ ab initio est aliqua et incepta, sed tamen non perfecta, et per confirmationem perficitur et convalescit, ut supra dictum est. Ut si ita[31] incepta fuerit, sed traditio in[32] vita[33] donatoris non subsecuta, per confirma-

[17-18] Om., MG, CM. [19] quod id, V. [20] debet reverti velit donator, V; se reverti (+ velit donator) ne, MA; reverti voluerit, OB. [21] Om., OA, LA; ut, MG, CM, OC, HA, MC (hoc). [22] possit, OB, Y. [23] nisi ubi, MG, V; nisi quilibet, HA. [24] prælocutio, Y, V; locutio, CM; perlocutio, MA; *sic*, OA, OB, CE, LA, OC, MB, HA, MG, MC. [25] et, OA, OC, LA, MG, CM, HA, MC. [26] Om., OB, MB. [27] aliquibus, MG, CM. [28] Om., OC, LA, OB, MC, MG, CM, HA. [29] et poterit, OA, LA, OC, CE, MG, HA, MC. [30] Om., OB, MA, MB, Y. [31] Om., HA, V; in vita, Y, CM; initio, MG. [32-33] Om., MG, CM.

tionem veri heredis post[34] mortem antecessoris cum ei[35] ius descenderit et non ante, ut infra,[36] valida efficitur et firmatur,[37] quia confirmatio omnem supplet defectum.[38] Item ab initio poterit esse perfecta, et tamen in pendenti erit donec per[39] ratihabitionem[40] confirmetur, ut si minor dum fuerit infra ætatem donationem fecerit, in pendenti erit donatio, quousque maior factus per ratihabitionem illam confirmaverit, vel per integram[41] restitutionem illam revocaverit, et[42] in multis aliis casibus.[43]

Quis donare possit.

ITEM videndum quis donare possit, et quis non. Et sciendum quod donare potest omnis qui a lege vel iure non prohibetur.[44] Donationem vero facere potest qui est maior et plenæ ætatis de quocumque tenemento, dum tamen sit sanæ mentis et[45] in seisina, et rerum suarum habuerit[46] administrationem. Item dominus rei et non dominus, senex et valitudinarius, masculus et femina, liber et servus aliquando. Item legitimus et bastardus in suo casu, cum heredes de corpore suo habuerit vel assignatos. Item tam ille qui habet liberum tenementum sicut ad vitam suam, quam ille qui proprietatem habet et[47] feodum. Item licet liberum tenementum non habuerit, donationem facere poterit quis, dum tamen in seisina fuerit aliqua iusta de causa, sicut ad terminum annorum, vel ratione custodiæ. Idem[48] erit etsi[49] nullam iustam causam habuerit, ut si per intrusionem vel disseisinam, et cum sit in seisina aliis donare poterit, licet non cum effectu, et aliis per donationem facere liberum tenementum quod quidem ipse non habuerit.
f. 12] Item convalescit donatio facta a furioso, sicut a minore, si sanæ mentis effectus donum illud confirmaverit vel ratum habuerit. Item donationem facere poterit ex consuetudine speciali ille qui est infra ætatem unius et vicesimi anni in anno ætatis suæ sexto decimo, sicut in villa de Cypewike,[1] quia ibi potest donationem facere ille qui est sedecim annorum.

Quis donare non possit.

ITEM quis donationem facere non potest. Et sciendum quod prohibentur donationem facere omnes qui generalem et liberam rerum suarum non habent administrationem, sicut illi minores qui sunt sub tutela vel cura, et se ipsos regere non norunt: accipere autem poterunt tutore auctore et

[34-38] valida efficitur . . . supplet defectum post mortem antecessorum cum eis (ei) ius descendat et non ante ut infra, MG, CM. [34-36] Om., LA (marg.). [35] eis, MSS. var. [36] ita, OB, MB, HA; et ita, Y. [37] confirmatur, V, OB, MB, CM. [39-40] ratihabitione, MG, CM. [41] in integrum, OA, LA, OB, Y, MC; vel integm., MA; integrum, CE. [42-43] Om., OB, MA, MB, CE, Y. [44] prohibetur et in multis aliis casibus, OB, MA, MB, MC, CE, Y; prohibetur et aliis casibus, CM. [45] Om., MG, CM. [46] habeat, MG, CM. [47] ut, OB, MB. [48] item, LA, MC. [49] si, V, OB, MB.

[1] Cypewike, OA, LA, CM, OB; Cipeswic, Y; Capewyke, MB; Sypewycke, MA; Cypewik, OC; Cripewyke, CE; Gippeswike, MG; Gypewyk, HA, MC (i).

condicionem suam meliorem facere. Dare autem non poterunt, nec condicionem suam deteriorare. Dare autem ideo non possunt, quia donationi consentire non poterunt,[2] nec cum auctoritate tutoris nec sine. Item nec surdus qui omnino non audit, secus tamen si tarde. De muto vero qui omnino loqui non potest illud[3] idem erit dicendum, possunt tamen[4] consentire secundum quosdam per signa et per nutum. <Et regulariter tenendum quod nullus donationem facere potest qui donationi consentire non possit, sicut nec furiosus nec mente captus nisi gaudeat[5] dilucidis[6] intervallis, ut sicut ille qui est infra ætatem: vice autem minoris utitur ecclesia.> Item nec ille donare potest qui ab hostibus captus est quamdiu fuerit sub[7] eorum potestate,[8] quia nihil possidere potest qui ab aliis possidetur, nec aliquid dare potest cum effectu, quia[9] nihil possidet. Idem[10] dici posset[11] de servo ratione prædicta, quod[12] nihil dare potest cum effectu, quia nihil possidet[13] dum ab aliis possidetur. In pendenti tamen sunt huiusmodi donationes secundum quosdam, donec confirmentur vel penitus infirmentur, quamvis dicant quidam quod nulla præterita nec præsentia remaneant in suspenso, secundum quod inferius plenius dicetur de hac materia, in tractatu quæ donationes invalidæ[14] sunt ab initio, et validæ efficiuntur ex post facto. Item donare non potest leprosus extra communionem gentium positus, ut de termino Sancti Michælis anno regis[15] Henrici septimo incipiente octavo, circa finem,[16] sicut nec petere. Item sunt non nulli qui dare non possunt sine consensu aliorum, nec valet illorum donatio per se, ut si archiepiscopi donationem fecerint, episcopi, abbates, vel priores ecclesiarum quæ sunt de advocatione domini regis, nihil dare possunt sine assensu capituli sui, nec ipsi[17] et capitulum[18] simul[19] sine consensu[20] regio vel alterius patroni, quia omnium illorum consensus quos res tangit erit necessarius et requirendus. Idem dicendum erit de[21] rectoribus ecclesiarum qui nihil possident nisi nomine ecclesiæ suæ,[22] unde nihil dare possunt alienare vel permutare, nisi de consensu episcopi vel patroni, nisi inde melioretur condicio ecclesiæ. Si autem[23] deterioretur, non valet, quia fit eis donatio sicut maxime in ipsa dedicatione et post dedicationem, *Do deo et ecclesiæ tali, et canonicis,* vel *monachis,* vel *rectoribus,* vel *personis ibidem deo servientibus,* et ita quod primo et principaliter fit donatio deo et ecclesiæ, et secundario canonicis

[2] possunt, MG, CM, Y, OC. [3] id, MG, V; om., CM. [4] autem, CM; enim, V. [5] gaudeant, MG, OC. [6] delucidis, MG, CM; dilucidum intervallum, HA. [7-8] in custodia eorum et sub potestate, OB, V, MB (potestate eorum). [9] qui, OA, LA, OC, MG, MC (corr. quia). [10-13] Om., OB, MA, CE, MG, Y, MB (om. nec aliquid dare . . . ab aliis possidetur). [11] possit, CM, V. [12] quia, CM, V. [14] validæ, V, MA, CM. [15] regni regis, OC, MA, MG, CM. [16] finem rotuli, V. [17] ipsum, MG. [17-18] ipsum capitulum, V, OB, MB. [19] Om., V, OB, MB, HA; similiter, MC. [20] assensu, OB, MA. [21] in, V, OB, MB. [22] Om., MG, CM, MC. [23] Om., OB, MB.

vel[24] monachis vel personis, et ita nihil habent nisi nomine ecclesiæ suæ. Et hæc vera sunt nisi velit aliquis dicere quod ecclesiæ suæ condicionem[25] meliorare possunt, etiam sine consensu prædictorum. Sunt etiam quidam priores et[26] procuratores qui amotibiles sunt, qui[27] nec dare possunt nec alienare, sicut nec rem in iudicium deducere, nec permutare, nec cum consensu superiorum,[28] nec sine consensu abbatis vel prioris vel alterius talis, quia amotibiles[29] sunt et non perpetui, nec generalem nec liberam habent f. 12b] administrationem. Sunt tamen quidam qui sunt amotibiles qui respondere poterunt, et rem in iudicium deducere in locis spiritualibus, sicut apud Sanctum Albanum. Item donare non potest bastardus cum effectu, nisi de corpore suo heredes procreatos habuerit, vel assignatos fecerit legitime per modum donationis. Item donare[30] non potest cum effectu accusatus super crimine læsæ maiestatis, vel alio crimine capitali post feloniam perpetratam,[31] dum tamen condemnatus fuerit iudicialiter et[32] per sententiam. Sed donatio talis remanebit in pendenti donec fuerit condemnatus vel convictus. Et ad hoc facit lex ff. *de donationibus post contractum* etcetera, ubi dicitur quod post contractum crimen donationes factæ valent nisi condemnatio secuta sit. Innuit ergo quod nisi fuerit subsecuta quod valeant donationes, et si fuerit quod non valeant.[33] Item dare non potest ille qui omnino seisinam non habuerit[34] vel qualem qualem,[35] licet dominium habuerit et servitium percipiat, sicut videri poterit in casu. Esto quod quis primo dimiserit terram ad firmam B., et postea illam[36] dederit C. et homagium suum ceperit et in seisinam posuerit, salvo B. firmario termino suo, et quod nihil ei depereat per donationem illam,[37] et ita quod nihil remaneat donatori nisi homagium et servitium. Et esto quod idem donator qui nihil sibi retinuit nisi dominium et servitium sine seisina, eandem terram dederit eidem B. firmario et de facto posuerit ipsum in seisinam, si ipse C. incontinenti ipsum B. eiecerit, B.[38] per assisam non recuperabit ut liberum tenementum neque ut terminum, quia utrumque amittit: ex quo donator nullam omnino seisinam habuit ex tali donatione non potuit ei facere liberum tenementum, et ex quo idem B. se tenuit ad feoffamentum tacite termino renuntiavit. Et[39] si idem C. primo[40] feoffatus eundem B.[41] firmarium eicere non possit incontinenti vel post intervallum, competit ei assisa novæ disseisinæ, tam super feoffatorem suum quam super firmarium, et quo[42] casu

[24] Om., OA, LA, OC, MG, CM, HA, MC. [25] Om., MG; condicionem suam, CM. [26] Om., OB, MB. [27] et non perpetui qui, OC, MG, CM. [28] superioris, V, OB, MA, MB. [29] motibiles, OA, CE, OB, MB, Y. [30] dare, V, OB, MA, HA. [31] impetratam, OA, LA, OC, HA, MC. [32] Om., MG, CM. [33] valent, MB, V. [34] habent, MG; habuit, MSS. var. [35] Om., OB, MA, MC; vel qualemcumque, CE; vel talem qualem, MG, CM, HA (corr.). [36] Om., OB, MA, MB, Y. [37] suam, MG, CM. [38] Om., MG, CM. [39] sed, V, OB, MB. [40] post, MG, V. [41] Om., V, OB. [42] in quo, OB, V.

cum per assisam recuperaverit versus ipsum B. firmarium, de æquitate et per officium iustitiarii tenebitur donator eidem B. firmario ad excambium propter fraudem. Et plus de hac materia infra, si diversis temporibus ab eodem facta fuerit donatio duobus. Item non valent donationes factæ inter virum et uxorem. Non enim poterit vir dare[43] uxori nec e converso, constante matrimonio, quia huiusmodi donationes prohibitæ sunt inter tales personas, nec enim fraudem facere poterunt[44] constitutioni, ut si vir donationem fecerit extraneæ personæ, ea mente ut extranea persona illam[45] det uxori in vita viri vel post mortem. Et quod de viro dicitur dici poterit de uxore. Si autem ante sponsalia vel matrimonium vel post divortium fiant, bene valent dum tamen non fiant occasione matrimonii subsequentis, si fiant ante[46] secundum quosdam.[47]

Cui donari possit.

Dictum est in proximo[48] præcedenti quis donare possit et quis non. Nunc autem dicendum[49] cui donari possit. Et sciendum quod donari potest tam servo quam libero, sive fiat donatio a domino vel[50] non domino, secundum quod inferius dicetur. Item tam feminæ quam masculo. Item tam viro quam uxori, simul vel separatim et per se. Item tam minori quam maiori, dum tamen tutoris auctoritas intervenerit. Sed non poterit quis esse minoris feoffator et tutor, quia cum sit donator non poterit se ipsum dare tutorem, f. 13] quia sic videretur continuare seisinam suam, licet[1] omnes fructus et proventus rei datæ converteret in usus et utilitatem minoris. Oportet enim in qualibet donatione quod donator se ponat extra seisinam tam animo quam corpore, corpore[2] tam proprio quam alieno. Oportet etiam quod donatarius se ponat in seisinam tam animo quam corpore, corpore[3] proprio vel alieno. Item donari poterit tam bastardo quam legitimo, sibi et heredibus suis[4] et assignatis suis.[5] Item fieri poterit donatio tam pluribus quam uni, simul et semel vel successive per modum donationis, ut infra dicetur. Item dare poterit quis concubinæ suæ, vel alius ab eo concubinæ et pueris suis, natis et nascituris, et eorum heredibus vel assignatis, et[6] quo casu nullus alteri succedit[7] ex pueris, cum omnes simul feoffati fuerint et teneant in communi, et si aliquis eorum sine heredibus decesserit pars decedentis[8] per ius accrescendi accrescet[9] superstitibus[10] et eorum heredibus, etiam a pluribus usque ad unum, et ad donatorem non revertetur quamdiu

[43] donare, OC, MG, CM. [44] possunt, V, MG, MB, HA; (* possunt) poterunt, OA. [45] Om., MG, CM; eam, V. [46] autem aliter erit, MB, MA (ante). [47] quosdam valent, OB. [48] proximo capitulo, MG, CM. [49] dicendum est, LA, MC. [50] sive, V, OB; sive a, MB.

[1] sed, MG, CM. [2] Om., LA, MG, MC (corr. q. c. c. t.). [3] Om., LA, MC (corr. q. c. c. p.). [4] Om., MSS. var. [5] Om., OB, MB. [6] Om., OB, MB, V. [7] succederit, MG, CM. [8] descedentis, OA, OB; descendentis, MG, CM; discedentis, MB. [9] accrescit, MG, CM. [10] remanebit superstitibus, V, OB, MB.

unus superstes fuerit vel heredes habuerit.[11] Sed si omnes sine heredibus decesserint, res donata ad donatorem revertetur. Si autem donatio facta fuerit concubinæ tantum et[12] heredibus suis,[13] et legitima fuerit, et heredes habuerit, fratrem vel sororem, nepotem vel neptem, vel remotiores qui in donatione comprehendantur, bene poterit ipsa pueros suos feoffare, unum vel plures, simul vel successive, quamdiu heredes extiterint qui donum suum warantizare possunt,[14] secundum quod dicitur de terra data in maritagium. Si autem concubina heredes no habuerit, non valebit donatio facta ab ea, sed res ad feoffatorem suum revertetur. Cum autem concubina et pueri sui feoffati fuerint simul, et omnes simul et semel in seisina fuerint, eiciantur,[15] omnes simul per assisam novæ disseisinæ recuperabunt tenendi in communi. Si[16] autem[17] quidam illorum[18] eiciantur ab extraneo vel participe, eodem modo. Si autem quidam illorum[19] successive decedant,[20] heredes eorum partem suam recuperabunt per assisam mortis antecessoris. Si autem mater illorum concubina[21] quæ nomine omnium puerorum fuit[22] in seisina primo decesserit, si dominus capitalis in absentia puerorum se[23] posuerit[24] in seisinam, et petentibus pueris restituere noluerit,[25] competit eis assisa novæ disseisinæ ex nomine matris, quæ nomine eorum fuit[26] in seisina ut procuratrix, sive pueri in seisina prius extiterint[27] sive[28] non, et non per assisam mortis antecessoris, licet[29] numquam personaliter in seisina extiterint,[30] cum adquisita sit eis possessio per matrem tamquam per procuratorem[31] vel[32] procuratricem.[33] <Vel per breve formatum per[34] modum[35] donationis, ut de itinere Martini de Pateshilla[36] in comitatu Herefordiæ,[37] anno regni regis Henrici quinto, in fine rotuli.> Item fieri poterit donatio tam viris religiosis quam aliis quibus dari poterit. Item tam Iudæis quam Christianis, nisi modus donationis inducat contrarium, scilicet quod licitum sit donatario rem datam dare vel[38] vendere cui voluerit exceptis viris religiosis et Iudæis, et quod talibus personis dari non possit sicut aliis, nulla ratio vel necessitas aliud inducit nisi tantum modus donationis. Item pluribus poterit[39] fieri donatio simul, quorum quidam capere possunt ex tali donatione et quidam non, et unde valida erit donatio quantum ad personas quorundam, invalida autem quantum ad personas aliorum, ut si vir con-

[11] fuerint, MG, CM. [12-13] Om., MG, CM. [14] possint, OB, MB, CM, Y. [15] si eiciantur, V, Y (+ si). [16-17] Om., LA, MC, (+ si autem). [18] eorum, OB, CM, V. [19] eorum, OB, CM, V. [20] discedant, MB, CM, OB (desc-). [21] scilicet concubina, CM, Y, V. [22] fuerit, LA, MG, MC, OC, V. [23-24] sit, MG, CM. [25] voluerit, OB, MB (voluerint). [26] fuerit, MC, MG, HA, V. [27] extiterunt, OA, OC, CE. [28-30] Om., OB, MA, MB, CE, Y. [29] sed licet, MG, CM. [30] extiterunt, OA, LA, OC, MC; extiterit, MG. [31-32] Om., MA. [32-33] Om., OC, LA, HA, MG, CM; vel procurantem (corr. procuratricem), MC. [34-35] Om., MG, CM. [36] Pateshulla, OC, MG. [37] Hertefordiæ, MG, CM. [38] *sic*, MB, V; om., MSS. gen. [39] potest, MG, CM.

stante matrimonio dederit uxori et pueris communibus[40] vel ex alio viro f. 18b] progenitis, quia licet[41] donatio non valeat quantum ad personam uxoris, valebit tamen[42] quantum ad personas puerorum. <Et notandum quod cum donator minori dederit curatorem, et curator nomine minoris fuerit in seisina, si donator postea quacumque ratione se posuerit in seisinam et inde obierit seisitus, numquam propter hoc mutabitur status minoris quin retineat contra quoscumque. Recipere autem poterit[43] tutore auctore et consentire donationi sibi factæ. Consentire autem donationi a se faciendæ vel admittendi[44] iterum donatorem ad seisinam non potest alicuius auctoritate, meliorem enim conditionem suam facere potest, deteriorem autem[45] nequaquam. Item non potest tutor sic datus ab homine convertere aliquid in usus alicuius donatoris vel alterius, sed tantum[46] in usus minoris, quia inde oportebit eum reddere rationem minori cum minor ad ætatem pervenerit, vel si male gesserit amoveri poterit et alius substituti.>

Quæ res dari possit.

NUNC videamus quæ res dari possit. Ad quod notandum quod rerum alia corporalis, alia incorporalis. Corporalis vero est quæ tangi potest et videri, sicut leo, fundus, vestimentum. Incorporalis vero est quæ tangi non potest nec videri, quarum possessio diversimode transfertur de persona in personam. Et sciendum quod dare potest quis tam alienam rem quam propriam, propriam[47] scilicet, quam habet in præsenti et in manu sua iure hereditario, vel de perquisito ex quocumque titulo, ad vitam vel in feodo, per se vel in communi cum alio. Item terram quam habet vel accidere possit[48] in futuro per mortem alicuius antecessorum suorum qui tenuerunt[49] in feodo, vel post mortem eorum qui tenuerunt[50] ad vitam quocumque titulo. Rem vero sic dare poterit, ut fidelitas et servitium eorum qui tenuerunt[51] ad vitam attornentur[52] donatario. Et quo casu si donatarius post mortem talium primam habuerit[53] seisinam, et heres petat, dabitur ei exceptio contra heredem. Si autem heres primam habuerit[54] seisinam, dabitur donatario actio contra heredem ex[55] modo donationis sui[56] feoffatoris, et non competit actio donatario, quæ competit[57] suo donatori, quia quamvis rem ita dare possit ut prædictum est, tamen actionem suam cedere non potest suo feoffato. Item rem alienam dare poterit quis, et statim convalescit donatio secundum quod supra dictum[58] est. Item dare poterit quis rem

[40] omnibus, MG, CM. [41] si, MG, CM. [42] Om., LA, MC; tantum, MG. [43] poterit donationem, MG, CM. [44] admittendæ, MG, CM. [45] Om., HA, V; aut, OC. [46] sed tamen, OC; sed tantummodo, V. [47] Om., LA, MC (corr. q. p. p. s.). [48] posset, OB, MB. [49] tenuerint, CM, MC, V; tenuerit, OC, MG; tenuit, MA. [50] tenuerint, CM, V, MC; tenuit, MA; tenuerit, OC. [51] tenuerint, LA, MC, V, OC. [52] attornetur, MG, CM. [53] habuit, OA, OB. [54] habuit, MSS. var. [55] de, OA, LA, MC, HA, CE, OC, MG; pro, CM. [56] Om., MG, CM. [57] competiit, OA, LA, OC, Y, MC. [58] tactum, OA, LA, OC, CM, CE, MC.

quam tenet in communi, sicut illam quam tenet separatim et per se. Item dare potest quis terram quam alius tenet ad terminum annorum, salvo tamen firmario termino suo, quia istæ duæ possessiones sese compatiuntur in una re, quod unus habeat liberum tenementum et alius terminum. Item donare potest quis cum effectu rem quæ sua propria est, et non revocabitur donatio. Alienam vero dare non poterit cum effectu, quia revocari poterit, sed valebit quoad suum feoffatum, ut suus feoffatus habeat excambium. <Et sciendum quod multipliciter, quandoque[59] scilicet in feodo, quandoque ad vitam, quando ad feodi firmam,[60] quandoque ad terminum vitæ vel annorum. Si autem ad vitam qualitercumque, statim habet donatarius liberum tenementum, et si fuerit eiectus recuperare poterit per assisam novæ disseisinæ. Et poterit ille cui sic datum[61] fuerit terram illam[62] alteri dare, vel in feodo vel ad vitam si voluerit, sed revocari poterit donatio. Sed si ille qui ad vitam tenuerit sic et[63] talibus verbis donationem fecerit de terra quam ad vitam tenuit alicui, *Do et concedo tali quidquid iuris habeo in tali terra,* licet[64] ille[65] qui dat habeat liberum tenementum, non tamen facit ei cui sic donatur liberum tenementum, quia sic dicendo, *Do tibi ius meum,* hoc est terram talem ad vitam meam, scilicet donatoris, non agitur ad vitam donatarii. Et ideo donator licet liberum haberet[66] tenementum donatario tamen[67] per hæc verba liberum tenementum facere non poterit,[68] quia donator liberum tenementum cum haberet, illud quod ipse habuit per hæc verba donatario habere facere non poterit, quia si dixisset, *Do tibi rem talem in dominicio* vel *in feodo,* hoc non esset ius suum sed iniuria. Ius autem suum hoc fuit, dare id quod habuit, scilicet terram dare ad vitam suam, scilicet[69] donatoris et non ad vitam accipientis, quia hoc esset iniuriosum et non iustum, et ex hoc liberum tenementum habere non potuit. Et generaliter poterit res qualitercumque fuerit adquisita dari,[70] dum tamen tenens illam teneat nomine proprio, sive per disseisinam sive per intru-
f. 14] sionem vel alio modo, et facere[1] liberum tenementum[2] donatario quod ipse non habet, et statim quantum ad donatorem et donatarium, sed non quantum ad verum dominum.> Donari[3] autem[4] non poterit res quæ possideri non potest, sicut res sacra vel religiosa vel quasi, qualis est res fisci, vel[5] quæ sunt quasi sacræ, sicut sunt muri et portæ civitatis. Huiusmodi vero res sacræ a nullo dari possunt nec possideri, quia in nullius bonis sunt, id est in bonis alicuius singularis personæ, sed tantum in bonis dei

[59] fit donatio quandoque, HA, V. [60] firmam, etc., CM, MG. [61] donatum, CM; data, HA. [61-62] data fuit terra illa, V. [63] in, OC. [64-65] et, CM; sed, MG; etsi, V. [66] habuerit, V; habeat, HA. [67] Om., CM; non tamen, MG. [68] potuit, HA, V. [69] Om., MG, CM, HA. [70] Om., MG, CM.

[1] facere poterit, CM. [2] tenementum esse, CM. [3-4] item donari, OB, MB, V. [5] Om., OB, MB.

vel bonis fisci. Item dari non poterunt alicui singulari personæ res quæ sunt spiritualibus annexæ, sicut corrodia ex abbatiis et domibus religiosis percipienda, et huiusmodi, in quibus nullus sibi vindicare poterit liberum tenementum.[6] Sacræ enim et religiosæ sunt res quæ rite et[7] per pontifices deo sunt consecratæ et dedicatæ, sicut sunt ecclesiæ tam cathedrales quam regulares et rurales. Item eis annexa[8] coemiteria et alia loca ubi mortui inseruntur licet non dedicata, sicut tempore interdicti. Item loca ubi constituuntur abbatiæ et prioratus et aliæ domus religiosæ, quæ in bonis dei sunt, et etiam diruto ædificio adhuc locus sacer manet. Item quasi res sacra, ut[9] liber homo qui vendi non potest, cum libertas non recipiat æstimationem. Est[10] etiam[11] res quasi sacra res fiscalis, quæ dari non potest neque vendi neque ad alium transferri a[12] principe vel a rege regnante, et quæ faciunt ipsam coronam et communem respiciunt[13] utilitatem, sicut est pax et iustitia quæ multas habent[14] species, secundum quod alibi dicetur plenius. Sunt etiam aliæ res quæ pertinent ad coronam propter privilegium regis, et ita communem non respiciunt[15] utilitatem, quin dari possunt[16] et ad alium transferri, quia si transferatur[17] translatio nulli erit damnosa, nisi[18] ipsi regi sive principi. Et si huiusmodi res alicui concessæ fuerint sicut wreccum maris, thesaurus inventus, et grossus[19] piscis, sicut balnea et sturgio et alii pisces regales, oportet, si inde quæstio habeatur, quod[20] illi[21] qui huiusmodi libertatem sibi vindicat doceat huiusmodi ad se pertinere, quia si warantum[22] non habuerit specialem[23] in hac libertate se defendere non poterit, quamvis pro se prætenderit[24] longi temporis præscriptionem. Diuturnitas enim temporis in hoc casu iniuriam non minuit sed auget, nec in primo casu nec in isto currit tempus contra regem, nec incumbit ei probatio quod ad ipsum pertineant, cum constare debeat singulis quod huiusmodi de iure gentium pertineant ad coronam. Sunt etiam et[25] aliæ res quæ pertinent[26] ad coronam quæ non sunt ita sacræ, quin[27] transferri possunt,[28] sicut sunt fundi terræ et tenementa et huiusmodi, per quæ corona regis roboratur, et in quibus currit tempus contra regem sicut contra quamlibet privatam personam. Sunt etiam et[29] aliæ res quasi sacræ, quæ personam

[6] tenementum sed hodie (MG = mero) recuperabit per breve novæ disseisinæ ut in statuto West. capitulo xxvii, CM, MG. [7] Om., OB, MB, V. [8] annexæ, OA, OB, MA, MB, MG, CM, OC, CE, Y, MC. [9] et, OB, MG; est, MB. [10-11] et est, V, OB, MB. [12] et a principe, CM, MG. [13] Om., OB, MB, CE, Y; recipiunt, MG, HA. [14] habet, OB, MB, V. [15] recipiunt, OB, MA, MB, MG, HA. [16] possint, OA, LA, OC, MG, MC. [17] transferantur, LA, MG, CM, HA, OC, MC. [18] nec, MB, Y, V. [19] grossus, MG, Y, CM, V; grassus, OA, LA, OC, HA, MC; grassis, OB, MB. [20-21] et iste, OB, MB (ille). [22-23] wreccum non fuerit speciale, CM (sicut), MG. [24] protenderit, CE, MB, CM; prætendat, V; protendent, MC (corr. prætenderit). [25] Om., V, MA, HA, MG. [26-27] Om., OB, MB. [28] possint, OA, LA, OC, MC. [29] Om., MG, Y, CM, MB, HA.

regis respiciunt et ad aliquem transferri non poterunt,[30] nisi sicut[31] iustitiariis domini regis,[32] sicut visus franci plegii, placitum[33] de vetito namii,[34] emendatio transgressionis assisarum, iudicium latronum, sicut[35] de illis qui habent soke et sake et huiusmodi quæ omnia pertinent ad pacem, et per consequens ad coronam. Item dici poterit quasi res sacræ, res data in liberam elemosinam. Est enim libera elemosina et magis libera, secundum quod inveniri poterit infra de assisis.

Quæ exigantur ad hoc quod valeat donatio.

VIDENDUM[36] est etiam quæ exigantur[37] ad hoc quod valeat donatio cum f. 14b] effectu, quia oportet quod sit mera et pura, libera et non coacta, nec per metum nec per vim extorta. Item quod pecunia vel servitium non interveniat, ne cadat in causam emptionis et venditionis, quia si pecunia intervenerit ibi erit emptio, si autem servitium, ibi erit servitii remuneratio. Ad hoc autem[38] quod valeat donatio, oportet donatorem esse plenæ ætatis, quia si minor donationem fecerit non valebit, quia in integrum restituetur, si voluerit, cum pervenerit ad ætatem. Item quod[39] suo nomine possideat et non alieno, alioquin si donaverit revocari poterit donatio. Item ad minus quod sit sanæ mentis et bonæ memoriæ, quamvis impotens sui et[40] in ægritudine et lecto mortali constitutus, quia in tali statu facta donatio valebit, si omnia concurrant quæ validam faciunt donationem. Non enim debet alicui rerum suarum administratio interdici vel dispositio cum infirmitate gravetur, dum tamen sit bonæ memoriæ, quia tunc primo necesse habet providere familiæ et domesticis suis et parentibus, et stipendia dare et testamenta ordinare, alioquin contingeret talem damnum sentire sine culpa. Sed quoniam aliquando fraudulenter fiunt cartæ et falso et[41] finguntur donationes fieri, cum non fiant, ideo ad vertitatem declarandam erit ad patriam et visnetum recurrendum. Inquisitio enim multipliciter variatur secundum varietatem querelarum, et exempli causa fiat inquisitio per hæc verba.

Breve vicecomiti directum ad inquirendum in quo statu fuit donator quando fecit donationem.

REX vicecomiti salutem. Præcipimus tibi quod assumptis tecum custodibus placitorum coronæ nostræ, et præterea duodecim legalibus et discretis militibus de comitatu tuo de tali visneto, in propria persona tua accedas ad talem locum et per eorum sacramentum diligenter inquiras si talis etcetera. Vel aliter: Præcipimus tibi quod coram te et coram custodibus placi-

[30] possunt, HA, V. [31] sit, MA, MB; sint, CM, HA. [32] Om., OA, LA, (+MC). [33] placita, HA, V. [34] namio, V; enim namii, MA; a namii, OA; om., LA. [35] et sicut, MG, CM. [36] dicendum, MG, V. [37] exiguntur, OB, MB, Y, V. [38] Om., MG, CM. [39] pro, MG, CM. [40] Om., OB, MB, MG. [41] Om., MG, CM, Y, V.

torum coronæ nostræ in pleno comitatu tuo venire facias duodecim tam milites quam alios liberos, legales et discretos homines de visneto tali, per quos rei veritas melius sciri poterit et negotium expediri. Vel aliter: Præcipimus tibi quod venire facias coram nobis vel iustitiariis nostris tali die apud Westmonasterium duodecim etcetera, ad recognoscendum super sacramentum[42] si A., die quo dedisse debuit B. tantam terram[43] cum pertinentiis in tali villa, fuit ita compos sui quod itinerare potuit de loco in locum, et ita sanæ mentis et bonæ memoriæ quod donationem facere potuit et donationi consentire vel non etcetera. Vel aliter: Si A., die etcetera, fuit sanæ mentis et bonæ memoriæ quamvis ægritudine detentus, et si præ-
f. 15] dictus B., scilicet donatarius, per donum illud[1] seisinam habuit de eadem terra in vita ipsius A. donatoris, scilicet per tantum tempus ante mortem ipsius A. vel non, vel quod idem A. non fuit sanæ mentis, et ita quod repetatur contrarium per omnia, et unde C. filius et heres ipsius A. dicit quod quando[2] donum illud[3] fieri debuit, non fuit idem A. bonæ memoriæ nec compos sui quod itinerare posset[4] de loco in locum, et inquisitionem etcetera. Item alia forma inquisitionis super eodem, scilicet si die quo terram illam dedit B. per cartam suam fuit bonæ memoriæ, et si donum illud ei fecit vel non, et si fuit ita compos sui post donum illud, si aliquod donum ibi fuit, quod itinerare potuit de loco in locum, quamvis paralisi percussus. Si tamen in principio donationis non esset sanæ mentis, postmodum sanæ mentis effectus donum illud ratum habuerit[5] vel non. Et notandum quod si paraliticus intineret de loco in locum et discretionem habeat,[6] præsumitur quod omnia rite gesserit, et de aliis non est ita intellegendum, quia quamvis itinerare non possint, tamen bonam memoriam habere poterunt. Et de hac materia plenius invenies de termino Sancti Michælis anno regis[7] Henrici quinto decimo incipiente[8] sexto decimo[9] in comitatu Berkeriæ, de Roberto de Burneby. Item cum quis fuerit impotens sui, sed tamen sanæ mentis, si aliquis surrepto sigillo alicuius cartam fecerit de terris suis sine voluntate et consensu suo ad exheredationem heredis, ad instantiam et petitionem heredis mittantur[10] milites per præceptum domini regis ad impotentem, ut audiatur eius confessio, utrum scilicet de voluntate sua et consensu[11] factæ sunt[12] donationes et cartæ vel non, et si donationes et cartas deadvocaverit, tunc ille qui fraudem fecit summoneatur quod sit responsurus de fraude illa per tale breve. <Breve autem de

[42] sacramento, OB, OC; sacramenta, OA, LA, CE; sacramentum suum, V, CM. [43] Om., LA, CM.

[1] istud, MSS. var. [2] non, OA, HA; om., MA. [3] istud, LA, CM. [4] possit, MG, CM. [5] habuit, MG, CM, Y. [6] habet ab eo, V. [7] regni regis, OB, OC, MG, V. [8-9] Om., MG, CM. [10] mittuntur, MG, CM. [11] consensu suo, Y, HA. [12] sint, LA, OC, CM; fuerint, MC.

mittendo[13] quatuor milites ad impotentem ad audiendum confessionem suam, et quod breve istud præcedit,[14] tale erit.>

Aliud breve de eodem si sit compos mentis.

Rex vicecomiti salutem. Mitte quatuor legales milites de comitatu tuo apud N. ad A. qui languidus est ut dicitur, ad videndum in quo statu fuerit, et utrum sit compos sui vel non, et ad inquirendum ab eo si aliquas[15] terras dederit in ægritudine sua, et quibus, et inquisitionem illam nobis vel iustitiariis nostris scire facias ad[16] talem diem sub sigillo tuo etcetera. Cum autem per inquisitionem constiterit quod ille de quo queritur fraudem fecerit, summoneatur ille quod veniat responsurus per tale breve.

Breve de summonendo tenentem.

Rex vicecomiti salutem. Bene recolimus nos ad instantiam A. heredis B. misisse te et quatuor milites ad prædictum B. ad videndum statum suum, et utrum esset compos sui vel non, et similiter ad audiendum si aliquas terras dedisset in ægritudine et in impotentia sua, et quibus, et tu simul cum prædictis militibus nobis scripsisti quod ipsum infirmum et impotentem invenisti, et quod coram te et prædictis militibus et multis aliis tunc ibi præsentibus recognovit quod tali[17] de[18] N. numquam terras aliquas dederat,[19] nec cartam ei[20] de aliquo dono fecerat, et quia[21] prædictus A. heres ipsius B. adhuc nobis conqueritur quod prædictus talis qui sigillum ipsius B. patris sui dudum habuerat, vel surripuerat per infirmitatem et impotentiam ipsius B., ut dicitur per se et sine ipso B. vel ballivo suo propria auctoritate se posuit in terram ipsius B.[22] apud talem locum, et cartas de prædicto sigillo quod penes se habet[23] de prædictis terris sibi fecit ad exheredationem ipsius A., et quia nemini debet fraus sua patrocinari nec
f. 15b] sustinere, nolumus[24] sicut nec debemus quod aliquis exheredetur iniuste, tibi præcipimus quod si prædictus A. fecerit te securum etcetera, tunc summone per bonos summonitores talem quod sit etcetera, ad ostendendum quo warranto se posuit in prædictas terras. Summone etiam per bonos summonitores etcetera,[25] duodecim tam milites quam alios etcetera, ad recognoscendum etcetera, si prædictus B. terram illam dederit[26] prædicto tali et cartam suam ei inde fecit vel non, et si terras illas ei dedit et cartam suam ei inde fecit,[27] in quo statu tunc fuit, utrum scilicet compos sui et bonæ memoriæ,[28] quando donum illud fecit vel non, et similiter per quem prædictus talis positus fuit inde in seisinam. Et habeas ibi etcetera.

[13] ad mittendum, MG, CM, Y. [14] præcedat, MG; procedit, Y; præcepit, MA. [15] aliquis, OB; alicui, V; aliquibus, MB. [16] per, MG, CM. [17] Om., OA, OB, MB, Y; tali die N., CM, MC; J., CE. [18] Om., OB, MB. [19] dederit, HA, CM, V. [20] aliquam ei, MG, CM. [21] quod, MG, CM. [22] ipsius apud, OB, MB. [23] habuit, MG, CM. [24] nolumus, MG, CM, V; volumus, MSS. gen. [25] Om., MG, CM, Y. [26] dedit, LA, OC. [27] fecerit, V, MG. [28] memoriæ cum sano intellectu et sensu integro, OC, MG, CM, V.

Ad quæ quidem poterit summonitus respondere, quod licet donatio illa[29] minus sufficiens haberet[30] initium, idem B. postea coram probis hominibus ratam habuit donationem illam, et illam confirmavit: et unde si mutata voluntate[31] postea factum, quod suum fuit per ratihabitionem et suam confirmationem, hoc ei nocere non debeat cum sufficere debeat semel voluisse.

Quod certa res sit quæ dari debet.

Oportet etiam quod certa res deducatur in donationem, quia incertæ rei nulla est donatio. Item oportet quod certa sit res quamvis incertus sit rei eventus, ut si dicat quis, *Dabo tibi talem rem cum mihi acciderit post mortem talis antecessoris*, vel *cum ita factum sit vel non factum*, vel *cum hoc secutum*[32] *fuerit vel non secutum.*[33] Et eodem modo cum certa debeat esse res quæ donatur vel promittitur, ita oportet quod certa sit res quæ redonatur vel repromittitur, sicut[34] homagium et[35] certum servitium. Et sic cadit donatio in unum quatuor contractuum innominatorum.[36] Ut si dicam, *Do tibi istam rem certam pro homagio et servitio tuo,*[37] oportet quod servitia certa sint et expressa in scriptis[38] vel sine scriptis,[39] quibus expressis omnia alia servitia et consuetudines remittuntur. Et si scriptura non intervenerit, recurrendum erit ad communem usum, ut tale servitium fiat et tantundem quantum[40] facit tantum terræ[41] in eadem villa de eodem feodo. Et si de usu contentio oriatur, recurrendum erit ad inquisitionem patriæ vel ad magnam assisam. Item oportet quod certa verba interveniant donationi congrua sicut et stipulationi, ut si dicam, *Dabis*[42] *mihi centum?* et respondeas, *Dabo,* quia non valet interrogatio nisi sequatur responsio conveniens interrogationi, scilicet *Dabo.* Et ex tali interrogatione et responsione statim sequitur obligatio. Item si scriptura intervenerit validor erit donatio, quia probari poterit donatio facilius et melius per scripturam et instrumenta quam per testes vel per sectam. Et de cartis et fide instrumentorum plenius dicetur infra. Item non valet donatio nisi tam dantis quam accipientis concurrat mutuus consensus et voluntas, scilicet quod donator habeat animum donandi et donatarius animum recipiendi. Nuda enim ratio[43] et nuda pactio non faciunt aliquem debitorem, ut si dicam, *Do tibi talem rem,* et non habuero animum donandi, nec a traditione incipiam, non valet. Ut si dicam, *Do tibi istam rem,* et illam nolui tradere vel sustinere quod illam tecum feras, vel arborem datam succidas, non valet donatio, quia donator plene non consentit. Item oportet quod non sit error in re data, quia si donator

[29] Om., LA, (+ MC). [30] habeat, MG, CM. [31] voluntate velit impugnare, HA, V. [32-33] insecutum . . . insecutum, OA, LA, HA, CM, MG, MC. [34] sicut certum, MG, CM. [35] vel, MB, V. [36] nominatorum, OB, V; et nominatorum, MG. [37] servitio suo, MG, CM. [38] scripto, LA, MG, CM, OC, MC. [39] scripto, LA. [40-41] quantundem terræ, OB; quantum tantum terræ, MB. [42] da, OA, OB, MA, MB, Y; om., CE. [43] donatio, OB, V.

f. 16] senserit de una re et donatarius de alia, non valet donatio propter dissensum. Et idem erit si dissensio fuerit[1] in genere, numero, et quantitate. In genere, ut si quis dicat, *Do tibi tale manerium certum,* et donatarius senserit de alio, quamvis seisinam occupaverit sibi tamen nihil adquirit. Numero, ut si quis decem dederit, et alius senserit de viginti, non valet quamvis maior numerus in se contineat minorem, quia uterque incertum numerum non consentit. Sed hic error nocebit in persona donatarii. Sed quid si aliquis dederit decem et donatarius consenserit in quinque? Valet donatio, quia ambo consentiunt in minorem numerum. Sic non est in primo casu, quia in primo casu donator non consentit in maiorem numerum:[2] hic consentit[3] in utrumque, quia si in maiorem per consequens in minorem, sed non convertitur. Item in quantitate, ut si quis dicat, *Do tibi decem libratas terræ in*[4] *tali manerio,* quod forte valet viginti libras, et donatarius totum occupet, non valet donatio quia donator in viginti libratas[5] non consentit. Aliud tamen est si dicat, *Do tibi tale manerium pro decem libratis terræ,* cum valeat viginti, valet donatio. Idem est si dicat donator, *Do tibi decem acras in tali loco,* et donatarius sentiat de viginti, non valet[6] ut supra. Sed quid si donatarius de decem sentiat cum donator decem dederit, et occupet viginti? Valet donatio, quia hic non est error sed præsumptio quæ corrigi poterit de superfluo. Item sit quod dicat donator, *Do tibi tantam terram pro decem libratis,* et ibi sint[7] viginti, adhuc valet donatio quia neuter errat nec est deceptus. <Quia licet error sit in valore, non tamen est error in re.[8]> Item si dicat donator, *Do tibi decem libratas,* et donatarius consentiat[9] in quinque, adhuc valet donatio quia nullus est error qui noceat, quia uterque consentit in eundem[10] numerum, quia qui consentit in decem per consequens consentit in quinque, maior enim numerus in se continet minorem. Et in fine notandum quod si in corpus quod traditur sit consensum,[11] non[12] nocet,[13] quamvis circa[14] causam dandi atque recipiendi sit dissensum.[15] Ut si pecuniam numeratam tibi tradam, vel quid[16] tale, et tu eam quasi traditam[17] accipias, constat ad te proprietatem transire. Item in quibusdam donationibus oportet quod aliorum[18] consensus interveniat quam donatoris et donatarii: ut si archiepiscopus, episcopus, abbas vel prior, rector ecclesiarum, sindicus vel procurator[19] donationem fecerint, omnium eorum quorum interfuerit requirendus erit[20] consensus, sicut regis, et capituli

[1] fiat, OB, V. [2-3] numerum sed in isto casu consentit, MG, CM. [4] de, CM, MG. [5] libras, V; libratis, MG, CM. [6] valet donatio, V, HA, CM. [7] sunt, V, OB, MA, MB, Y. [8] se, LA, MC; tamen in re errant, V. [9] consentit, V, OB; non consentiat, MG; consenserit, MB. [10] unum, MG, CM. [11] consensus, OB, MA, LA, MC, MG, CM. [12-13] Om., OB, MA, MB. [14] contra, OB, LA, MC; certam, OC. [15] dissensus, CM, MA; dissensio, V; discensum, OC. [16] aliquid, OB, MB, Y. [17] creditam, OA, LA, MG, CM, HA. [18] amborum, MG, CM. [19] curator, OA, LA, MC (corr. proc-). [20] est, OA, LA, MG, HA, MC.

vel[21] conventus. Item oportet quod donationem sequatur rei traditio, etiam[22] in vita donatoris et donatarii, alioquin dicetur talis donatio potius nuda promissio quam donatio, et ex nuda promissione non nascitur actio non magis quam ex nudo pacto. Non enim valet donatio imperfecta nec cartæ confectio[23] nec homagii captio cum omni solemnitate adhibita, nisi subsecuta fuerit seisina et traditio in vita donatoris, et unde si donatarius post mortem donatoris se intruserit, si statim eiciatur vel etiam post aliquod intervallum, per assisam novæ disseisinæ non recuperabit, nec heres donatoris tenebitur ad homagium suum capiendum, licet factum fuerit suo[24] antecessori.[25] Et qualiter traditionibus et usucapionibus rerum dominia
f. 16b] transferuntur inferius dicetur plenius in titulo de adquirenda possessione. Item quia conventiones, condiciones, et pacta, et modi diversi donationum incidunt in donationibus, si incontinenti apponantur legem dant donationi et donationem informant,[26] et dant exceptionem donatori, et ligant personas contrahentium, et obligant ipsam rem datam, et transeunt cum ipsa re de persona in personam. Si autem ex intervallo adiciantur non insunt omnino donationibus, sed pariunt[27] quandoque actionem quandoque exceptionem, et ita contrahitur donatio. Ut si dicam, *Do ut facias*, et concurrunt ista prædicta secundum[28] quod videri poterit per hos versus:

> Re, verbis, scripto, consensu, traditione,
> Iunctura, vestes sumere pacta solent.

Quod donatio sit gratuita et non coacta.

ITEM gratuita debet esse donatio et non coacta, neque per metum extorta, ut si quis cartam et donationem cognoverit requisitus, excipiat tamen quod valere non debeat, eo quod per metum et coactionem tempore guerræ aliove quocumque tempore illam fecerit, revocabitur donatio: dum tamen cum[29] vim[30] maiorem et coactionem evaserit, statim reclamet ut si tempore guerræ illata fuerit violentia, statim post guerram reclamet alioquin sibi præiudicat imperpetuum, cum per dissimulationem consentire videatur, ut inter placita quæ sequuntur regem anno regis[31] Henrici nono decimo, assisa ultimæ præsentationis inter priorem de Wallingfordiæ et Rogerum de Quency[32] et Simonem de Chennore[33] qui venit a latere. Si autem tempore pacis compulsus fuerit quis per metum et vim in prisona[34] ad aliquid dandum vel faciendum contra voluntatem suam, cum a prisona et violentia

[21] et, OB, MA, MB, MG, CM, HA. [22] et, MG, CM. [23] confirmatio, OB, MB. [24] Om., MA. [24-25] sui antecessoris, OB, MB, OC, MG, CM, HA, V. [26] infirmant, V; confirmant, MG, CM. [27] pereunt, OB, MB; perimunt, V. [28] scilicet, CM, MG. [29] Om., OB, MB, CM, HA. [29-30] inde, LA. [31] regni regis, MA, HA, MG. [32] Quincy, Quinti, Quinty, Quiney, Quineye, MSS. var. [33] Thennore, Chinnore, Tennore, Chumore, Chemore, Sensenore, MSS. var. [34] prisonam, OA, LA, MC.

evaserit, statim debet levare huthesium et clamorem, et cum huthesio et clamore accedere debet ad villas propinquiores et ad servientem regis, et postea ad comitatum, et ibi ostendere violentiam ei factam: et sic revocabitur quod actum erit. Si autem dissimulaverit, videtur consentire, ut supra. Ut[35] de quodam itinere S. de Segrave in comitatu Cantiæ, de Petro de Beche[36] qui summonitus fuit ad warantizandum Falconi de Breaute[37] quandam cartam de manerio de Middeltonia, et unde iudicium redditum fuit apud Westmonasterium. Et non solum excusatur quis et exceptionem habet si sibi ipsi[38] inferatur vis vel[39] metus, habet etiam si suis, ut[40] si filio vel filiæ, fratri vel sorori, vel aliis domesticis et propinquis, sicut de eodem Falcone qui tenuit in prisona fratrem cuiusdam, donec frater[41] qui fuit extra prisonam dedit ei quoddam manerium. Quid autem sit vis inferius dicetur in tractatu de assisa novæ disseisinæ, et ibi qualiter dividitur. Et hic dicendum erit quid sit metus. Est autem metus præsentis vel futuri periculi causa mentis trepidatio. Et præsentem debemus accipere metum non suspicionem inferendi eius, nec cuiuslibet vani vel meticulosi hominis, sed talem qui cadere posset[42] in virum constantem. Talis enim debet esse metus qui in se contineat mortis periculum et corporis[43] cruciatum.[44] Refert tamen[45] utrum metus præveniat donationem vel subsequatur, quia si primo coactus et per metum compulsus promisero, et postea gratis et sponte dedero, talis metus non excusat. Si autem primo gratis promisero et postea per metum[46] coactus tradidero, iste metus excusat propter violentiam tradendi et[47] compulsionem, cum forte mutata sit prima voluntas transferendi
f. 17] rem ad donatarium. Sed quid si aliquis ab hoste captus et in prisona detentus donationem fecerit? Quæritur an valeat. Quod valere debeat videtur prima facie, facit si quidem talis donationem dum fuerit in tali statu alicui parenti vel amico,[1] militi vel servienti suo bene merito, re vera nulla intervenit coactio nec metus in donatione ista facienda, sed donator hoc affectavit[2] ut donaret tali, unde[3] videtur quod mera[4] et libera et[5] pura[6] sit[7] donatio, et ideo quod valere debeat. Et si eam invitus faceret ita per prisonam, ad[8] hoc[9] coartatus[10] per vim cui resisti[11] non posset, videtur quod valere non debeat vice versa. Unde videtur quod in prisona donationem

[35] Om., LA, OB, MA. [36] Bethe, Peche, Besche, Beke, MSS. var. [37] Briance, Breante, Bramte, Braute, Breuce, Breance, MSS. var. [38] quando, MG, CM. [39] et, LA, HA, MC, MG, CM. [40] Om., MG, CM. [41] frater eiusdem, V, OB, MA, MB; frater eius, Y. [42] possit, V, MB; potest, CM. [43-44] vitæ tractatum, MG, CM. [45] autem, V; enim, HA. [46] metum et, OA, LA, MC, MG, CE, OC. [47] Om., OA, LA, HA, CM, MG.

[1] amico vel, OA, OC, CE, MG, CM, LA (ut), MC (ut). [2] assignavit, MA; aptavit, OB (corr.). [3] Om., OB, MB. [4] vera, MG, CM. [5-6] Om., OB, MB. [7] fuit, LA, CM, MC, MG; fit, OA, OC, CE. [8-9] Om., MG, CM. [10] coactus, OB, MB, V. [11] resistere, V, OB, MB, HA, Y.

facere potest et non potest, secundum diversos tamen respectus. Respondeo: In neutro casu valet donatio quamdiu quis fuerit in prisona, vel quia hoc facit per coactionem, vel quia potestatem sui non habet. Et qui potestatem sui non habet nec eorum quæ sua esse deberent[12] potestatem habebit. Et generaliter qui ab aliis possidetur ipse nihil possidere poterit,[13] et sicut ille qui in servitute fuerit nihil possidere poterit, quia possidetur, ita nec ille qui possidetur ab hostibus vel detentus fuit. Sed cum[14] talis ita ab hostibus detentus naturalem receperit libertatem, hoc est cum suæ potestatis effectus fuerit, res ita gestas potest vel ratificare vel infirmare, et ita quod si postmodum res gestas approbaverit, vel statim donum non revocando vel homagium vel[15] servitium recipiendo, valet.

Alia divisio donationum, quod alia simplex et pura, alia condicionalis vel sub modo.

DONATIONUM alia divisio, scilicet[16] quod alia simplex et pura, alia condicionalis, alia sub modo, uni facta vel pluribus vel pluribus successive. Item et alia quæ condicionalis est pluribus adiectis condicionibus. Item alia de re in maritagium data, alia de re data viris religiosis, alia de re data bastardis, alia de re data ad feodi firmam, alia de re data ad vitam quocumque modo, alia quæ idem est quod concessio et non donatio, sicut de re concessa ad terminum annorum. Simplex autem et pura dici poterit, ubi nulla adiecta est conditio neque modus, simpliciter enim dicitur dari quod nullo addito datur.[17] Ut si dicatur, *Do tali*[18] *tantam terram in tali villa pro homagio et servitio suo, habendam et tenendam eidem tali et heredibus suis de me et heredibus meis, reddendo inde per*[19] *annum*[20] *ipse et heredes sui mihi et heredibus meis tantum ad tales terminos, pro omni servitio et consuetudine et seculari demanda,* ita quod certa sit res quæ datur, et certa servitia et consuetudines quæ domino debentur, licet incerta sint alia quæ tacite remittuntur. *Et ego et heredes mei warantizabimus, adquietabimus, et defendemus prædictum talem et heredes suos versus omnes gentes per prædictum servitium.* Et sic adquirit donatarius rerum dominia ex causa donationis, et heres[21] eius post eum ex causa successionis, quia nihil adquirit ex donatione facta antecessori, quia cum donatario non est feoffatus. Et per hoc quod dicit, *tali et heredibus suis,* largo sumpto vocabulo heredum, continentur heredes omnes tam propinqui quam remoti, et tam præsentes quam futuri. Sed tamen unus eorum vel plures qui sunt quasi unus et
f. 17b] propinquiores remotioribus præferuntur, ut supra dictum[22] est

[12] debent, OB, MB, CM, V. [13] potest, MG, CM. [14] tamen, MSS. var. [15] et, OA, LA, OC, CM, MG, MC. [16] secundum, MG, CM. [17] dicitur, Y; dr., OA, LA, OC, CE, MA, MC, OB, HA; datur, MG, CM; (nullo additur, MB). [18] tibi, OB, MB, Y. [19-20] annuatim, V, OB, MB, CM. [21] heredes, V, MB, CM. [22] prædictum est, CE; infra dicetur, V.

de successionibus. Item augere poterit donationem et facere alios quasi heredes, licet re vera heredes non sint, ut si dicat in donatione, *habendam et tenendam tali et heredibus suis, vel cui dare vel assignare voluerit: et ego et heredes mei warantizabimus eidem tali et heredibus suis, vel cui terram illam dare voluerit vel assignare, et eorum heredibus contra omnes gentes.* Et quo casu si donatarius terram illam dederit vel assignaverit, si donatarius vel[23] heredes sui defecerint, donator et heredes sui incipient[24] esse loco[25] donatarii et heredum suorum, et pro herede donatarii erunt quoad warantizandum assignatis et eorum heredibus, per clausulam contentam in carta primi donatoris, quod quidem non esset nisi mentio fieret de assignatis in prima donatione. Sed quamdiu primus donatarius superstes fuerit vel eius heredes, ipsi tenentur ad warantiam,[26] et non primus donator. <Notandum quod bene poterit donator ab initio in principio donationis legem ponere donationi suæ, et de voluntate sua rem datam exonerare ad commodum ipsius donatarii et contra legem terræ dum tamen hoc non sit in præiudicium aliorum, ad quos nihil pertinet de eorum contractu. f. 18] Ut si terram dederit pro minori servitio quam ipse tenuerit de domino et feoffatore suo, dum tamen factum suum warantizare possit de proprio, ne domino capitali præiudicetur de servitio suo, licet terram datam sibi habuerit obligatam. Poterit tamen[1] exonerare terram datam in præiudicium sui ipsius et heredum suorum, et remittere servitium proprium pro se et heredibus suis, sive servitium sive consuetudines quascumque. Et sufficit quia[2] hoc semel voluit, quia nihil tam conveniens est naturali æquitati quam voluntatem domini volentis rem suam in alium transferre ratam haberi. Et expresso eo ad quod tenetur donatarius in carta donationis, alia omnia videntur[3] esse remissa quæ non sunt specialiter expressa. Et sic expressa nocent, non expressa non nocent, et sic liberat carta[4] ab onere quæ expresse non onerat. Poterit etiam donator rem datam onerare plus et minus servitio et servitutibus de voluntate donatarii, et sic non præiudicatur alicui nisi donatario et heredibus suis, ex quo uterque in initio donationis hoc voluit, quia volenti non fit iniuria. Et sic expressa nocent donatario et non nocent donatori. Et sic modus donationis et condicio quandoque prodest donatori[5] et quandoque nocet, et e converso. Modus autem donationis et condicio multiplex[6] esse poterit in persona donatarii, quandoque ad commodum ne det vel ne faciat, quandoque ad incommodum quod det vel faciat, et semper observare oportet ea de quibus inter partes convenerit, quamvis in præiudicium legis,[7] dum tamen hoc non sit in præiudi-

[23] et, V, MG. [24] incipient, OA, LA, OC, MA, MC, MG, HA; incipiunt, V, OB, MB, CM, CE; incipiant, Y. [25] Om., MG, CM. [26] warantizandum, MG, CM.

[1] etiam, OC; enim, HA. [2] quod, V. [3] videantur, MG, CM. [4] cartam, MG, OC, CM. [5] donatorio, V. [6] simplex, OC; multipliciter, MG, CM. [7] regis, MG, CM.

cium aliorum. Et semper poterit donatarius de re data facere quidquid voluerit, cum sit sua omnino, nisi specialiter contineatur in carta quod non possit.> Item sicut[8] ampliari possunt heredes, ut[9] prædictum est, ita coartari poterunt[10] per modum donationis, quod omnes heredes generaliter ad successionem non vocantur. Modus enim legem dat donationi, et modus tenendus est etiam[11] contra[12] ius[13] commune et contra legem,[14] quia modus et conventio vincunt legem. Ut si dicatur, *Do tali*[15] *tantam terram cum pertinentiis in tali villa, habendam et tenendam sibi et heredibus suis quos de carne sua et uxore sibi desponsata procreatos habuerit.* Vel sic, *Do tali et uxori suæ tali,* vel *cum tali filia mea etcetera, habendam et tenendam sibi et heredibus suis*[16] *de carne talis uxoris* vel *filiæ exeuntibus* vel *procreatis et*[17] *procreandis.* Quo casu cum[18] certi heredes exprimantur in donatione, videri poterit quod tantum fit[19] descensus ad ipsos heredes communes per modum in donatione appositum, omnibus aliis heredibus a successione penitus exclusis, quia hoc voluit donator. Et unde si huiusmodi heredes procreati fuerint, ipsi tantum vocantur ad successionem, et si taliter feoffati[20] aliquem ulterius inde feoffaverint,[21] tenet feoffamentum, et heredes tenentur ad warantiam, cum ipsi nihil clamare possint nisi ex successione et descensu parentum, quamvis quibusdam videatur quod ipsi feoffati sint cum parentibus, quod non est verum. Si autem nullos tales heredes habuerint,[22] revertetur terra illa ad donatorem per condicionem tacitam, etsi[23] nulla fit[24] mentio in donatione quod revertatur, vel expressam, si mentio in donatione habeatur: et ita erit si heredes aliquando extiterint et defecerint. Sed in primo casu ubi nullus extiterit, semper erit res data donatario liberum tenementum et non feodum. In secundo vero[25] casu quousque inceperint heredes esse erit liberum tenementum, cum autem inceperint esse incipit liberum tenementum esse feodum, et cum desierint esse desinit esse feodum, et iterum incipit esse liberum tenementum, et ita numquam erit ibi dotis exactio nisi pura sit donatio, quod[26] de reversione expressa non[27] fiat mentio. Item esto quod sic dicatur in donatione, *Do tali tantam terram cum pertinentiis etcetera habendam et tenendam sibi et heredibus suis, si heredes de corpore suo procreatos habuerit.* Si tales heredes extiterint, quamvis defecerint, generaliter vocandi sunt omnes in infinitum, quia satisfactum est condicioni.[28] Si autem nullus talis procreatus fuerit semper erit

[8] si, MB, MG, CM; sic, OB. [9] sicut, V, MB. [10] possunt, MG, CM. [11] Om., V, MG. [11-12] et etiam, CM. [11-14] Om., OB. [12-13] contra huiusmodi, OA, MA, MB, CE, Y. [15] tibi, MG, CM. [16] ipsorum, LA, MC, MG; eorum, CM. [17] vel, V, OB, MA. [18] Om., OB, MB, MA. [19] sit, OB, MA, MG, CM. [20] feoffatus, V, MB, Y. [21] feoffaverit, V, MA, MB, Y. [22] habuerit, V, OB, MB, Y. [23] etiamsi, V, Y; nisi, LA; si, HA, MC (+ et). [24] sit, MSS. var. [25] Om., V, OB, MA, MB, Y. [26] quia, V, CM. [27] numquam, V; om., MG, CM. [28] donationi, MG, CM.

res data liberum tenementum, et revertetur ad donatorem, omnibus aliis heredibus exclusis, cum non sit condicioni satisfactum, et sic adiungitur condicio cum modo. Item fieri poterit donatio viro et uxori simul, et heredibus uxoris tantum per modum donationis, et eodem modo viro et uxori et heredibus viri tantum. Item viro et uxori et heredibus communibus si[29] tales extiterint, vel si[30] non extiterint, tunc heredibus eius qui alium supervixerit. Item fieri possunt donationes sub modo et adiecta condicione, ut si dicat quis, *Do tali tantam terram etcetera, ut det mihi tantum,* vel *ut*[31] *inveniat mihi necessaria,* talis donatio etsi non sit omnino gratuita, tamen simplex est et pura, et si sequatur traditio revocari non poterit, sed ille qui tradidit ad hoc agere poterit tantum, quod ille qui accepit[32] teneat ei conventionem et faciat quod promisit. Si autem tali donationi[33] sit statim condicio apposita in initio donationis, quod nisi accipiens tradenti teneat quod convenit statim liceat sibi[34] se ponere in terram illam, et tenere sibi et heredibus suis quiete de ipso accipiente et heredibus suis, si postmodum se posuerit in seisinam ille tradens, et ille qui accepit[35] arramaverit super eum assisam novæ disseisinæ, imprimis inquirendum[36] erit an ille qui tenementum accepit invenerit f. 18b] tradenti ita sufficienter necessaria quod inde contentus esse deberet. Si autem non, cadit assisa, si autem sic, per assisam recuperabit. Si autem necessaria sufficienter non invenerit, et tradens in seisinam se ponere non possit per prædictam condicionem, dabitur ei actio ex condicione ad seisinam suam rehabendam, nisi[37] si[38] in possessione esset per se posset se tueri in possessione sua per exceptionem conventionis. Sed quid si ille qui recepit tali modo terram ulterius dederit alteri cum sit[39] paritum condicioni? Quæritur si ille qui tradidit possit talem eicere cum illum non tangat conventio. Videtur prima facie quod sic, quia videtur quod ipsa res obligata sit cum persona et ad nullum transferri poterit nisi cum suo onere, et ideo videtur quod si fuerit eiectus, quamvis sine iudicio, non recuperabit. Sed re vera obligatio ista personalis est, et inter certas personas contrahitur, nec alias personas ligat, nisi tantum illas inter quas fit[40] contractus, nec expressum est de quo tenemento inveniri debeant[41] necessaria, non[42] magis de isto[43] quam de illo,[44] et ideo tenementum non obligatur neque oneratur. Qualiter ergo prospiciendum erit quærenti cum sic feoffatum eicere non possit, nec se ponere in seisinam secundum conventionem, nec[45] contra ipsum agere ex conventione?[46] Agendum erit igitur ut videtur cum

[29] tantum si, OB, MB. [30] Om., MG, CM. [31] Om., OB, MB. [32] accipit, V, OB, MB, Y. [33] condicioni, MG, CM. [34] Om., OB, MB. [35] accipit, V, OB, MA, MB, MG, Y. [36] quærendum MG, CM. [37] ubi, MSS. var.; ut, HA. [37-38] si vero, V; nisi, OB, MA, MB. [39] non sit, V, LA, MG, CM; sit, OA, OB, OC, MB, MC, CE, Y, (MA + non). [40] tantum sit, V, MB; tantum fit, OB; sit, HA; fuit, Y. [41] debeat, MA, MB; debent, V. [42-43] non tangit plus de isto, MB, OB (— de). [44] quam de alio, OB, MB, MG, CM. [45-46] Om., OB, MB.

primo qui decepit,[47] ut[48] ad minus teneatur ad interesse, si habeat unde. Si autem nihil, tunc recurrendum erit ad feoffatum de consilio curiæ, non de iure, et sic incidunt in donationem illi quatuor contractus innominati,[49] scilicet, Do ut facias, Facio ut des, Facio ut facias, Do ut des. Et sic poterit sequi donatio ex causa præcedente vel ex causa subsequente, secundum prædictos contractus, facit enim modum *ut, si* condicionem, *quia* causam. Et[50] unde versus, *Scito quod ut modus est,*[51] *si condicio, quia causa.* Item poterit pluribus[52] fieri donatio per modum, simul et successive, ut si quis plures habuerit[53] filios, et sic fecerit donationem primogenito et dicat, *Do A. filio meo primogenito tantam terram etcetera, tenendam sibi et heredibus suis de corpore suo procreatis, et si tales heredes non habuerit, vel si habuerit et defecerint, tunc terram illam do B.*[54] *filio meo postnato, et volo quod terra illa ad ipsum B. revertatur, tenenda*[55] *sibi et heredibus suis quos de corpore suo procreatos habuerit, et si nullos tales habuerit, vel si habuerit et defecerint, tunc volo et concedo pro me et heredibus meis quod prædicta*[56] *terra revertatur ad C. tertium filium meum, habenda et tenenda sibi et heredibus suis de corpore suo procreatis,* et sic de pluribus. *Et si prædicti A., B., C., sine talibus heredibus de corpore suo procreatis decesserint, tunc volo quod prædicta terra revertatur ad me et ad alios heredes meos,* quod quidem fieret sine expressione per tacitam condicionem, nisi donator aliud inde ordinaret. Item si largius fiat donatio, ut si dicatur, *Do tibi tantum terræ etcetera, habendum*[57] *et tenendum*[58] *tibi et heredibus tuis, vel cui dare vel assignare*[59] *in vita vel in morte legare volueris,*[60] valet donatio propter voluntatem et consensum donatoris quamvis contra legem terræ fieri videatur, et unde si legatarius primam habuerit[61] seisinam, si heres petat per assisam, legatarius contra assisam competentem habebit exceptionem de modo donationis. Si autem legatarius extra seisinam petat ex
f. 19] causa testamentaria in foro ecclesiastico, obstabit ei regia prohibitio ne[1] iudices ecclesiastici iudicarent, quia[2] non haberent[3] iurisdictionem neque coertionem ad iudicium suum exequendum. Si autem in foro seculari agere voluerit quamvis hoc sit inauditum, bene poterit per breve formatum, cum possit quis renuntiare his quæ pro se et suis[4] fuerint introducta sine præiudicio aliorum. Est quædam donatio omnino sub modo secundum quod

[47] decipit, MA, MB, Y. [48] Om., MG, CM. [49] nominati, OA, OB, MA, MB, CE, LA, MC. [50] Om., MSS. var. [51] Om., OA, LA, CM. [52] pluribus modis fieri, CM, Y. [53] habeat, V; habuit, Y; haberet, CM. [54] Om., OB, MA, MB. [55] tenendam, OA; tenendi, OB. [56] Om., MG, CM. [57-58] Om., OA, OB, MA, MB, Y, CE. [59] assignare voluerit, OB. [60] Om., OA, OB, LA, MA, MB, MC, HA; voluerit, CM; in vita volueris vel in morte, CE. [61] habuit, MSS. var.

[1] et, OA, CE; et si, MG, CM, LA, HA (corr. et ne), MC (corr. ne). [2-3] quod non haberet, MG, CM (— non). [3] habent, V, MA. [4] pro suis, MG, CM.

prædictum est de quatuor generibus contractuum, scilicet, Do ut des, ut si dicatur, *Do tibi digestum ut des mihi codicem,* ut[5] si digestum tradidero, teneris mihi ad codicem tradendum. Vel si dicam, *Do tibi ut facias,* id est, do tibi codicem ut facias mihi scribi digestum. Vel, *Facio ut des,* scilicet, facio tibi domum ut des mihi codicem:[6] vel, *Facio ut facias,* id est, facio tibi aulam ut tu facias mihi cameram. Istæ donationes consistunt sub modo et obligant contrahentes. Ita quod si dedero vel facero, tu teneris ad dandum vel faciendum secundum quod convenit. Sed non ut repetere[7] possim quod dedi, si tu non vis facere quod promisisti. Sed[8] ad hoc tantum agere possum quod tu facias, nisi aliter convenerit ab initio. Poterit enim huic donationi sub modo adici condicio ab initio, ut si dicam, *Et si non dederis vel*[9] *feceris quod convenit, quod ego repetere possim*[10] *quod dedi, vel impensas factas circa rem quas feci, alioquin autem non.*

Si fiat donatio sub condicione.

Fieri autem[11] poterit donatio sub condicione sive modo,[12] ut si dicam, *Do tibi rem istam si ita factum sit* vel *non factum,* et si[13] conferatur condicio in futurum,[14] licet præsentia et præterita non sint in pendenti sicut futura, quia statim condicio infirmat[15] obligationem, vel omnino non differt. Tunc autem est condicio possibilis aut impossibilis. Si autem possibilis et potestativa, ut si dicam, *Do tibi talem rem si dederis mihi decem,* valet donatio, et suspenditur donec existat condicio. Ut si tu[16] petas rem, excipere possum quod tu mihi decem non dederis. Item si condicio fuerit impossibilis, ut si dicam, *Do tibi istam rem si cælum digito tetigeris,* non valet donatio, et pro non adiecta habeatur condicio. Item non valet donatio ab initio sed est in pendenti in alterius potestatem collata condicione, ut si dicam, *Do tibi hanc rem si Titius voluerit,* vel *arbitratus fuerit,* vel *quid tale fecerit,* quia nisi hoc fecerit, donatio non valebit. Item si condicio casualis fuerit, ut si dicam, *Do tibi talem rem si*[17] *navis venerit ex Asia,* vel *si Titius consul factus fuerit,* erit donatio in pendenti quia huiusmodi donationes[18] dependent ex insidiis fortunæ. Si autem condicio fuerit mixta et disiunctiva, ut si in parte fuerit potestativa et in parte casualis, ut si dicam, *Do tibi hanc rem si mihi decem dederis,* sufficit unum istorum adimpleri. Sed si plures condiciones ascriptæ sint donationi coniunctim, ut si dicatur, *Si illud et illud factum sit,* omnibus est parendum, si divisim, ut prædictum est, cuilibet vel alteri eorum satis est obtemperare. Item condicionum alia expressa et fit verbis negativis, ut si dicatur, *Si Titius heres non sit tu heres esto,* vel *si*

[5] et, V, Y. [6] codicem, V, MB; C. (centum?), OA, OB, OC, MA, MG, CE, LA, CM, Y, MC. [7] petere, MG, CM. [8] si, V, OB. [9] vel non, V, CM. [10] possum, V, MA, HA, Y. [11] etiam, LA, OC, MC, MG; non, CM. [12] sub modo, OB, MB. [13] Om., OB, CM, MB. [14] futuro, MG, CM. [15] confirmat, OB, MB. [16] Om., MG, CM. [17] ut si, OB, MB. [18] condiciones, OA, OC, LA, MG, CM.

tu de corpore tuo heredes non habueris, tunc terra sic data revertatur ad tales, unum vel plures, simul vel successive. Item est quædam condicio tacita et fit verbis affirmativis, ut si dicatur, *Si A. sit heres B. te invicem substituo,* id est heredem facio, si[19] unus eorum præmoriatur vivus succedat mortuo. f. 19b] Item condicionum[20] alia[21] duplex, ut si dicatur, *Si heredes de corpore tuo non habueris, vel si habueris et decesserint,*[22] *tunc terra data revertatur ad me et*[23] *heredes meos.* Item alia simplex et fit verbis affirmativis, ut si dicam, *Si habueris heredes et infra ætatem decesserint, tunc revertatur terra etcetera.* Item alia duplex et fit partim verbis negativis et[24] partim affirmativis, ut si dicam, *Si filius meus non fuerit furiosus, vel si fuerit et infra furorem decesserit, volo quod tu sis heres,* et huiusmodi. Item fieri poterit donatio sub[25] modo[26] pluribus adiectis condicionibus, ut si dicam, *Do tibi hanc rem ut facias tale quid* vel *ne facias, et si non feceris* vel *si*[27] *feceris, quod terra revertatur ad me.* Vel,[28] *Do tibi quod non facias istam rem sine voluntate mea, et si feceris quod possim me ponere in terram illam, et me tenere in terra illa quiete de te et heredibus tuis.* Et unde si cum prædictæ condiciones sive conventiones et instrumenta in quibus continentur, deducta[29] fuerint in iudicio, non sufficit si probentur instrumenta et condiciones sive[30] conventiones, nisi probetur quod satisfactum sit condicioni vel non satisfactum, quia probato instrumento adhuc poterit esse quod sit[31] condicioni satisfactum per veram probationem, vel saltem per præsumptionem cui semper standum erit donec probetur in contrarium. Item si quis ita dederit sub modo vel sub[32] condicione quæ[33] ex alterius dependeat voluntate vel potestate. Verbi gratia: si quis dederit alicui advocationem alicuius ecclesiæ, ut ibi faciat prioratum, et illam in proprios usus convertat, hoc sine voluntate episcopi vel alterius ordinarii adimpleri non poterit, et si illi consentire noluerint, non erit hoc imputandum donatario quod condicio non extiterit,[34] et tenebit donatio maxime cum donatarius ad hoc diligentiam adhibuerit pro posse suo[35] efficacem.

Si ex facto præcedente vel ex causa.

Fit etiam donatio quandoque ex causa præcedente vel[36] subsequente: præcedente, ut si dicam, *Do tibi hanc rem quia mihi bene servisti,* et quo casu licet talis bene non servierit, valet tamen donatio, quia[37] falsa causa adiecta non perimit donationem, non magis quam legatum. Si autem ex causa sub-

[19] id est si, OA, OC; et si, V, CM, MC. [20] condicio, OA, LA, MC, MG, CM. [20-21] condicio est, MG, CM. [22] defecerint, V, OC. [23] vel, OB, MB. [24] Om., OB, MA, Y, V. [25-26] Om., OB, MA, MB. [27] Om., MG, CM. [28] Om., OB, MA, MB. [29] dedicta, OA, CM, CE; deducta, V, LA, Y, MC, MG, HA; dedca., OB, OC, MA, MB. [30] vel, V; et, OB, MB. [31] non sit, V, MB. [32] Om., MG, CM. [33] qui, OB, Y; quod, MG. [34] consistit, MG; existit, CM; constiterit, MB. [35] Om., CM; suæ, MG. [36] et quandoque, OB, MB, V (quandoque ex causa). [37] quia licet, OB, MB.

sequente, ut si dicam, *Do tibi hanc rem quia*[38] *mihi bene servies*, adhuc erit illud idem dicendum. Si autem addatur condicio in causa subsequente erit donatio in pendenti, ut si dicam, *Do tibi terram hanc si bene mihi servieris*, et pura erit et perfecta donatio, resolvitur tamen sub condicione, si servitium bonum non fuerit subsecutum, in pendenti erit donec sciatur utrum existat condicio vel non existat.

Quod condicio impedit descensum ad proprios heredes.

ITEM poterit condicio impedire descensum ad proprios heredes contra ius commune, ut si dicam, *Concedo tibi tantum terræ ad terminum decem annorum, et post terminum revertatur ad me terra illa, et si infra terminum illum decem annorum decessero, concedo pro me et heredibus meis quod terra illa tibi remaneat ad vitam tuam* vel *in feodo:* et sic facit condicio liberum tenementum et feodum, et tollit condicio heredibus assisam mortis antecessoris, quia si illi prima facie habeant directam actionem, firmarius tamen habebit ex conventione exceptionem. Item quod fuit ab initio liberum tenementum et ad vitam per conventionem poterit mutari in[39] terminum,[40] ut si aliquis concedat alteri terram ad vitam fieri poterit inter eos condicio, quod si tenens infra certum terminum obierit, quod heredes tenen-
f. 20] tis vel assignati vel sui executores possint[1] terram sic datam tenere usque ad certum terminum post[2] mortem[3] ipsius tenentis, et ita facit condicio de termino liberum tenementum, et e contrario, et dat exceptionem contra veros[4] dominos et eorum heredes. Item eodem modo dat exceptionem contra assisam novæ disseisinæ, ut[5] supra[6] de necessariis inveniendis satis[7] dictum est. Item dat exceptionem creditori contra debitorem, verum dominum et eius heredes, si inter eos[8] convenerit[9] ab initio quod si pecunia suo die soluta non fuerit, quod terra in vadium data remaneat[10] creditori et suis heredibus, ut infra de assisa mortis antecessoris de herede Johannis Dacy.[11] Item dat exceptionem contra veros heredes et contra assisam mortis antecessoris, si sit qui dicat cum peregre sit profecturus,[12] *Concedo A. talem terram meam ad terminum certum,* sicut cruce signatorum, *et ita quod si rediero, restituet mihi terram meam, et si in itinere mortuus fuero vel non rediero, remaneat*[13] *A.*[14] *terra illa in feodo.* Et si existat condicio quod talis non redierit, et heres petat per assisam mortis antecessoris, obstabit ei exceptio condicionis. Et ita mixta erit donatio, scilicet feoffamentum cum termino, et unum habent[15] principium, licet exitum diversum, et cum[16] ter-

[38] ut, MG, CM. [39-40] interim, OB, MA.

[1] possunt, V, MA, CM. [2-3] Om., MG, CM. [4] proprios, MG, CM. [5-6] et sic, MG, CM. [7] Om., OB, MA; ut, MB. [8] Om., OB; ipsos, MA, MB. [9] convenit, MG, CM. [10] remanebit, MG, CM. [11] Daci, Bacy, Daky, Day, Way, Lascy, MSS. var. [12] profectus sit, MG, CM. [13] remanebit, V, OB, MB. [14] Om., MG, CM; ad A., MB; et, MC. [15] habuit, MG, CM. [16] tunc, V; tamen, LA.

minus et feoffamentum incipiant[17] eodem tempore, licet simul stare non possunt,[18] nec paribus passibus incedant, unum eorum præcedit[19] et stat et aliud est in pendenti, quousque existat condicio vel non existat. Si autem non[20] existat condicio terminatur utrumque, scilicet tenementum cum termino vel feodum, et e contrario. Si autem existat condicio statim desinit esse terminus, et feodum vel tenementum quod ab initio incepit et in pendenti extitit, iam firmum remanet et tenet, et terminus evanescit, et e contrario, et sic nocet heredibus antecessorum conventio ex condicione. Poterit enim quis renuntiare pro se et suis iuri quod pro[21] se[22] introductum est, et ideo heredi[23] non infertur iniuria sed damnum, ex quo talis conventio placuit antecessori, quia scienti et volenti non fit iniuria: et ita condicio sive conventio vincit legem. Quod autem dicitur in præcedentibus quod potest quis renuntiare pro se et suis heredibus his quæ pro se[24] introducta sunt, non potest tamen renuntiare his quæ pro aliis introducta sunt, secundum quod inferius dicetur de exceptionibus in titulo de prohibitionibus. Item esto quod aliquis dimiserit terram aliquam ab initio in vadium et sub condicione, ita ut[25] si pecunia suo[26] die soluta non fuerit, quod terra pignori data remaneat[27] creditori. Et in hoc casu si pecunia suo[28] die soluta non fuerit, remanebit terra sic impignorata ipsi creditori per condicionem ex voluntate debitoris suppositam, et sic erit si unica et certa dies apponatur. Sed esto quod quis pecuniam ita credat reddendam ad plures terminos, et quod si debitor[29] in aliquo istorum terminorum in solutione defecerit,[30] quod res impignorata remaneat creditori. Cessatum[31] in primo termino, paratus est tamen debitor satisfacere in ultimo termino vel ante de toto, quæritur an teneat condicio. Videtur quod sic, quia non est[32] satisfactum condicioni secundum quod convenit, quia in tempore est plus et minus, et est verum. Sed esto quod debitor ita respondeat quod ad diem suum venit paratus[33] satisfacere et pecuniam solvendam obtulerit sub testimonio proborum et legalium hominum, qui hoc dicant sub testimonio visus sui, qui viderunt[34] f. 20b] pecuniam numeratam quacumque hora diei, cum tota dies cedat[35] debitori, liberatur debitor. Et unde oportet creditorem quod qualibet hora diei se exhibeat ad recipiendum et sui copiam faciat, et ita quod nihil sit quod sibi debeat imputari. Si autem debitor sit in mora creditore præsente, amittet debitor, vel si præsens fuerit et pecuniam non habuerit. Idem erit

[17] incipiunt, V, OB, MB. [18] possint, OB, MB, MG. [19] præcedat, OB, MA. [20] Om., OB, Y (+ non). [21-22] Om., MG, CM. [23] Om., OB, MA, MB, Y. [24] se et pro suis heredibus, MG, CM, Y (— pro), V (— pro). [25] quod, V, MB, MG, CM. [26] sua, OA, LA, OB, MB, CE, MC. [27] remanet, OA, LA, MC. [28] sua, MSS. var. [29-30] creditor in solutione in aliquo illorum defecerit, MG, CM. [31] si cessatum sit, Y; cessatum est, OC, MG, CM. [32] non satisfactum, LA, OB. [33] Om., OB, MB. [34] videant, MG, CM. [35] cedit, V, MG, OB.

sive creditor præsens sit sive non. Sed quæro an creditor pecunia suo[36] die non soluta statim habeat liberum tenementum. Habet si fuerit in possessione: si autem extra, habet actionem ex conventione.

Si terra data fuerit bastardo per se vel in maritagium.

QUONIAM terra data bastardo in maritagium sicut aliis vel bastardo per se, in se tacitam habet condicionem vel expressam de reversione, ideo videndum[37] si terra data fuerit in maritagium bastardo cum aliqua muliere, aut datur ipsis et eorum heredibus communibus, aut heredibus ipsius uxoris tantum, in quo casu revertitur ad donatorem, si defecerint heredes communes per modum tacitum donationis. Si autem sit[38] heredibus uxoris, tunc si heredes habuerit[39] de bastardo, remanebit terra eorum heredibus communibus, quia tales erunt heredes uxoris quamvis communes. Si autem communes[40] defecerint, tunc descendet[41] terra sic data aliis heredibus ipsius uxoris[42] de altero viro vel a latere venientibus. Item esto quod data fuerit terra illa alicui bastardo per se sine uxore, et tunc addatur, ei et heredibus suis tantum, vel ei et assignatis suis. Si ei et heredibus suis tantum, tunc deficientibus heredibus sive homagium intervenerit sive non, erit terra illa eschæta dominorum pro defectu heredum, et cum tali domino remanebit non obstante homagio, quia homagium evanescit heredibus deficientibus ubique. Si autem facta fuerit bastardo et heredibus suis vel assignatis, vel cui assignare voluerit, tunc si in vita sua[43] terram[44] assignaverit hora congrua et tempore competenti, ac si faceret donationem et eodem modo, valebit assignatio et donatio quamvis heredes de corpore suo defecerint, quod quidem facere non posset deficientibus de corpore suo heredibus procreatis, nisi hoc ei permissum esset per condicionem et[45] modum donationis. Et notandum quod in favorem bastardorum primo inventa fuit assignatio, unde quidem[46] sive facta[47] fuerit donatio bastardo et heredibus, vel bastardo et heredibus et[48] assignatis, si heredes non habuerit vel assignatos hora congrua non fecerit, terra sic data, non obstante homagio, revertetur[49] ad ipsum donatorem, et cum eo remanebit pro defectu heredum et assignatorum.

De dote uxoris bastardi.

SED de dote mulieris quid fiet in hoc casu ex quo[50] warantum non habet de dote sua, cum nec[51] appareat heres nec assignatus nec etiam legatarius, si forte legatum fuerit, sicut in burgagiis? Mulier in[52] omnibus istis casibus dotem obtinebit quamvis waranti non existant, quia vir suus quamvis bas-

[36] sua, MSS. var. [37] videtur, MG, CM. [38] fit, V, OB, MA; sint, MG, CM. [39] fuerint, MG, CM. [40] omnes, MG, CM. [41] descendit, V, OB, MB; descendat, MG, CM. [42] Om., OB, MB. [43] Om., OB, MB. [44] terram illam, V, OB, MB. [45] et per, V, OB. [46] quidam, MC, OA, LA, OC. [47] Om., OB, MB. [48] vel, OB, MA, MB, CE, Y. [49] revertitur, V, OB, MA, MB, Y. [50] qua, OA, LA. [51] non, MG, CM. [52] Om., OB, MB.

tardus feoffatus fuit tenendi in feodo sine aliqua condicione,[53] libere et
f. 21] pure, et statim incipit res data esse feodum,[54] licet heredes vel assignati non existant, vel licet extiterint deficiant, quod non est in certis heredibus expressis et[1] confirmatis[2] ut supra. Sed qualiter obtinebit mulier dotem cum warantum non habeat, non magis[3] quam ille warantum habere potest, cui per bastardum fit donatio, deficientibus heredibus et assignatis et legatariis? Respondeo quod ipsi amittunt pro defectu waranti quamvis teneant et sint in possessione. Sed qualiter recuperabit illa cum sit extra seisinam et sine waranto, ut videtur? Respondeo, habet quasi warantum illum ad quem terra sic data reverti debet, et maxime eo quod vir suus quamvis bastardus feoffatus fuit pure et sine condicione tenendi in feodo, et sic erit talis warantus dotis et non donationis. Et[4] poterit esse ratio, quia ex[5] necessitate[6] statim post mortem talium donatariorum[7] revertitur res data ad donatorem pro defectu heredis, qui warantizare deberet donum, et etiam dos non statim sed post tempus, et erit donator quasi heres et loco heredis pro defectu heredum, et in dote non erit aliqua exheredatio sicut in donationibus, et maxime hoc ideo quia ad donatorem post mortem uxoris erit reversura. Item esto quod duobus fratribus bastardis fiat donatio de aliqua re, tunc distinguendum erit utrum fiat illis duobus simul et in communi, vel cuilibet ipsorum separatim et per se. Si autem separatim et per se, et unus ipsorum[8] moriatur sine heredibus vel assignatis, res data revertetur ad donatorem pro defectu heredis vel assignati, quia frater bastardus omnino extraneus est ei quoad successionem licet non quoad sanguinem. Si autem sic data fuerit tenenda in communi, et unus illorum decesserit sine herede vel assignato, frater eius bastardus succedet ei, non quidem iure successionis sed per[9] ius[10] accrescendi,[11] secundum quod dicitur de concubina et pueris suis.[12] Si autem uterque heredes habuerit, omnes simul teneant in communi nisi agere velint ad divisionem et partitionem. Si autem uterque sine heredibus et assignatis decesserit, vel si tales[13] habuerit[14] et defecerint,[15] sic tota res data ad donatorem revertetur.

Si terra data fuerit in maritagium, videndum qualiter fiat donatio in maritagium.

QUONIAM vero quandoque revertitur maritagium ad donatorem per condicionem tacitam vel expressam, ideo consequenter videndum[16] qualiter

[53] contradictione, V, CM. [54] in feodo, V, MA.

[1] et non, OA, LA, MC, OB, MA, MB, Y. [2] nominatis, V, OC; constitutis, MG, CM; *sic*, CE. [3] maius, OA, LA, MC. [4] Om., OB, MB. [5-6] Om., MG, CM. [7] donatariorum, OC, Y, MA; donatorum, V, OA, LA, OB, MB, CE, MG, CM, MC. [8] eorum, V, CM; om., MG. [9-10] iure, V, OC. [9-11] matrimonio accrescenti, CM; uno accrescenti, MG. [12] Om., OB, MB, V. [13-14] tales habuerint, OA, LA, OC, CE, MC. [14-15] habuerit vel decesserit, MA. [16] dicendum est, V, MB, OB (erit).

terra dari possit in maritagium. Et sciendum quod terra datur aliquando ante sponsalia et propter nuptias a patre mulieris vel alio parente ipsi marito[17] cum muliere aliqua, vel utrique simul, scilicet tali[18] viro et uxori suæ, quod idem est, et eorum heredibus, vel alicui mulieri ad se maritandam, vel simpliciter sine aliqua mentione maritagii, quæ quidem donatio fieri poterit sicut cuilibet de populo. Sed si fiat mentio de maritagio, terra sic data dici poterit maritagium. Fit etiam talis donatio ante matrimonium contractum, aliquando in ipso contractu, aliquando post contractum. Est et[19] alia donatio quæ fit a viro uxori in ipso contractu ad ostium ecclesiæ, quæ non dicitur proprie donatio immo dotis constitutio sive nominatio, secundum quod inferius dicetur in tractatu de dote. Terra[20] vero quæ sic datur propter nuptias dicitur[21] maritagium. Et est maritagium aliquando[22] liberum, scilicet ab omni servitio quietum, et aliquando servitio obligatum. Liberum autem maritagium dicitur ubi donator vult quod terra sic data quieta sit et libera ab omni seculari servitio quod ad dominum feodi possit
f. 21b] pertinere, et ita quod ille cui sic data fuerit nullum omnino inde faciat servitium usque ad tertium heredem, et usque ad quartum gradum, et[23] ita quod tertius heres sit inclusivus. Gradus vero computandi sunt a primo donatario usque ad tertium heredem inclusivum, ut donatarius faciat primum gradum, et[24] heres suus faciat secundum,[25] et heres heredis tertium, et heres secundi heredis quartum, qui quidem tenebitur ad servitium, et facta computatione de heredibus, filius vel filia donatarii erit primus heres, et filius vel filia talium erit secundus, et filius vel filia secundi heredis erit tertius heres, qui tenetur[26] ad homagium et servitium faciendum, et ita quod[27] donatarius et duo heredes successive tali gaudeant[28] libertate. Et videtur quod homagium ideo fieri non debeat propter reversionem ad donatorem si heredes defecerint. Sed quid si in tertio herede fiat[29] homagium et ipse vel heredes sui sine heredibus decesserint? Videndum erit an alii[30] sint heredes qui vix deficiunt infra quartum gradum, et si tales extiterint, ad eos revertetur maritagium pro defectu heredum recta linea descendentium. Si autem nullus talis inveniatur, vel si fuerint et defecerint, tunc pro defectu omnium illorum ad donatorem revertetur maritagium, et pro defectu heredum evanescit homagium. Item esto quod fiat homagium ante tertium heredem, quæritur an extunc teneatur ad servitium. Et verum est quod
f. 22] sic, ut probatur de termino Sancti Michælis anno regis[1] Henrici

[17-18] marito vel mulieri alii (alicui) vel utrique simul quia tali, MG, CM. [19] etiam, OC, MB; autem, V; om., MA, Y. [20-21] terra autem quæ sic datur dicitur, MG, CM. [22] aliud, LA, MG, MC, OC; aliquid, CM. [23] Om., V, OB, MB. [24-25] heres eius secundum, CM, MG (— eius). [26] tenebitur, V, OB, MB, Y. [27] Om., OB, MA, MB, Y. [28] gaudent, V, OB, MA, MB, Y. [29] fit, V, OB, MB. [30] illi, MG, CM.

[1] regni regis, V, OC, MA, MG.

quinto decimo incipiente sexto decimo comitatu Salopiæ, de Rogero de[2] la Zusche[3] et Petronilla de Wyneslegha,[4] quia servitium semper sequitur homagium, quamvis hoc sit ad damnum solventium. Et quid si in initio donationis maritagii liberi nulla sit carta confecta quæ in se contineat warantizationem expressam, nec homagium factum nec servitium, et contingat donatarium implacitari et heredes suos? Si donatorem maritagii et feoffatorem suum[5] vocaverint[6] ad warantum, quæritur an warantizare teneatur sine carta et homagio. Et verum est quod sic, quia femina per donatorem sic maritata, vel eius pueri et heredes si ipsa obierit erunt pro carta, et pro carta sufficiunt. <Liberum possit esse ex toto qui nullum omnino reddit servitium. Item omnino servitio obnoxium,[7] scilicet ubi nullum servitium remittitur. Item liberum in parte et in parte non, ubi aliquod servitium excipitur in donatone et aliquod remittitur, ut si quis ita dederit in maritagium liberum tenementum salvo[8] forinseco.> <Item poterit quis liberius dare quam ipse tenuerit per minus servitium, vel si ipse teneatur ad forinsecum domino capitali et feoffatori suo, ipse tenens poterit alium ulterius feoffare sine forinseco de toto vel de aliqua parte, quod si de aliqua parte, non tamen propter hoc mutatur districtio dominorum quin per[9] totum facere possint districtionem, secundum iuris rigorem, sed de æquitate non. Ut si districtionem fecerit super feoffatum, perquirat sibi feoffatus per breve de medio super suum feoffatorem, et interim non cessabit districtio propter[10] placitum de medio, quia si sic, tunc fieret[11] iniuria capitali domino. Si autem super[12] feoffatorem, bene facit, quia ipse tenetur suo feoffato ad warantiam. Item esto quod dominus capitalis donum sui tenentis confirmaverit suo feoffato, si tunc districtionem fecerit super feoffatum, feoffatus habet defensionem suam in manu sua, scilicet confirmationem. Si autem super feoffatorem tenentem suum, licet ipse nihil habeat in manu ad defensionem suam, cum[13] iniuste petit servitium ab eo quod[14] remisit suo feoffato, et sic esset confirmatio inefficax, si ab uno posset repetere quod alteri remisit. Et unde poterit dicere tenens feoffatori quod ipse respondere non tenetur, quia[15] ex quo dominus capitalis suum factum et donum confirmat faciendo aliquid contra illud non poterit infirmare, quia confirmatio totum supplet defectum, et ita quod nullus eorum tenebitur ut confirmatio magis valeat quam pereat, et quod potius locum teneat quam nullum.>

Quod maritagium aliud liberum aliud non.

Est autem maritagium servitio obligatum et oneratum quod non est libe-

[2] Om., MSS. var. [3] Zuche, Souche, Suche, MSS. var. [4] Wynlesg., Willeslegha, Wymissag., Wymessegge, MSS. var. [5] Om., MG, CM. [6] vocaverit, V, OB, MB, CE, OC, MG, CM. [7] obnexum, MG, CM. [8] salvo inde, V; salvo tamen, MG. [9] secundum, MG, CM. [10] per, CM, MG. [11] fiet, MG, CM. [12] propter, MG, CM. [13-14] cum (tamen) minus repetit servitium ab eo qui, MG, CM. [15] Om., MG, CM.

rum, ut si donator sic dederit retento sibi et heredibus suis servitio debito, et sic fiet servitium debitum sine[16] homagio[17] usque ad tertium heredem, et tertius heres extunc faciet homagium cum servitio de herede in heredem. Sed ante homagium factum et usque ad tertium heredem in utroque casu faciet vir fidelitatem et eius heredes vel uxor donatarii dum fuerit sine viro. Liberum autem maritagium dici non[18] poterit dum tamen inde fiat servitium quale[19] quale. Item nihilominus dici poterit liberum si inde solvantur[20] præstationes communes quæ non pertinent ad dominum feodi sed ad regem. Item nihilominus dici poterit liberum si inde præstentur[21] auxilia rationabilia, sicut de filiabus maritandis et de[22] faciendo militem, quæ pertinent ad personas quia[23] libere tenent, et non ad tenementum quod tenetur libere. Item dari poterit terra ante matrimonium et post, tam viro pro[24] se et heredibus suis, quam uxori pro[25] se et heredibus suis, quam utrisque[26] et eorum heredibus communibus, a patre vel matre vel alio parente uxoris, unde[27] si contingat partitione fieri inter uxorem et sorores eius participes vel earum heredes de[28] communi hereditate in partitione facienda, non venit in divisionem terra data viro per se, quia ipse feoffatus est sicut quilibet de populo, et ideo contribuere non tenetur. Sed terra data tam viro quam uxori, vel[29] uxori[30] per se, contribui debet secundum quosdam et indistincte, quod ego non approbo,[31] cum mentio non habeatur de maritagio, et pro eo quod vulgariter[32] dicitur quod maritagium cadit in partem. Videtur ergo[33] quod non aliud quam id quod datur ratione maritagii et affectione, et ideo[34] de facili posset dicere quis quod[35] donatio simplex et pura cadit in partem sicut maritagium, quod quidem non dicitur. Restat ergo[36] inquirendum ut videtur utrum terra sic data ad minus uxori ante matrimonium, data sit tali de causa, scilicet ad se maritandam, vel sicut cuilibet de populo, et quod nulla sit spes maritagii vel ob spem maritagii, et secundum hoc cadet donatio in partem vel non cadet. Diversimode vero datur terra in maritagium cum uxore, ut si dicat donator, *Do tali filiæ meæ tantam terram ad se maritandam,* nulla facta mentione de heredibus, videtur quod donatio talis tantum sit liberum tenementum et non feodum, et quod se non extendat ad heredes. Et unde sive liberos habuerit sive non, videtur quod statim

[16] absque, OA, LA, OC, MC. [16-17] sive homagium, V. [18] Om., V. [19] tale, V, CM, MG; om., MA. [20] solvuntur, OC, MG. [21] præstantur, MG, CM, MC. [22] Om., OB, MB. [23] quæ, V, MG, CM; quia, OA, LA, OC, OB, MA, MB, Y, CE, MC. [24] per, OA, OB, OC, LA, MB, MC, MG, CM, Y; pro, V, CE, MA. [25] per, OA, OB, OC, LA, MB, MG, CM, Y, MC; pro, V, CE. [26] utrique, CE, Y; utriusque, OB. [27] et unde, OA, LA, OC, MC, MG, CM. [28] in, MG, CM; et, MB; et de, MA. [29-30] Om., LA, OB, MA, MB, Y, MC. [31] approbabo, OB, MA. [32] vulgaliter, MSS. var. [33] autem, MG, CM. [34] adeo, OA, LA, MG, CM, CE, MC (corr. ideo). [35] quod non, OB, MB. [36] igitur, MA, OC, MC, LA, MG, CM.

post mortem talis mulieris,[37] sive maritata fuerit sive non, reverti debeat ad donatorem, nec ad heredes descendet, nec cum primo viro vel secundo per legem Angliæ[38] remanebit, vel si ita[39] data[40] fuerit, scilicet ad se mari-
f. 22b] tandam, et tenenda sibi et heredibus suis generaliter, licet de corpore suo nullos habuerit, alii remotiores vocantur ad successionem. Si autem de corpore suo heredes habuerit tales aliis præferuntur, dum tamen terra remaneat primo vel secundo marito ad vitam per legem Angliæ. Si autem terra sic data fuerit in maritagium sibi et certis[41] heredibus cum coartatione, scilicet qui de carne sua procreati fuerint, si tales[42] defecerint,[43] statim revertetur terra[44] data[45] ad donatorem pro defectu heredis omnibus aliis heredibus exclusis. Si autem ita[46] data fuerit tam viro quam uxori et eorum heredibus communibus, tales intelleguntur esse heredes qui de corporibus utriusque ipsorum communiter fuerint procreati, omnibus aliis heredibus separatis a successione exclusis. Et ideo si uxor a primo viro filiam procreaverit, et de secundo filium, filia ex primo viro in successione præferri debet filio ex secundo viro procreato, quod quidem esse non deberet si terra data esset uxori tantum et heredibus de corpore suo procreatis, et istis omnibus deficientibus revertitur[47] terra ad donatorem, omnibus aliis exclusis ut prædictum est. Item dari poterit terra[48] in maritagium tam viro quam uxori, habenda et tenenda prædictis[49] viro et uxori et heredibus viri tantum, et quo casu vocantur tam alii heredes ipsius viri quos habuerit ex[50] alia uxore quam[51] remotiores. Si autem sic data fuerit viro et uxori et heredibus uxoris tantum, tunc vocantur ad successionem tam heredes uxoris de tali viro, sive masculi sive feminæ, quam de alio viro et remotiores, dum tamen masculi feminis præferantur. Si autem sic fiat donatio viro et uxori et eorum heredibus, de communibus heredibus dari[52] intellegitur, scilicet de corpore ipsorum procreatis simul et progenitis[53] et[54] coniunctis. Item esto quod talis fiat donatio ut si dicat, *Do tali viro tantam terram cum pertinentiis pro homagio et servitio suo, tenendam sibi et heredibus suis,* et incontinenti adiciat in carta illa[55] istam clausulam, *et in liberum maritagium cum filia mea,* videtur quod ista duo simul stare non possunt cum sint sibi ad invicem repugnantia: quia[56] inde sequitur quod in primo casu debeat terra sic data remanere viro et heredibus suis quibuscumque, et in secundo casu tam uxori quam viro et eorum heredibus communibus et coniunctis, et si tales heredes non habuerint, quod terra sic data reverti

[37] uxoris, OB, MA, MB, Y. [38] Anglicanam, V, OB, MB, Y; angl., MSS. var. [39] Om., MG, CM. [40] Om., OB, MB. [41] Om., MG, CM. [42-43] talis defecerit, MG, CM. [44-45] Om., OB, MB. [46] Om., MA; terra, CM; sic, V. [47] revertetur, V, MG, CM, OC; revertatur, MA. [48] Om., OB, MB. [49] Om., MG, CM. [50] de, OC, LA, MC. [51] quam tali uxore quam, OC, MG, CM. [52] dici, V; om., MG, CM (— de comm. her. dari). [53-54] Om., OB, MB. [55] Om., OB, MB, MG, CM. [56] quod, MG, CM.

debeat ad donatorem ex tacita condicione, et pacta incontinenti apposita insunt contractibus et legem dant eis et illos informant. Quæritur igitur cui parti standum erit. Quidam[57] dicunt quod homagium præferri debet cum sit primus et principalis contractus et maritagium sit quasi accessorium. Alii vero quod[58] maritagium debet præferri quia ut videtur terra data est propter affectionem mulieris et occasione maritagii, et videtur quod primum pactum debeat per posterius elidi. Sed melius est[59] ut videtur quod homagium præferri debeat quod multis rationibus docere poterit. Item si dicatur, *Do tali tantam terram per modum donationis ut filiam meam ducat in uxorem,* vel per condicionem *si filiam meam duxerit in uxorem,* si ille cui talis facta fuit donatio aliam duxerit vel ad alia vota
f. 23] convolaverit, competit donatori repetitio etsi[1] perfecta[2] fuerit donatio, quia causa data et causa non secuta.[3] Et unde si donator postquam talis aliam duxerit illum statim eiciat, eiectus per assisam novæ disseisinæ non recuperabit. Incontinenti enim videtur eici in ipso contractu, vel post contractum et post seisinam[4] infra triduum vel quartum diem vel aliquantulum ulterius, sed cum causa. Et de hac materia habetis de itinere Abbatis de Radinge[5] et Martini de Pateshilla[6] in comitatu Leycestriæ,[7] assisa novæ disseisine, si Robertus filius Mariæ.[8] Sed non erit ita si talem duxerit in uxorem ut[9] convenit, licet postmodum inter eos celebretur[10] divortium, cum sit modo et[11] condicioni satisfactum. Sed alio modo competit repetitio, et quod hoc apparet et secundum quod tales heredes habuerint vel non habuerint. Hæc de maritagio[12] ad præsens dicta[13] sufficiant[14] exempli causa.

Quod maritagium revertitur pro defectu heredum.

Quoniam aliquando revertitur maritagium ad donatorem pro defectu heredum sive homagium intervenerit sive non, videndum igitur[15] qualiter revertatur[16] tam de maritagiis quam de aliis terris datis pro homagio et servitio. Et sciendum quod quandoque[17] fit reversio ad donatorem pro defectu heredum per modum tacitum vel expressum, ut si terra data fuerit in maritagium vel bastardo. Item per condicionem tacitam vel expressam, tacitam, ut quamvis in huiusmodi donationibus nulla facta sit mentio de reversione, oportet tamen quod res data de necessitate revertatur ad donatorem, cum ius merum non habeat alium[18] ad quem descendat. Et res sic

[57] quidem, Y; quid., MSS. var. [58] dicunt quod, V, MB, CM. [59] Om., MG, CM.

[1] etiam si, Y, CM; sed si, MG. [2] facta, MG, CM. [3] est secuta, V, CM. [4] scientiam, OA, LA, MC (corr. seisinam). [5] Ryding, Radinges, Radingis, Radighes, Redinge, MSS. var. [6] Pateshulla, MSS. var. [7] Norhamtoniæ, MG, CM. [8] Mariæ, LA, OC, MG, CM, MC; Martini, V; Mar., OA, OB, MA, MB, Y, CE. [9] nec, OB, MB. [10] fiat, MG, CM. [11] Om., OB, MA, MG, CM. [12] maritagiis, OA, LA, MC; maritag., MSS. var. [13] Om., V, OB, MB. [14] sufficiunt, V, MA, CE. [15] Om., MG, CM. [16] revertitur, MG, CM, Y. [17] aliquando, MG, CM. [18] alius, MA, MB, CE, Y, CM, V; *sic*, OA, LA, OC, OB, MG, MC.

reversa cum donatore remanebit, quia homagium si prius intervenerit, evanescit, nec ille ad quem res sic revertitur heres erit donatarii, nec ut heres vel quasi, nec pro herede nec loco heredis, nec factum donatarii warantizabit aliquo casu nisi tantum dotis constitutionem. Et hoc non in omni casu nisi cum sit pura donatio et non condicionalis nec modalis, ita quod expresse revocetur. <Et de hac materia inveniri poterit de termino Sancti Michælis anno regis[19] Henrici tertio, incipiente quarto, comitatu Bedfordiæ, de Ricardo[20] de Hare.[21]> Item revertitur terra data non pro defectu heredum tantum vel assignatorum, sed pro defectu heredum assignatorum de quibus nulla fit mentio in donatione, quod res data ad ipsos[22] descendat. Item revertitur terra data ad donatorem pro defectu heredum qualitercumque tenentes feoffati fuerint, pure, sub condicione, vel alio modo, si omnino nullus heres appareat et cum donatore remanebit. Et si dubitetur an sit heres, eodem modo donec sciatur si heres sit et quis sit heres, et in hoc casu erit donator pro herede. Item revertitur[23] ad donatorem terra data[24] non pro defectu heredum,[25] sed quia ius et successio descendere non poterit ad heredes propter impedimentum perpetuum, sicut felonia antecessoris de qua convictus fuerit aliquo genere convictionis, et talis terra remanebit cum donatore ut eschæta sua. Et ille donator ad quem sic revertitur, habebitur loco heredis ad warantizandum omnia quæ felo[26] gessit[27] ante feloniam, dum[28] voluit et potuit, dum tamen perfecta fuerit[29] ante feloniam,[30] sicut donatio vel ad terminum dimissio, quæ omnia
f. 23b] firma erunt et rata et irritari non poterunt, licet de termino videatur quod sic, quia videtur quod firmarius warantum non habeat de termino suo, sicut dici poterit de custodia. Sed re vera tenet talis dimissio, quia dominus capitalis non intrat ut custos, sed ut dominus et loco heredis. Ea vero quæ ante feloniam incepta fuerint[31] et non perfecta, sed in faciendo, sicut in promissionibus et obligationibus et dotis constitutionibus, non valent post convictionem et condemnationem. Ea vero quæ post feloniam facta sunt vel imperfecta et in faciendo, numquam valebunt post condemnationem, nec tenebitur donator ad warantizandum licet sit loco heredis in quibusdam. Et sicut res sic data esse poterit eschæta[32] donatoris in dominico, eodem modo poterit ei esse in homagio et servitio, quasi medio[33] inter ipsum et tenentem tenentis sui sublato de medio et loco cuius oportet eum[34] succedere, velit nolit, quia homagium et servitium recusare non poterit: et sic erit loco heredis ei cui succedit, licet vulgariter[35] dicatur

[19] regni regis, OC, MG. [20-21] Luc. de Haye, MG, CM. [22] eos, MG, CM. [23-24] revertitur terra ad donatorem terra data, OA, LA, MC, CE. [25] heredis, OA, LA, MC, OC, CM. [26-27] fero gessi, OA, LA (fere), MC (fere corr. felo). [28-30] Om., OA, OB, MA, MB, CE, Y. [29] fuerint, LA, MG, MC. [31] fuerunt, V, OB, MB. [32] sicut eschæta, MG, CM. [33] medium, OB, MB. [34] eam, OA, LA, MG; ea, CM. [35] vulgaliter, MSS. var.

quod quilibet poterit feodum suum wayviare. Sed hoc intellegendum erit cum distinctione, quod si quis alium feoffaverit de centum libratis terræ per servitium unius denarii, terra sic data erit feodum donatoris quia inde feoffat, et similiter[36] erit feodum feoffati, quia inde[37] feoffatus est tenendi in feodo sibi et heredibus suis, et unde habito respectu ad feoffatum, feoffatus bene poterit wayviare feodum suum cum hoc sit ad commodum sui feoffatoris, et ad proprium incommodum suum. Feoffator autem hoc facere non potest quia si ita esset quod posset wayviare suum feodum pro minimo servitio, numquam warantiam faceret suo feoffato. Cum igitur feoffator medius hereditatem suam forisfecerit, succedit ei loco heredis suus feoffator superior velit nolit, et loco heredis defendet eum quem ille defendere teneretur[38] cuius loco succedit.[39] Quia sicut plures sunt heredes de herede f. 24] in heredem propinqui et remoti, ita plures possunt esse tenentes per plura feoffamenta successive de tenente in tenentem, et plures domini capitales superiores erunt domini ultimi feoffati. Sed tamen quidam propinquiores, quidam[1] remotiores, usque ad primum feoffatorem ascendendo, et ita erunt plures tenentes capitalis[2] domini primi feoffatoris[3] gradatim descendendo usque ad ultimum. Et sic erunt tenentes propinqui et[4] remoti. Item revertitur terra ad donatorem per restitutionem, ut si tenens reddiderit et[5] restituerit domino suum[6] tenementum vel si illud wayviaverit, quod bene facere poterit imperpetuum. Et sic solvitur et evanescit homagium, et tale tenementum remanere poterit cum donatore homagio non obstante. Item revertitur terra data ad donatorem non pro[7] defectu[8] heredis vel propter feloniam, sed[9] sicut ad heredem proximum feoffati, ut si pater communis ante mortem suam feoffaverit filium suum medium, vel frater antenatus fratrem postnatum,[10] et talis obierit sine herede de se, terra data revertitur ad feoffatorem fratrem antenatum, uno modo sicut eschæta pro defectu heredum fratris[11] sui postnati de corpore suo, alio modo sicut heres et frater suus antenatus. Sed quoniam homagium non evanescit nec extinguitur cum sint alii heredes cognati vel fratres, nec primogenitus propter homagium poterit esse heres et dominus, cum homagium expellat dominicum et retineat servitium, terra data remanere non poterit cum donatore si[12] sit heres proximus ei qui petat. Si autem nullus sit omnino vel nullus qui petat, terra cum tali feoffatore remanebit. Item si quis alium feoffaverit et ille idem secundum, et secundus tertium, et ita in infinitum, et ille

[36] sic, MG, CM. [37] ipse inde, V, OA, LA, OC, MG, MC. [38] tenetur, V, MG, MB; tenebatur, OB. [39] succedat, OB, MA.

[1] et quidam, V, MB. [2] capitales, OC, MG, CM; capital., OA, OB, MA, Y, MC. [3] feoffatores, V, MA. [4] Om., OB, MB, Y. [5] Om., OB, MA. [6] suo, MA, MB. [7-8] propter defectum, MG, CM, Y. [9] et, OA, LA. [10] suum postnatum, V, LA, OC, OA, MC. [11] fratres, OA, LA, MG, CM, MC. [12] sed, MG, CM.

ultimo feoffatus primum feoffatorem, tale feoffamentum stare non poterit non magis quam si quis alium feoffaret[13] de aliqua terra pro homagio et servitio suo[14] et ille idem feoffatus eundem feoffatorem suum, quia sic esset simul et semel de eodem tenemento dominus et tenens, quod esse non potest non magis quam dominus et heres. Omnem autem reversionem impedit confirmatio facta ab eo qui donum alicuius poterit infirmare, et eodem modo homagium et servitium receptum ab eodem et sine confirmatione. Item[15] si aliquis[16] feoffatus fuerit ab eo qui feoffare non potest tenendi de eo qui donationem revocare poterit, et ipse homagium tale[17] ceperit et servitium. Secus si donator homagium retinuerit et servitium attornaverit vero[18] domino pro se per manum donatarii. <Quia sicut tenementum posset accidere tenenti in dominico, ita poterit servitium, nec illud wayviare poterit magis quam[19] ipsum tenementum. Sed esto quod quis alium feoffaverit per certum servitium, scilicet decem, et ille feoffatus alium ulterius feoffaverit per minus servitium, scilicet quinque: quæritur an principalis feoffator habere[20] debeat[21] servitium debitum,[22] scilicet decem, et nihilominus quinque sicut eschætam, et sic utrumque vel tantum alterum, decem vel quinque. Item esto e contrario, quod principalis feoffaverit per minimum servitium et ille feoffatus alium per maius servitium, rigor iuris vult quod habeat utrumque quia unum est eschæta et aliud est debitum propter suum feoffamentum, et obligatur tenementum. Sed ita iniuste gravaretur tenens si teneretur ad utrumque, cum suus feoffatur ipsum tenetur defendere cuius loco succedit dominus capitalis superior. Æquitas tamen sibi vindicat locum in hac parte, quod dominus non sit in damno quin ad minus habeat suum plenum servitium computatum minori servitio, scilicet quinque in quantitate decem. Si autem e contrario, dominus per minus servitium, scilicet per[23] quinque, et suus tenens per maius servitium[24] feoffaverit, dominus ratione eschætæ habebit maius servitium ut eschætam computato minori, scilicet quinque, in maiori servitio tenentis, scilicet decem.>

Si servis fiat donatio.

VIDENDUM[25] etiam an servis fieri[26] poterit[27] donatio sicut liberis, ad quod imprimis videndum est utrum servi sub potestate dominorum suorum fuerint constituti vel extra potestatem, et statu libero[28] sive manumissi sive fugitivi. Item utrum[29] fuerit donatio facta a domino sub cuius potestate fuerint vel ab alio. Si autem a domino, tunc utrum cum carta et manumis-

[13] feoffaverit, MG, CM. [14] Om., OB, MB, MG. [15] idem est scilicet quod impeditur reversio, V, CM. [16] quis, MG, Y. [17] talis, LA; tal., MSS. var. [18] Om., MG, CM. [19] Om., OC. [20-21] habebit, MG, CM. [22] ei debitum, OC, V. [23] Om., MG, CM. [24] Om., OC, MG. [25] videndum est, V, OB, Y, MA, CM, MC. [26-27] fiat, OC, MG, CM; fieri possit, V, LA, MC. [28] liberi, OA, OC; stabiliti, LA. [29] si, OB, MB.

sione et libertate præcedente vel sine, et tunc utrum[30] sibi tantum, vel sibi et heredibus suis. Si autem a domino sub cuius potestate fuerit,[31] et præcesserit libertas cum manumissione, valet donatio, ac si facta esset cuilibet alii de populo, sive hoc fiat cum carta vel sine, dum tamen homagium intervenerit. Non tamen nocet si interveniat utrumque, quia quamvis dica- f. 24b] tur quod servus liberum tenementum habere non possit, tamen defenditur in possessione, ut si feoffator suus et dominus petat et habeat prima facie actionem, servus habet contra actionem domini sui competentem exceptionem: et si dominus eum eiecerit contra factum suum, et cum servus petat dominus excipiat de servitute, servus habet competentem replicationem de facto domini. Item si in carta contineatur etiam sine manumissione expressa, *habendum et tenendum libere, quiete et pacifice, sibi et heredibus suis,* licet homagium non intervenerit, innuitur per huiusmodi verba et vehementer præsumitur quod donator voluit eum[32] esse liberum cui donatum est. Si autem in carta hoc tantum[33] contineatur, *habendum et tenendum tali,* cum sit servus, *per liberum servitium,* huiusmodi verba non faciunt servum liberum nec dant ei liberum tenementum. Est enim longe aliud tenere libere, et aliud per liberum servitium, quia quamvis quis teneat per liberum servitium, non tamen propter hoc tenet libere, quia tenementum quod conceditur villano tenendum per liberum servitium non facit villanum liberum nisi teneat libere, non magis quam villenagium facit liberum hominem villanum si liber homo teneat per villanas consuetudines, quia tenementum nihil confert nec detrahit personæ, nisi præcedat, ut dictum est, homagium vel manumissio, vel quod tantundem valet de concessione domini, scilicet quod villanus libere teneat et quiete et[34] per liberum servitium, sibi et heredibus suis. Si autem hoc solum dicatur quod teneat per liberum servitium, si eiectus fuerit a quocumque non recuperat[35] per assisam[36] ut liberum tenementum, quia domino competit assisa et non villano. Sed[37] cum[38] dominus ipsum eiecerit, quæritur an contra dominum agere possit de conventione cum prima facie non habeat personam standi in iudicio, ad hoc quod dominus ei teneat conventionem. Videtur quod sic, propter factum domini sui, ut si agat de conventione et dominus excipiat de servitute, replicare poterit de facto domini sui, sicut supra dicitur de feoffamento. Nec debent[39] iura iuvare dominum contra voluntatem suam quia semel voluit conventionem, et quamvis damnum sentiat non tamen fit[40] ei iniuria. Et ex quo prudenter et scienter contraxit cum servo suo tacite renuntiavit exceptioni[41] villenagii, nec poterit eum tueri ignorantia

[30] si, MG, CM. [31] fuerint, MG, CM. [32] ipsum, OB, Y, MA; om., MB. [33] Om., OB, MA, MB. [34] Om., OB, MA, MB, Y, MG, CM. [35] recuperet, V, OB, MB, MA. [36] assisam novæ disseisinæ, V, CM; assisam novæ, MG. [37-38] si tamen, V, MG, CM. [39] deberent, LA, MC. [40] sit, OB, MA, MB. [41] exceptionem, V, MG.

si forte prætendat quod nescivit ipsum esse villanum tempore contractus, quia scivit aut scire debuit cuius fuit condicionis ille cum quo contraxit, utrum videlicet servus vel liber, servus proprius vel alienus, et utrum sub potestate sua vel extra constitutus. Item esto quod servo facta sit[42] donatio[43] a domino, ut prædictum est, pro homagio et servitio et cum manumissione vel sine, vel per id quod tantundem valet ut prædictum est, et ille idem dominus alii dederit homagia[44] et servitia[45] eorum: quæro an talis illos[46] eicere et disseisire possit cum non sit ibi[47] factum suum nec feoffamentum. Et verum est quod non potest, non magis quam ille qui donationem fecit, quia cum loco eius succedat, non potest plus iuris clamare quam ille posset cui succedit, et ipse extraneus est quantum ad tales feoffatos, et ideo de iure non competit ei exceptio villenagii, et si sit qui dicat quod competat, obstabit ei replicatio de facto sui feoffatoris.

Si fiat donatio servo sub potestate domini sui constituto.

f. 25] Si servo alicuius sub potestate domini constituto facta fuerit donatio, bene valet et tenet quamdiu dominus sub cuius potestate fuerit hoc ei permiserit.[1] Et unde si fuerit disseisitus per feoffatorem suum vel per alium ad quem non pertinet, competit ei restitutio per assisam contra feoffatorem suum propter factum suum et contra alios ad quos non pertinet, et quibus de iure non competit exceptio villenagii. <Et quid si dominus servi in cuius fuerit potestate servum suum eiciat, qui se dicat[2] liberum et proclamat libertatem[3] cum servus sit? Hic fiet[4] discussio per parentelam servi productam tam[5] ex parte domini quam ipsius servi. Si autem servus fuerit extra potestatem domini aliud erit, quia tunc non[6] respondebit servus ad exceptionem status nisi velit sponte antequam fuerit restitutus per assisam novæ disseisinæ, et ita quod primo habeat statum suum, et postea agat dominus de statu servi, et non prius.> Poterit enim quis esse servus unius et liber homo alterius, respective tamen, quamvis dicatur quod quilibet aut liber[7] aut servus, nec pro parte liber, nec pro parte servus. Et[8] non solum competit servo sic feoffato assisa novæ disseisinæ contra prædictos, sed heredibus suis cum post mortem[9] semel extiterint in possessione, et quousque seisinam habuerint competit[10] eis assisa mortis antecessoris versus omnes præterquam[11] contra verum dominum sub cuius fuerint potestate,

[42] ita sit, MG, CM (— facta). [43] condonatio, OB, MB, MA (corr. donatio). [44-45] homagium et servitium, OB, CM; homagium et servitia, MA; homagium et servit., MB. [46] eos, MG, CM. [47] sibi, MG, CM.

[1] promiserit, MA, MB; promisit, MG; permisit, CM. [2] dicat esse, V. [3] in libertatem, V, MG, CM. [4] fiat, V, LA, MC. [5] Om., MG, CM, (+ OC), (+ LA). [6] Om., MG, CM, Y. [7] liber est, V, MA (+ est); liber homo, LA, MC. [8] Om., OB, MA, MB, CE, Y. [9] mortem eius, V; mortem suam, MG, CM. [10] competentem competit, V; competentem eis, MA, MB, OB (— eis). [11] præter, MG, CM, Y.

quia contra ipsum non tenet assisa novæ disseisinæ nec mortis antecessoris, quia si[12] servus sub potestate constitutus primæ facie habeat querelam vel actionem, dominus contra ipsum habet competentem exceptionem servitutis et servus nullam replicationem. Sed quare non habet dominus assisam novæ disseisinæ statim cum servus sub potestate sua constitutus tenementum adquisierit ex quacumque causa, cum dicatur quod quidquid per servum adquiritur id domino adquiritur? Et unde videtur quod statim ex quo servus est in possessione, quod dominus per eum possidet, et ideo si servus eiciatur quod dominus per ipsum sit eiectus. Item quod per servum adquiritur, id domino adquiritur, etiam nescienti et ignoranti et[13] adhuc dormienti. Ad quod imprimis videndum erit utrum servus perquisitum fecerit nomine suo proprio vel nomine domini sui.[14] Si autem nomine domini sui et[15] ad opus domini[16] stipulatus fuerit et contraxerit,[17] id statim adquiritur domino per servum sicut per procuratorem suum, et quandocumque servus[18] eiectus fuerit, statim competit assisa domino et non servo. Si autem vice versa stipulatus sit servus sibi ipsi[19] et non domino, id non statim adquiritur domino quamvis illud[20] sit sub voluntate et potestate sua, antequam dominus apprehensus fuerit possessionem, quod quidem impune facere poterit[21] si voluerit propter exceptionem quæ ei competit, et contra quam in hoc casu nulla competit replicatio, dum tamen ipse dominus faciat feoffatori servi sui in homagiis et servitiis et aliis quod servus facere teneretur. Et cum dominus ita seisinam habuerit de manu sua poterit restitutionem facere servo vel alii, tenendi libere vel in villenagio, et extunc competit domino assisa novæ disseisinæ vel non competit, secundum quod sic vel sic. Cum autem villanus sub potestate constitutus sic seisitus moriatur antequam dominus manus apposuerit, poterit esse contentio inter[22] dominum servi et feoffatorem, cuius illorum debeat esse eschæta tenementum sic per servum adquisitum. Et videtur quod non poterit esse eschæta domini f. 25b] quia servus de eo non tenuit, sed de suo feoffatore. Item nec eschæta feoffatoris, cum servus feoffatus liber sit et heredes habeat quantum ad suum feoffatorem propter suum factum[23] et[24] feoffamentum. Et unde si primo feoffator se posuerit in seisinam, dominus servi nullam habebit versus eum actionem: heredes tamen feoffati habebunt assisam mortis antecessoris, et cum per assisam recuperaverint, tunc erit illud tenementum in voluntate domini sicut prius fuit[25] tempore antecessoris. Et sciendum quod in hoc casu contra omnes competit assisa mortis antecessoris in per-

[12] si, LA, OA, OC, MG; licet, V, CE; om., OB, MA, MB, Y, CM. [13] Om., OB, MA, MB. [14] Om., OB, MA, MB, Y, CE. [15] Om., OB, MB. [15-16] Om., MA. [17] contraxit, V, MG, CM; contraxerat, Y. [18] dominus, MG, CM. [19] Om., MG, CM. [20] id, MG, CM, Y. [21] possit, MG, CM. [22] et inter, OA, LA, MC. [23-24] Om., OB, MA, MB. [25] fuerit, V, MG.

sona heredum, contra quos competeret[26] assisa novæ disseisinæ in persona antecessoris. Si autem in vita antecessoris se poneret[27] dominus servi in seisinam, et feoffator miserit se in possessionem post[28] mortem, dominus habebit assisam novæ disseisinæ, salvo tamen feoffatori servitio suo debito. Sed quid si heres fuerit infra ætatem? Quis habebit custodiam et maritagium, cum sit possit dominus carere servo suo? Ex præmissis bene poterit veritas perpendi.[29] Item esto quod plures sint domini[30] et servus sit communis. Si contrahat et stipuletur, quæro cui istorum, utrum uni vel ambobus. Si[31] uni tantum, ipse totum habeat, si ambobus, tunc commune, secundum quod servus fuerit stipulatus. Et[32] quid si sibi ipsi stipuletur? Tunc refert quis eorum prius se posuerit in seisinam, et utrum unus vel ambo vel omnes, et secundum hoc etcetera. Sed semper ratio habenda est de parte dominorum. Item[33] esto quod servus donationem fecerit de eo quod ei datum est, tunc distinguendum ut supra, utrum servus tenuerit ut liberum tenementum vel ut villenagium, quia si ut villenagium domino competit repetitio, si ut liberum tenementum, tunc nec ei nec domino suo, quia tenet quod actum est, et dominus sibi imputet quod tantum expectavit. De servitio autem restat quærendum, et sic constat quod qui sub potestate alterius fuerit dare poterit. Sed qualiter hoc, cum ipse qui ab aliis possidetur nihil possidere possit? Ergo videtur quod nihil dare possit, quia non potest quis[34] dare quod non habet, et nisi fuerit in possessione rei dandæ. Respondeo, dare potest qui seisinam habuerit qualemcumque, et servus dare potest, et quandoque irritari poterit donatio et quandoque non, secundum rationem præmissam.

Si fiat donatio ei qui fuerit extra potestatem domini.

Dictum est supra quid iuris si donatio facta fuerit ei qui est sub potestate. Nunc autem dicendum[35] si fiat illis donatio qui fuerint extra potestatem, sicut servis fugitivis vel servis extra villenagium natis, et cui adquiratur[36] res data et possessio. Et sciendum quod servo. Et si dominus eum eiecerit sine iudicio, dicunt quidam quod non competit servo restitutio per assisam, quia si competit ei actio obstabit ei agenti exceptio servitutis. Sed re vera si contra ipsum excipiatur, replicare poterit de manumissione vel quod excipienti non competit exceptio servitutis. Item excipere poterit[37] de privilegio. Item quod est in statu libero, et si[38] de statu suo ageretur, haberet responsiones et exceptiones competentes, quibus se tueri posset in statu

[26] competit, MA; competerit, V. [27] ponet, MG, CM. [28] et feoffator post, OB, MB, MC, LA, CE, (* MA), (* OA). [29] declarari, OB; sciri (veritas), MA. [30] Om., OB, MB, (+ MA). [31] vel uni si, OB, MA, MB. [32] sed, MG, CM. [33] item quæro, OA, LA, MG, CM. [34] aliquis, MG, CM. [35] dicendum quid iuris, V; dicendum est quod, MG. [36] adquiritur, V, MG, Y, CM. [37] potest, OB, MA, MB. [38] Om., OB, MB, (+ MA).

suo.[39] Oportet igitur ante omnia de statu cognoscere et corpus disrationare, ut[40] tunc habeat dominus quidquid sequitur corpus, videlicet sequelam, sicut pueros et catalla et tenementa, quod quidem prius fieri non potest. Quod si fieri posset,[41] quare deducerentur catalla in iudicium per breve de nativis, si de statu agatur, cum dicat breve quod vicecomes faciat habere tali talem nativum et fugitivum suum cum sequela sua et catallis suis? Et si antequam corpus disrationaret sine iudicio sibi usurparet terras et catalla, ei petenti servum suum[42] per breve in causa status obstare posset f. 26] exceptio spoliationis, ita quod petens numquam audiretur ante plenam restitutionem catallorum et tenementorum. Et quod tenementum contineri possit sub generalitate catallorum quantum ad dominum videtur, quia[1] ex catallis servorum quæ dominorum esse deberent[2] empta sunt tenementa. Cum igitur dominis non competat exceptio villenagii contra eos qui sunt extra potestatem si[3] replicetur, multo fortius nec eis competit qui nihil iuris habent in servis neque in[4] catallis. Et sicut non poterit quis servum suum[5] fugitivum dum fuerit statu[6] libero[7] disseisire, quin[8] recuperet per assisam, antequam corpus habeat sub sua potestate cum petatur in servitutem, ita nec possunt liberi sub potestate dominorum constituti ut servi, qui dici poterunt statu servi, assisam portare si fuerint disseisiti, nec recuperare[9] antequam se docuerint esse liberos si proclament[10] in libertatem. Infra plus de[11] hac materia[12] de assisa novæ disseisinæ. Item tenementum non mutat statum liberi non magis quam servi. Poterit enim liber homo tenere puram villenagium faciendo quidquid ad villenagium pertinebit, et nihilominus liber erit cum hoc faciat ratione villenagii et non ratione personæ suæ: et ideo poterit quando voluerit villenagium deserere et liber recedere,[13] nisi illaqueatus sit[14] per uxorem nativam ad quam ingressus fuit in villenagium et quæ præstare poterit impedimentum. Est enim purum villenagium a quo præstatur servitium incertum et indeterminatum, ubi sciri non poterit vespere quale servitium fieri debeat mane, videlicet[15] ubi[16] quis facere tenetur quidquid ei præceptum fuerit.[17] Item non mutat statum liberi villanum socagium non magis quam liberum. Sed quamvis de villano socagio faciat[18] certum servitium, propter hoc non habebit libe-

[39] suo libero, V; suo, OA, LA, CE, MG, MC; libero, OB, MA, MB, Y, OC, CM. [40] et, V, CM; om., MG. [41] possit, OB, V. [42] primum, MB; pueri, OA, CE, (* MA); om., OB, Y.

[1] quod, MG, CM. [2] debent, V, OB, MA, MB, Y, MG, CM. [3] ita quod non, MA, Y; non, OA, OC, MC. [4] Om., OA, LA, OC, MC, MG, CM. [5] Om., OB, MA, MB, MG, CM. [6] in statu, V, CM; de statu, MB. [6-7] statu libero, V, MB, Y, CM, MG; statu liberi, OC; statu liber, CE; statu lib., OA, LA, OB, MA, MC. [8] quæ, OA, CE; quæ quin, MC; quia, V. [9] habent recuperare, V, MG, CM. [10] proclamant, OB, MA, MB, Y. [11-12] Om., MA. [12] Om., OB, MB. [13] deserere, OB; discedere, V, MA, MB. [14] fuerit, OB, MA, MB. [15] Om., OB, MA, MB. [16] nisi, OB, MB. [17] est, OB, MA, MB; fuit, V. [18] fiat, V, OB, MA, MB.

rum tenementum, quia hoc facit ratione tenementi licet[19] non ratione personæ. Utrumque tamen tenere poterit per certa servitia et expressa, ex conventione tamen, ad vitam vel in feodo, et quo casu conventio et consensus dominorum facit ei liberum tenementum quamvis opera fiant[20] servilia, tallagia et alia, cum sint certa et determinata. Merchetum vero pro filia dare non competit libero homini inter alia propter liberi sanguinis privilegium. Et unde in dominicis domini regis distinguendum erit[21] inter liberos et villanos sokemannos qui in dominico regis[22] nati sunt, et ab antiquo tenuerunt in villenagio, et puros villanos et illos[23] qui adventicii sunt[24] et tenuerunt[25] per certa servitia et expressa ex conventione, quamvis ad similitudinem villanorum sokemannorum, et quorum non est similis condicio, quia in persona unius erit liberum tenementum et in persona alterius villenagium.

Si servus donationem facere possit.

ITEM videndum[26] an servus dare possit. Et sciendum quod de iure dare
f. 26b] non potest tenementum quod in villenagium tenuerit vel in villano socagio, quod si de facto fecerit, incontinenti revocari poterit res data sine brevi, et non sine brevi ex post facto. Si autem villanus sub potestate constitutus vel extra, tenementum adquisitum antequam dominus manum apposuerit ad alium transtulerit, bene tenet donatio, nec revocari poterit, cum dominus per negligentiam suam actionem amiserit. Si autem villanus sokemannus villanum socagium ad alium transferre voluerit, prius illud[27] restituat domino, vel servienti si dominus præsens non fuerit, et de manibus ipsorum[28] fiat translatio ad alium tenendi[29] libere vel in socagio, secundum quod domino placuerit, quia ille villanus sokemannus non habet potestatem transferendi cum liberum tenementum non habeat, sed dominus. Et[30] per quod videri poterit manifeste quod si talis sokemannus eiectus fuerit, quod ei[31] non competit assisa, sed domino.

Si fiat donatio alicui ad terminum vitæ donatoris vel donatarii.

FIERI etiam poterit donatio ad terminum vel ad tempus: ad terminum, vitæ vel annorum: vitæ,[32] tam donatoris quam donatarii, vel alterius ipsorum tantum. Item ad tempus, id est quousque vel donec provisum fuerit donatario, et tunc refert utrum mentio fiat tantum de donatore[33] sine heredibus vel de donatore et heredibus suis. Et sive sic vel sic, refert utrum provideri debeat tantum donatario vel donatario et

[19] et, OB, MA, MB, Y, CM. [20] sint, MB; faciant, V; fac., OB. [21] est, OB, MA, MB. [22] domini regis, V, OB, MB, MG. [23] illi, MG, CM. [24] Om., OB, MA, MB. [25] tenuerint, V, OA, OC, CE. [26] videndum est, V, LA, MB, MC. [27] id, MG, CM. [28] eorum, OB, MA, MB. [29] tenenti, OA, LA, OC, MC (corr. tenendi); ten., MG, CM; tenendi, OB, MA, MB, CE, Y; tenendum, V. [30] Om., MG, CM. [31] Om., MG, CM. [32] Om., OB, MA, MB, Y, CE. [33] donatario, OB, MA, MB.

heredibus suis. Quo casu si[34] heredes non comprehendantur, nec provisum sit a[35] donatore in vita donatoris vel donatarii, remanebit res data in feodo cum ipso donatario. Si autem provisum sit in vita ipsorum,[36] revertitur terra data ad ipsum[37] donatorem per modum donationis. Si autem comprehendantur tantum heredes donatoris et non donatarii, et donator nec heres eius providerint donatario dum vixit, remanebit res data donatario et heredibus suis in feodo, quamvis heredes donatoris vel donator post mortem donatarii parati sint[38] heredibus ipsius providere. Si autem vice versa tantum contineantur heredes donatarii et non donatoris, si donator providerit donatario vel eius heredibus, revertitur terra sic data ad donatorem, et si donator in vita sua non providerit, non sufficit si post mortem suam[39] velint heredes providere, cum modus donationis se habeat in contrarium. Si autem in donatione ab initio nulla facta sit mentio de heredibus, si in vita ipsorum[40] donatoris et donatarii non sit provisum, terra sic data non revertitur ad donatorem nec ad[41] heredes suos, sed cum heredibus donatarii in feodo remanebit. Si autem donatio fiat alicui ad vitam donatarii et non donatoris, tunc erit terra data liberum tenementum ipsius donatarii. Si autem e contrario, tunc erit liberum tenementum donatoris et non donatarii, quia in vita donatarii revocari poterit[42] si præmoriatur donator. <Hoc[43] est quia si donator in vita donatarii moriatur, statim revertitur res donata[44] ad heredes donatoris, et sic non erit liberum tenementum donatarii[45] quia in vita sua revocatur.> Si autem fiat donatio sic,[46] ad vitam donatoris donatario et heredibus suis, si donatarius
f. 27] præmoriatur, heredes ei succedunt tenendi ad vitam donatoris. <Et per assisam mortis antecessoris recuperabunt[1] quia obiit seisitus[2] ut de feodo. Et si donator præmoriatur, tunc ut prius erit liberum tenementum donatoris et non donatarii prædicta ratione. Sed propter heredes inde ordinare non poterit ut de termino, sicut in primo casu, quia statim post mortem donatoris revocabitur res donata.[3]> Si autem nulla facta sit mentio de heredibus donatarii, tamen non statim revertitur res data ad donatorem nisi donatarius intestatus decesserit,[4] vel si cum testamentum fecerit nullam de tali tenemento quasi ad terminum annorum sibi relicto fecerit[5] mentionem,[6] quod quidem si[7] inde in[8] testamento ordinaverit sicut de catallis,

[34] Om., MG, CM. [35] in, MG, CM (— sit). [36] eorum, MG, CM. [37] Om., MG, CM. [38] sunt, V, CE, CM. [39] Om., OB, MA, MB, Y, CE. [40] Om., OB, MG. [41] Om., V, LA, MG, MC. [42] potest, V, OA, LA, MC; om., CE; non poterit, MG, CM. [43] ratio, MG, CM. [44] data, MG; quæ datur, CM. [45] donatum, MG, CM; donatarii, V, LA, MC; donatum donatarii, OC. [46] Om., MG, CM.

[1] recuperabit, MG; recuperet, OC. [2] Om., LA, OC, MC. [3] data, MG, CM. [4] decessit, OB, MA, OC; discessit, MB. [5-6] mentionem faciens, MG, CM. [7] si moriens, V. [7-8] si moriens in, MG, CM.

bene valebit testamentum. Si autem donator sic donationem fecerit, pro se et heredibus suis tali, nulla facta mentione de heredibus donatarii, vel quod ad vitam suam, res sic data erit liberum tenementum quoad[9] vixerit[10] donatarius,[11] quia taliter[12] dare perinde est ac si daret ad vitam. Si autem fiat donatio ad terminum annorum quamvis longissimum qui excedat vitas hominum, tamen ex hoc non habebit donatarius liberum tenementum, cum terminus annorum certus sit et determinatus et terminus vitæ incertus, et quia licet[13] nihil certius sit morte, nihil tamen incertius est hora mortis. Poterit enim[14] quis terram alicui concedere ad terminum annorum, et illam eandem infra terminum illum alteri dare vel eidem in feodo, et sic mutare unam possessionem in aliam si firmarium feoffaverit. Si autem alium, utraque possessio durabit, quia sese compatiuntur terminus et feoffamentum de eadem terra, quia ibi sunt diversa iura. Ad feoffatum[15] vero pertinet proprietas feodi et liberum tenementum, firmarius vero nihil sibi vindicare poterit nisi usumfructum, scilicet quod libere uti posset[16] et sine impedimento feoffati percipere fructum.[17] Item dare poterit quis alicui terram ad voluntatem suam et quamdiu ei placuerit, de termino in terminum et[18] de anno in annum: et quo casu ille qui accipit nullum habet liberum tenementum, cum dominus proprietatis rem sic concessam repetere possit[19] sicut precarium. Item esto quod A. primo[20] dimiserit ad terminum annorum, et postea durante termino feoffaverit inde B. et in possessionem induxerit, salvo firmario termino suo: et cum nihil sibi retinuerit idem A. nisi tantum nudum dominium, de facto feoffat ipsum firmarium, si idem B. post terminum completum se ponat in seisinam ratione primi feoffamenti, et firmarium eiecerit, non competit firmario restitutio per assisam, quia ipse[21] A. non potuit ei facere liberum tenementum cum non haberet nisi nudum dominium. Sed hoc recognito per assisam tenebitur ipse A. secundo feoffato ad excambium in ipso iudicio sine alio brevi propter fraudem, cum ipse primo feoffatus cum[22] semel se posuerit in seisinam per[23] secundo[24] feoffatum[25] fuerit eiectus,[26] et[27] per assisam recuperaverit.[28] Et quod non valet[29] donatio ab eo facta qui[30] nihil habuit in dominico nisi nudum dominium, scilicet homagium et servitium, habetis[31] de termino

[9-10] quo advixerit, MSS. var. [11] donatarii, OA, LA, OC, MG, CM. [12] tali, MG, CM. [13] Om., MG, CM. [14] etiam, V, LA, OC, MG, CM, MC. [15] feoffamentum, OB, MA, MB, MG (a. f. non), CM, OC. [16] possit, V, LA, MG, Y, OC. [17] usumfructum, V, OB, MA, MB, Y; fructus, MG, CM, OC. [18] Om., OB, MA, MB, LA, MC. [19] poterit, LA, Y, OB, MC. [20] principio, MG, CM. [21] idem, OB, MA, MB, Y. [22] Om., V, LA, MB; tantum, OC. [23] pro, CE, MG, CM; per quod, OC. [24] secundum, V, OB, MB, MC. [24-25] secundum feoffamentum, MA. [26] reiectus, OA, CE, LA, MG, CM, MC. [27] Om., V, OB. [28] recuperabit, V, OB, MB; recuperavit, CE. [29] valeat, V, LA, OC, MG, CM, MC. [30] quia, V, MA, MB, CM. [31] ut habetis, V, OB, MB, CE, Y; et ut, MA.

Sancti Hillarii anno regis[32] Henrici [octavo decimo?][33] comitatu Norfolciæ, de Cecilia de Stradesete et Priore Hospitalis Ierusalem. Nec si talis donator vel heres eius ratione talis donationis vocaretur ad warantum, f. 27b] warantizare teneretur. Et ad[34] idem facit de termino Sancti Michælis anno regis[35] Henrici tertio decimo incipiente quarto decimo in principio.

Fit donatio in liberam elemosinam.

Poterit etiam fieri donatio in liberam elemosinam, sicut ecclesiis cathedralibus, conventualibus, parochialibus, viris religiosis, et quandoque in liberam elemosinam et perpetuam: et quo casu non excusatur ille qui accipit a[36] præstatione[37] servitii. Si autem fiat donatio in liberam, puram[38] et perpetuam elemosinam, excusatur. Et de hac materia infra plenius de assisa. Et istam donationem sequuntur[39] casus speciales. Quia esto quod quis dederit terram alicui domui religiosæ, quæ fuit eschæta sua et de feodo suo, sed quam numquam prius habuit in dominico, tenedam in puram et perpetuam elemosinam, et quietam ab omni seculari servitio et exactione, et ita libere sicut aliqua elemosina alicui domui religiosæ liberius et melius dari possit. Si[40] ille qui eam forisfecit inde alicui alteri fecit consuetudines[41] et servitia, et de quibus illi religiosi numquam quietantiam[42] habuerint,[43] si[44] cum[45] implacitati fuerint de servitio illo feoffatorem suum vocaverint ad warantum, warantizare non debet, licet verum sit quod quis possit liberius terram dare quam ipse tenuit, quia non dedit[46] nisi quod suum fuit, scilicet terram quæ fuit eschæta sua, remittens eis servitium sibi debitum. Alienum autem servitium per talem donationem tollere non potuit nec minuere, nisi hoc specialiter in se susciperet de alterius domini voluntate cum warantia et defensione, quod autem suum fuit remisit pro se et heredibus suis, et quantum ad se et ipsos liberam et puram fecit elemosinam, quantum ad alios vero nequaquam. Item esto quod quis sic dicat, *Do tali tantam terram ita libere sicut illam tenui die quo illi feci donationem,* vel *sicut*[47] *umquam*[48] *liberius tenui,* vel *sicut ego vel aliquis antecessorum meorum illam umquam*[49] *liberius tenuimus,* quo casu videndum erit si terra illa libera sit erga alios, vel onerata, et de quibus servitiis, et quibus et a quo tempore, ut sic teneatur donator ille qui dedit, vel non teneatur. Item quod quis liberius dare possit terram in liberam, puram et perpetuam elemosi-

[32-33] regni regis H., V, MG, CM, OC; regis H. xi, Y; regis H., MSS. gen. [34] Om., OB, MA, MB. [35] regni regis, V, MG, CM, MA, OC. [36-37] præstationem, OA, OB, CE, MA, MB, MG; a præstatione, V, Y, LA, CM, OC, MC. [38] Om., OB, MA, MB. [39] sequentur, V, MA. [40] sed, OB, MA, MB, MG, CM. [41] consuetudinem, MG, CM. [42] adquietantiam, V, OB, MA, MB. [43] habuerunt, MSS. var. [44] sed, OB, OC, MA, CM (tamen). [45] tamen, MB, MG, CM. [46] debet, V; dederit, MG, CM. [47] sic, OB, MG. [48] numquam, OB, MA. [49] numquam, OB, MA.

nam quam ipse tenuerit de feoffatoribus et capitalibus dominis suis. Et quod heredes tenentur warantizare, si cartam cognoverint vel probata fuerit, habetis de itinere Martini de Pateshilla,[50] de loquelis diversorum comitatuum, quæ fuerunt[51] super iudicium in itinere suo anno regis[52] Henrici tertio, de magistro militiæ templi in Anglia. Item si quis dederit alicui domui religiosæ terram cum corpore suo in extrema voluntate, et[53] inde moriatus seisitus, non valebit donatio nisi interveniat heredis confirmatio, quæ omnem supplet defectum. Unde[54] si heres post confirmationem petat per assisam, obstabit ei exceptio confirmationis, licet prima facie videatur quod confirmatio nulla, ubi[55] donum præcedens invalidum iudicetur. Si autem per tres dies vel[56] quatuor ante mortem suam, vel antequam religioni se transtulerit, dederit, et seisinam domui religiosæ fecerit, non succuritur heredi per assisam mortis antecessoris ad seisinam recuperandam, f. 28] quia seisitus non obiit, et statim efficitur liberum tenementum, cum simul concurrant ius et seisina, ut de ultimo itinere Martini de Pateshilla[1] in comitatu Eboraci.

Item pluribus fieri poterit donatio simul et in eodem tempore sicut diversis temporibus et successive.

Pluribus et legitimis fieri poterit donatio successive ut supra dictum est, vel simul omnibus ab initio, et quorum omnes possunt esse plenæ ætatis vel infra ætatem, vel quidam illorum.[2] Ut si omnes infra ætatem, oportet quod donator omnibus det tutorem, quia ipse donator tutor esse non poterit ne seisinam suam continuare videatur,[3] nec poterit minor donationi consentire nisi hoc faciat tutore auctore. Si autem omnes plenæ ætatis extiterint, non erit necessaria tutoris auctoritas, quia quilibet eorum sufficit sibi ipsi. Si autem quidam infra ætatem et quidam non, si donator voluerit possunt maiores esse tutores minorum,[4] dum tamen nulla suspicio habeatur quod machinari velint in mortem minorum.[5] Tollitur autem suspicio, ut si fiat donatio patri vel matri et eorum pueris legitimis. Aliud tamen esset si fratri, avunculo vel nepoti propter ius accrescendi. Sed cum aliquis ipsorum sine herede decesserit, cum sint ita feoffati simul et non separatim, quæritur si pars decedentis[6] accrescere debeat superstitibus vel ad donatorem reverti pro defectu heredum. Et verum est quod non[7] ad donatorem, nec ad superstites per ius accrescendi, sed ex iure successionis, quia poterit quilibet esse heres alterius cum sint legitimi, quod esse non posset[8] de bas-

[50] Pateshulla, Pateshella, MSS. var. [51] fuerint, MG, CM. [52] regni regis, OC, MG. [53] Om., MG, CM. [54] et unde, V, LA, OC, MG, CM, MC. [55] nisi, LA, MC, CM; est ubi, MB. [56] vel per, MG, CM.

[1] Pateshulla, Pateshille, MSS. var. [2] eorum, V, CM. [3] videretur, OB, MA, MB, Y. [4] minoris, OB, MA, MB. [5] minoris, OB, MA, MB. [6] descendentis, MG, CM, OA (corr. desced-); desced-, OB; disced-, MB. [7] nec, MG, Y. [8] potest, V, MG, CM.

tardis, sicut inferius dicetur. Nec ratione alicuius partis decedentis[9] competit domino capitali seisina, quia si se poneret in seisinam, sic superstitibus faceret disseisinam cum nullam partem sciat, vel possit distinguere ab alia.[10] Sed quid si unus moriatur relicto herede infra ætatem existente? Quæritur in cuius custodia remanebit, et quam partem habere debeat custos in custodia, cum nulla sit pars certa vel[11] determinata. Oportet igitur de[12] necessitate[13] quod fiat partitio rei datæ, ut dominus capitalis certam partem habeat in custodia. <Et imaginaria poterit esse donatio facta minori sicut maiori, et colorata inter donatorem et curatorem, quod quidem perpendi poterit multotiens per subsequentia et per usum et per causas exteriores, ut si donator tenetur creditores defraudare donatarios vel emptores.>

Si pluribus bastardis simul de concubina.

ITEM fieri poterit donatio pluribus bastardis sicut legitimis, ut si fiat[14] donatio pueris alicuius bastardi duobus vel pluribus, et[15] quo casu dari possunt[16] curatores ut supra, si fuerint infra ætatem. Et si unus illorum obierit sine herede de se, quæritur utrum reverti debeat[17] pars decedentis[18] ad ipsum donatorem pro defectu heredis, cum deficiant heredes de corpore decedentis,[19] nec poterit aliquis eorum alteri succedere de iure successionis, cum quilibet eorum alteri sit extraneus quoad successionem. Videtur quod ad donatorem reverti debeat facta partitione, nisi sit qui dicat quod pars decedentis[20] accrescere debeat superstitibus per ius accrescendi, cum non possit de iure successionis. Si autem facta fuerit donatio pluribus simul tam legitimis quam bastardis et eorum heredibus, et legitimus moriatur nulla facta partitione, relictis heredibus fiat partitio ut supra, quia bastardi habere poterunt[21] heredes de corpore suo. Si autem nullos reliquerit,[22] tunc f. 28b] videtur quod locum habere debeat ius accrescendi, et eodem modo fiat de bastardo sicut superius[23] dictum est. Et sic videtur quod quamdiu unus eorum vel aliquis heredum superstes fuerit, quod nihil ad donatorem reverti debeat, nisi tunc demum cum omnes defecerint. Item fieri poterit donatio pluribus pueris tam nominatis quam non nominatis, et tam natis quam nascituris, et tam absentibus quam præsentibus, et ita quod si minores sint et eis tutor detur, ubicumque fuerint præsentes vel absentes, nati vel nascituri, adquiritur eis per tutorem qui nomine eorum fuerit in possessione, quia ipse[24] possidet[25] cuius nomine possidetur, et eis adquiritur absentibus per curatorem tamquam per procuratorem, sicut domino ab-

[9] descendentis, MB, CM; desendentis, MG. [10] alio, MA, MG. [11] et, MG, CM, OC. [12-13] Om., MG, CM. [14] facta sit, MG, CM, OC. [15] in, OB, MA, MB. [16] possint, MB, MG. [17] poterit, LA, MC. [18] descendentis, MG, CM. [19] descendentis, MG, CM. [20] descendentis, OB, MG, CM. [21] poterint, V; possunt, MB. [22] Om., OB, MA, MB; reliquirit, OA; relinquerit, CM. [23] supra, MG, CM. [24-25] ipsi possident, OA, LA, OC, MG, MC.

senti et ignoranti et etiam dormienti per servum et[26] procuratorem si nomine domini stipulentur,[27] et etiam sicut adquiritur vero heredi absenti per custodem cum nomine veri heredis fuerit in possessione. Item fieri poterit donatio legitimæ concubinæ suæ et pueris suis[28] præsentibus et absentibus, natis et nascituris, et si omnes infra ætatem extiterint, poterit mater esse in seisina nomine proprio[29] et nomine puerorum suorum[30] sicut tutrix et curatrix, et sic poterit ipsa habere liberum tenementum nomine proprio, et curationem nomine liberorum in eodem tenemento, et sic adquirere poterit sibi ipsi liberum tenementum cum fuerit in possessione ex causa donationis nomine proprio, et pueris suis omnibus tam minoribus quam maioribus, ut prædictum est, ex sua procuratione. Et unde si cum in possessione fuerint eiciantur quidam vel omnes, competit eis assisa novæ disseisinæ ad seisinam suam recuperandam, et cum absentes venerint et non admittantur eodem modo competit eis assisa, quamvis per se ipsos personaliter prius in seisina non extiterint, quia sufficit si alius nomine[31] eorum sicut procurator vel curator, quia per procuratorem adquiritur possessio absenti, et retinetur sicut corpore proprio. <Et similiter[32] animo procuratoris sicut animo proprio, cum adquiri possit ignoranti sicut scienti, et absenti sicut præsenti.> Item fieri poterit donatio pluribus personis simul extraneis sicut parentela coniunctis, ut supra, ut si A. donationem fecerit B. et C. simul, qui sese non contingunt, et eorum heredibus, qui si heredes habuerint cuilibet eorum locus erit partitioni. Si autem alter[33] ipsorum tantum, ipsius heredes succedunt[34] in solidum propter unionem donationis et ius accrescendi. Et si nullos[35] habuerint, revertitur terra data ad donatorem. Item si pluribus fiat donatio sicut viro et uxori simul et non per se, et eorum heredibus, et non in[36] maritagium sed ut purum feoffamentum, tunc refert utrum certis et coartatis heredibus, vel universaliter omnibus. Si autem coartatis et certis, illis deficientibus revertitur res donata ad donatorem quamvis alii extiterint. Si autem universaliter omnibus, tunc si communes eorum heredes extiterint tales aliis præferuntur, si autem defecerint, tunc separati[37] ut videtur admittantur.[38] Si autem fiat mentio quod terra data sit in maritagium cum uxore et eorum heredibus, communes heredes de corpore utriusque admittuntur,[39] qui si defecerint, revertitur terra et alii remotiores excluduntur, quia res data est liberum tenementum uxoris et non viri, cum non habeat nisi custodiam cum uxore. Si autem sic detur terra in maritagium viro cum uxore et eorum heredibus

[26] ut, V, MG; et per, V (ut), LA, CM, MC. [27] stipuletur, V, OB, MA, MB, CM, MC. [28] Om., MG, CM. [29] suo, MG, CM. [30] Om., MG, CM. [31] Om., OB, MA, MB. [32] nec, MG, CM. [33] alicui, V; alteri, LA, MC. [34] succedent, OB, MB. [35] nullos heredes, V. [36] ut, V, OB, MA, MB, Y. [37] separatim, LA, OB, CM, OC. [38] admittuntur, LA, OC, MG, CM. [39] admittantur, V, MA.

f. 29] pro homagio et servitio viri, quod fit aliquando, licet detur in liberum maritagium, quæ sunt sibi adinvicem adversantia,[1] tunc præfertur homagium, et erit ac si fieret donatio tam viro quam uxori. Item si uxor rem viri[2] dederit sine assensu viri, viro competit restitutio, vel[3] per assisam novæ disseisinæ vel per breve de ingressu, sicut cuilibet alii de populo, scilicet quod sine voluntate sua alienavit. Si autem e contrario, vir rem uxoris suæ, numquam revocabitur in vita ipsius viri, eo quod viro suo uxor contradicere non potest. Si autem vir rem tam sibi quam uxori datam dederit, uxor donationem viri in vita viri revocare non poterit, sed si uxor donationem fecerit, vir illam poterit revocare.

Si vir uxori donationem facere possit constante matrimonio.

Item quæritur an vir uxori donationem facere possit,[4] vel e contrario, constante matrimonio. Matrimonium vero accipi poterit sive sit publice contractum vel fides data quod separari non possint,[5] et re vera donationes inter virum et uxorem constante matrimonio valere non debent, et est causa ne fiant propter libidinem vel unius[6] eorum[7] immoderatam egestatem. Et quod huiusmodi donationes non valent, probatur in rotulo de[8] termino[9] Sancti Michælis anno regis[10] Henrici quinto decimo comitatu Lincolniæ, de itinere, assisa mortis antecessoris, si Helewisa cui quidam Eudo donationem fecerat[11] postquam eam affidaverat,[12] et cum qua publice postea contraxit, et ubi heredes Helewisæ nihil ceperunt per assisam mortis antecessoris de seisina ipsius Helewisæ. Ad idem facit de termino Sanctæ Trinitatis anno regis[13] Henrici septimo decimo, de Petronilla quæ fuit uxor Willelmi de Sancto Martino, comitatu Norfolciæ, quæ cum post mortem viri sui eiecta esset de tenemento ei sic dato, recuperare non[14] potuit seisinam per assisam novæ disseisinæ, quia donum et feoffamentum illud ipso iure nullum. Item ad hoc facit de termino Sancti Hillarii anno regis[15] Henrici octavo, comitatu Notinghamiæ, de Roberto de Wallegha[16] et Johanna uxore eius, ubi dicitur quod non valet talis donatio, maxime quia uxor cui donatum[17] fuit[18] numquam seisinam habuit ante desponsationem, et ex quo vir suus obiit inde seisitus, et[19] quia terra illa numquam separata fuit ab aliis terris ipsius viri sui. Sed quid si post divortium factum fiat talis donatio? Bene valet et tenet. Item esto quod cum talis donatio directe fieri non possit[20] a viro uxori vel[21] e contrario, constante

[1] adversantia sive repugnantia, V, Y. [2] viri sui, OB, MA, MB. [3] Om., LA, MG, CM. [4] poterit, V; posset, OB, MA. [5] possunt, V, LA, MC. [6] nimis, V, OB. [7] Om., OB, MA, MB. [8-9] Om., MG, CM. [10] regni regis, V, OC, MA, MG. [11] fecerit, MG, CM. [12] affidaverit, OB, MG, Y. [13] regni regis, V, MG, OC. [14] sic non, MA, MB, OB (sit). [15] regni regis, V, OC, MG. [16] Wallegh., Wallelegh., Walegh., Wallessigham, Wassingham, Lavalof, MSS. var. [17] data, MB, CM; donata, MG. [18] fuerit, MA, MB. [19] et etiam, MG, CM. [20] posset, OB, MA, MB, MG, CM; poterit, V. [21] et, OB, MA; nec e c., MB.

matrimonio, si fiat indirecte ita quod vir dederit extraneo ut extraneus statim vel[22] post mortem suam rem datam det[23] uxori, vel e contrario, si uxor donationem facere velit viro, quod valere non debeat, quia sic fit fraus constitutioni, et perinde est ac si directe fieret donatio, nec refert utrum quid fiat vel per simile, vel per id quod tantundem valet. <Contrarium tamen factum fuit, et male de errore curiæ, et quasi de consilio curiæ de Godefrido de Crewecombe[24] qui dedit terram Roberto de Muchegrose,[25] ut idem Robertus illam[26] daret post mortem ipsius Godefridi uxori ipsius Godefridi.> Item esto quod fiant donationes ante sponsalia et ante matrimonium: videndum an valere debeant. Et quod prima facie valere debeant videtur, quia donationes in concubinam[27] collatas non posse
f. 29b] revocari convenit, nec si matrimonium fuerit postea inter eos contractum ad irritum recedere[28] poterit[29] quod antea iure[30] valuit. Sed hoc erit cum distinctione, quia refert utrum hoc fiat ob causam et affectionem matrimonii subsequentis vel non, quia si post[31] inter tales personas contractum sit matrimonium, videtur[32] quod maritalis honor et affectio pridem præcesserit personis comparatis, considerata vitæ coniunctione. Sed esto quod post talem donationem ad alia vota convolaverint vir[33] et uxor[34] et ad actus contrarios, revocari non poterit talis[35] donatio si fuerit pura[36] et sine omni condicione. Si autem condicionalis,[37] ut si ita contrahatur, *Do ut facias,* revocari poterit quasi causa non secuta. Simplices donationes faciendæ non sunt, nec ante nuptias, nec ante[38] matrimonium, nec in ipso matrimonio, sed propter nuptias, ut si fiat dotis constitutio: et ita tamen quod dotis quantitatem non excedant, scilicet tertiam partem quæ dicitur dos rationabilis, ut C. *de donationibus ante nuptias,* l. *cum multæ,*[39] § *si igitur,* ubi dicitur quod si nomine et substantia nihil distet a dote ante nuptias donatio facta viro, quare non ea simili modo et matrimonio contracto dabitur? Sancimus itaque[40] omnes[41] licentiam habere, sive priusquam matrimonia contraxerint sive postea, mulieribus donationes facere propter dotis donationes, id est quod vir constituere poterit dotem ante matrimonium, et in matrimonio et post, ut tamen non simplices donationes intellegantur, sed propter dotem et propter nuptias factas.[42] Simplices etenim donationes non propter nuptias fiunt, sed propter nuptias vetitæ sunt, et propter alias causas, propter libidinem forte, vel unius partis egestatem, et

[22] Om., OB, MB. [23] dat, OB, MA. [24] Crowecumbe, Crouc., MSS. var. [25] Mustegros, Musegros, MSS. var. [26] eam, MG, CM. [27] concubinatu, V. [28] recidere, OA, OB, MA, MG, MB, MC; residere, OC; restindere, CM. [29] non poterit, V. [30] de iure, V, MG, CM. [31] Om., MG, CM, OC. [32] manifestum videtur, OB; manifeste videtur, V. [33-34] Om., OC, MG, CM. [35] Om., MG, CM. [36] Om., OB, MA, MB. [37] condicio valet, OB, MA, MB. [38] post, MG, CM. [39] milite, V, OB, MA, MB, Y (corr. multæ). [40-41] ita quod omnis, OB, MB; igitur quod omnes, MA. [42] factæ, OC, OD, LA, MG, CM.

non propter ipsarum nuptiarum affectionem efficiuntur, secundum quod superius tactum est. Et si tales fieri possent donationes ob amorem inter virum et uxorem habitum, posset alter ipsorum egestate et inopia consumi, quod non est sustinendum. Et unde donatio inter virum et uxorem ab initio invalida est, et nullo tempore valitura, nisi post mortem eorum interveniat confirmatio heredum qui possent huiusmodi donationem confirmare.[43] Confirmatio vero talium validam facit donationem quæ prius fuit invalida, et omnem supplet defectum.

Si felo post feloniam donationem facere possit.

ITEM inter alia videndum[44] an ille qui feloniam fecerit donationem facere possit et feoffare, vel ad terminum dimittere, ad hoc quod valeat donatio vel dimissio, et si ea quæ ante feloniam fecerit quando voluit et potuit valere debeant et tenere, sive terram dimiserit ad terminum vel in feodum, et etiam si ea quæ post feloniam factam fecerit aliquo vel omni tempore valere debeant et tenere. Ad quod videndum utrum donatio facta fuerit ad terminum vel in feodo et perfecta quando voluit et potuit, et[45] valet quidem quod agitur tam de termino quam de feoffamento. De feoffamento vero planum est. Sed de termino posset dubitari, quia videtur prima facie quod terra sic data ad terminum ante feloniam, statim cum fuerit condemnatio subsecuta, licet terminus non[46] sit completus,[47] debeat esse eschæta domini capitalis, quasi deficiente waranto: ad similitudinem eius quod dicitur, quod si aliquis dimiserit terram aliquam alicui usque ad terminum annorum, et ille qui dimiserit ante terminum completum moriatur, herede relicto et infra ætatem existente, si capitalis dominus firmarium eiecerit cum confirmatio[48] sua non intervenerit, remanebit terra in manu capitalis domini, cum blado et fructibus in terra illa inventis, usque ad heredis ætatem, quamvis heres terminum illum warantizare teneatur. Et sic videtur quod multo fortius eici possit firmarius post feloniam factam et convictam quasi deficiente waranto suo. <Item nec pater felonis, si forte filius primogenitus fecerit feloniam in vita patris, si pater videns quod hereditas ad heredes suos remotiores descendere non possit, sic[49] fecerit donationem, non valebit nisi hoc fuerit[50] per modum donationis: ut si pater ita feoffatus
f. 80] fuerit per cartam sibi et heredibus suis, vel cui dare voluerit et[1] assignare, quod quidem facere non poterit si donatio tantum facta fuerit sibi et heredibus suis.> Et sicut videri poterit de uxore felonis dotem suam petente, quia[2] obstabit ei exceptio quod warantum de dote sua non habuerit.[3] Et in quo casu distinguendum erit utrum terra vel tenementum dimis-

[43] infirmare, V, OC, MG. [44] videndum est, V, MB. [45] Om., OB, MB, MA (+ et). [46-47] sit incompletus, MG, CM. [48] firmatio, OB, MB. [49] si, MG, CM. [50] habuerit, OC, MG, MC.
[1] vel, V, MG. [2] et, MG, CM. [3] habuit, V, OB, MB, Y.

sum fuerit ad firmam[4] ante feloniam commissam, quando dominus rei voluit et potuit, vel post feloniam, quando voluit cum[5] non posset. Si autem ante feloniam, quando voluit et potuit, tunc tenet terminus, sicut et omnia alia quæ rite facta sunt ante feloniam tempore congruo et licito. Et cum feoffamentum tali tempore factum valeat et teneat, multo fortius valere debet terminus et tenere, quia si potest quis id quod maius[6] est, multo fortius et id quod minus est. Et unde si capitalis dominus se posuerit in seisinam et firmarium eiecerit, perquirat sibi firmarius per breve commune sicut quilibet de populo, nec obstat quod dicitur de custodia, quia in uno casu se in seisinam ponit non ut dominus rei, sed ut custos, et custodia non adimit terminum, sed differt, nec terminus custodiam adimit nec differt. In alio vero casu non ingreditur seisinam ut custos, sed ut dominus et loco heredis. Et cum loco heredis ingrediatur, omnia facere debet[7] quæ pertinent ad heredem, et quæ ille facere deberet cui ipse succedit, quamvis nomine eschætæ, et si feloniam non commisisset, scilicet warantizare, adquietare et defendere. Nec succedit dominus capitalis ratione eschætæ nisi in universum ius quod ille habuit cui succedit, et unde cum ille qui dimisit non posset firmarium de iure eicere si feloniam non commisisset, pari ratione nec ille qui plus iuris non habet quam ille qui dimisit. Et si post feloniam commissam dimiserit felo ad terminum, semper tenebit terminus imperpetuum quousque convicatur, nec obstat quod dicitur de uxore felonis dotem petente, quod obstat ei exceptio quod warantum non habet post feloniam convictam, quia quamvis dos rite constituta fuit[8] ante feloniam factam et convictam, tamen si petat post feloniam convictam, obstabit ei exceptio quod warantum non habeat,[9] omnia enim quæ ante feloniam factam rite acta sunt valent et tenent, sive subsecuta fuerit[10] condemnatio sive non. Ea vero quæ post feloniam facta sunt semper valent et tenent f. 80b] nisi fuerit condemnatio subsecuta, et si fuerit subsecuta, non valent, et omnia quæ incepta fuerint[11] ante feloniam vel post feloniam, post condemnationem numquam perduci[12] poterunt ad effectum, nec finem accipere, obstante exceptione feloniæ. Et unde in hoc casu non est distinguendum, nisi inter ea quæ perfecta sunt et quæ perficienda, et utrum condemnatio subsecuta fuerit vel non subsecuta. Et sic sufficienter dictum est de his quæ ad terminum dimittuntur. Si autem in feodo, sive ante feloniam vel post, omnia valent et tenent quousque fuerit condemnatio subsecuta, et sic ea quæ perfecta sunt ante feloniam semper tenent, et ea quæ facta sunt post feloniam semper remanent in suspenso quousque condemnatio subsecuta

[4] terminum, Y; vitam, CM; terminum vel ad firmam, V. [5] et, V, Y; quod, MG. [6] magis, OB, MA, MB. [7] debent, MA, MB. [8] fuerit, LA, OB, MC. [9] habet, OB, MA, MB. [10] sit, MG, CM. [11] fuerunt, V, MA. [12] produci, OC, MA, MG, CM.

fuerit. Ea vero quæ imperfecta sunt, quocumque tempore fuerint incepta, ante feloniam vel post, numquam post condemnationem perduci[13] poterunt ad effectum. Sed esto quod iustitiarii terram datam in feodo vel ad terminum dimissam ante feloniam factam, cum felo convictus fuerit aliquo genere convictionis de facto, licet non de iure, ceperint in manum domini regis, et ita quod habuerit annum[14] et[15] diem: numquid[16] poterit capitalis dominus talem seisinam recuperare qualem rex habuit?[17] Non de iure, quia terram datam in feodo non poterit felo forisfacere, nec etiam datam ad terminum ante terminum completum, alicui tenendam[18] in dominico, propter servitutem quam firmarius sibi adquisivit ante feloniam perpetratam de usufructu habendo ad terminum vitæ vel annorum. Sed re vera quia post terminum reversura est ad capitalem dominum tamquam eschæta sua, habebit rex terminum suum dum tamen in fine termini satisfaciat[19] firmario ad valentiam, ita quod nihil firmario depereat. Et si forte capitalis dominus auctoritate propria se ponit in seisinam post annum et diem firmarius habebit regressum versus eum per breve commune, scilicet *Quare se intrusit in terram illam infra terminum suum.* Si autem felo[20] dimiserit ad voluntatem suam terram et[21] de anno in annum, ante feloniam perpetratam vel post, statim post condemnationem erit terra illa eschæta capitalis domini, dum tamen dominus rex habeat terminum suum. Et quod numquam ante condemnationem, vel donec felonia convincatur, possit terra felonis esse eschæta domini capitalis, convenit lex cum consuetudine Anglicana, ff. *de donationibus* l. *post contractum,* ubi dicitur quod post contractum capitale crimen donationes factæ valent nisi condemnatio subsecuta sit.

Si fiat donatio de re aliena.

VIDIMUS in præcedentibus quæ donatio valeat cum effectu de re propria, et quæ revocari non[22] poterit, cum donator illam statim fecerit accipientis. Nunc autem videndum si donatio fiat de re aliena, et quæ quidem non valet cum effectu quantum ad ipsum cuius res fuerit, licet valeat et statim fiat accipientis quantum ad donatorem et donatarium, et quantum ad illos qui ius non habent, non tamen valet quantum ad illum qui ius habet statim, sed post tempus, quia si incontinenti eiciat feoffatum, per assisam non[23] recuperabit, sed si per negligentiam vel patientiam habuerit tempus, sine f. 81] brevi et iudicio disseisiri non poterit. Poterit quidem res esse aliena omnino et ex toto quantum ad ius et proprietatem, feodum et liberum tenementum, usumfructum et nudum usum, et aliquis se posuerit in seisi-

[13] produci, V, MA, MG, CM. [14-15] Om., MA, MB. [16] numquam, V, OB, MB, MG. [17] habuerit, OA, CM, MC. [18] habendam, MG, CM. [19] satisfiat, OC, LA, MG, MC; sufficiat, MA. [20] Om., OB, MB, (+ MA). [21] Om., MG, CM, OC. [22] Om., MG, CM. [23] Om., V.

nam per disseisinam vel per[1] intrusionem cum forte invenerit rem vacantem. Et si talis dum ita fuerit in seisina donationem fecerit, valebit quantum ad ipsum et feoffatum suum et alios qui ius non habent, ut prædictum est, donec per illum qui ius habet revocetur. Item poterit esse aliena quantum ad omnia[2] prædicta, et alicuius in possessione existentis quoad nudum usum, vel quoad hoc quod servitutem habeat in re quoad usumfructum percipiendum, sive ad certum terminum vel ad voluntatem. Item quoad hoc quod habeat custodiam vel curam,[3] vel huiusmodi, in[4] quibus casibus si dum sic fuerint in seisina quali[5] quali[6] donationem fecerint,[7] statim fit[8] res data accipientis quoad dantem et accipientem et quoad illos qui ius non habent. Sed quoad verum dominum, numquam erit liberum tenementum nisi ex longa et pacifica seisina. Et unde si incontinenti post tale feoffamentum posset verus dominus se ponere in seisinam, omnes quoscumque tenere posset exclusos a[9] possessione. Item poterit res esse propria pro[10] minima parte et aliena pro maiori, ut si quis liberum tenementum habeat in re aliqua, et alius proprietatem et feodum, ut[11] si mulier in possessione fuerit nomine dotis, vel alius qui tenuerit ad vitam suam per donationem vel per legem Angliæ, vel donec ei provisum fuerit, vel huiusmodi, et tales donationem fecerint, statim faciunt accipientis liberum tenementum: et si eiciantur statim recuperabunt per assisam versus quoscumque præterquam versus verum dominum, si ille statim eiciat. Et cum tales liberum habeant tenementum, statim et sine mora ex causa donationis ad alios transferunt id quod habent. Sed si dominus proprietatis antequam tempus habeant et longam possessionem et pacificam taliter[12] feoffatos eiecerit, numquam recuperabunt adversus eum quia[13] seisinam non habent, neque tempus quod sufficere possit ad habendum liberum tenementum: nec ipsi donatores aliquo tempore habebunt regressum, ex quo animo et corpore et sine spe revertendi recesserunt[14] a possessione. Si autem per negligentiam vel patientiam domini proprietatis per tantum tempus extiterint in seisina quod sine brevi eici[15] non possint,[16] si a proprietario fuerint implacitati, vocare possunt ad warantum feoffatores suos, et cum eis fuerit warantizatum tenere poterunt ad vitam feoffatorum, et post mortem eorum habebit proprietarius regressum versus eos per breve de ingressu, si post feoffamentum tale non intervenerit confirmatio proprietarii vel heredum ipsius cum ius ad ipsos pervenerit. Et hæc vera sunt, nisi sit qui dicat quod tales

[1] Om., OB, MA, MB, CE, Y. [2] omnia alia, MG, CM. [3] terram, OB, MA, MB. [4] Om., OB, MA, MB. [5-6] quali, MA; quasi, MG, CM. [7] fecerit, V, OB, MA, MB. [8] sit, MSS. var. [9] Om., OB, MB, (+ MA). [10] et pro, MG, CM. [11] et, OA, OB, CE, MA, Y. [12] ita, MG, CM. [13] qui, OB, MG. [14] recesserit, LA; recesserint, MA, MG. [15] Om., OB, MB, (+ MA). [16] possint, OA, OB, LA, CE, MC; possunt, V, MA, MB, Y; possent, OC, MG, CM.

qui sic alienaverint ad exheredationem veri heredis haberi debeant pro mortuis, et ita huiusmodi donationes statim validæ sunt quoad dantes et recipientes,[17] et alios qui ius non habent, et quoad proprietarium et eius heredes, in pendenti sunt et invalidæ quousque per eos infirmentur vel confirmentur. Item poterit quis habere ius merum et proprietatem, feodum et liberum tenementum, ex aliqua[18] iusta causa adquisitionis et ex iusto titulo, et alius hæc omnia, sed maius ius propter temporis prioritatem. Sed quid f. 81b] dicetur[19] de eo qui nullam omnino seisinam habuit nec aliquam iuris scintillam? Si[20] donationem fecerit de re quam alius tenet per se ipsum vel per alium nomine suo, non faciet rem accipientis cum ipse[21] nihil teneat, quia non potest plus iuris ad alium transferre quam ipse habet: nec plus valebit ista donatio quam valeret si aliquis transitum faciens per aliquod manerium, ab aliquo possessum, diceret socio suo viatori, *Do tibi tale manerium quod talis possidet,* quod[22] nihil aliud esset dicere quam dare ei plenam pugnatam ex nihilo.[23] Item esto quod servus qui a domino possidetur, villenagium quod a domino tenuerit dederit alicui, et tunc observetur in omnibus secundum quod superius dicitur, et secundum quod donatarius longam habuerit seisinam vel brevem, et secundum quod dicitur inter placita quæ sequuntur regem, anno regis[24] Henrici vicesimo primo,[25] assisa novæ disseisinæ,[26] si Simon filius Wydonis. Item esto quod quis donationem fecerit de terra quæ pro parte est aliena, ut[27] si proprietarius donationem fecerit alicui de terra quam mulier tenet ad vitam nomine dotis, vel alius per legem Angliæ, vel alio quocumque modo ad vitam, talis donatio non valet nisi ille qui ad vitam[28] tenuerit se dimittere voluerit et a possessione recedere. Aliter enim non poterit donator proprietarius inducere donatarium in vacuam possessionem. Si autem se sic[29] non dimiserit, non valebit donatio cum effectu ante mortem mulieris, sed quatenus ad ipsum pertinet, inducere poterit donatarium in seisinam et dare ei quod ipse habet, scilicet ius proprietatis et feodum, et attornare ipsi donatario servitium mulieris, et quod sit ei intendens sicut waranto suo de dote sua. Et quo casu si donatarius post mortem mulieris primam habuerit[30] seisinam, et donator vel eius heredes petierint, defenditur donatarius in possessione vel eius heredes per exceptionem. Si autem donator vel eius heredes primam habuerint[31] seisinam, dabitur donatario vel eius heredibus actio[32] ex conventione. Item esto quod proprietarius donationem fecerit secundo viro uxoris, cuius ipse fuerit

[17] accipientes, V, OC, LA, MG, CM. [18] alia, OB, MA, MB. [19] dicitur, V, MA. [20] sed, LA, MG (fecit). [21] ille, MSS. var.; om., MA. [22] quia, V, MG, CM. [23] nihilo cum possessio non sit vacua, V, OC, MG, CM. [24] regni regis, V, OC, MG, CM. [25] vicesimo quinto, OB, MA, MB, Y. [26] Om., OA, LA, OC, MG. [27] Om., MG, CM. [28] vitam scilicet, OB, Y. [29] Om., OB, MA, MB. [30] habuit, V, MSS. var. [31] habuerit, LA, MB; habuit, MC. [32] Om., OB, MB, (+ MA).

warantus, de terra quam ipse vir et uxor simul tenent nomine dotis de dono primi viri sui, et si talis warantus donationem facere voluerit, non potest donatarium inducere in seisinam vacuam, cum sint idem corpus et eadem caro vir et uxor, nec[33] poterit donator attornare servitium uxoris viro suo ratione prædicta. Et unde si post mortem uxoris eiectus fuerit ex tali donatione seisinam non recuperabit.

Mutatur quandoque per donationem una causa possidendi in aliam causam possidendi.

MUTATUR quandoque per donationem una causa possidendi in aliam causam possidendi, ut si quis ab initio habuerit in aliqua re nudum usum ex concessione proprietarii habere poterit usumfructum. Item si ab initio habuerit usumfructum et terminum, habere poterit existente termino et dum sic fuerit in possessione liberum tenementum, absque eo quod se ponat extra seisinam, dum tamen interveniat solemnitas in ipsa mutatione, ne[34]
f. 82] contingat donationem deficere pro defectu probationis. Item mutari poterit una causa in aliam, ut si cui habenti liberum tenementum concedatur dum sic fuerit in seisina quod illud[1] teneat in feodo, et inde habeat proprietatem, sicut videri poterit de illis qui tenent nomine dotis vel per legem Angliæ, vel huiusmodi, poterunt enim de libero tenemento feodum facere possidenti. <Vel quod id quod quis prius ad terminum habuerit,[2] dare ei possit in feodo, et quæ solemnitas inde[3] erit[4] facienda sive præsentes fuerint donator et donatarius sive absentes, non itaque mutatur causa et possessio ipso iure, quia aliud est habere ius utendi et usumfructum tantum, et aliud longe dominium et proprietatem. Et unde tutius est quod adhibeatur solemnitas ad probationem mutationis, quæ[5] nisi fuerit adhibita deficere poterit probatio licet ius non deficiat. Et poterit donator et verus dominus cum voluntate tenentis mutare unam causam possidendi in aliam, sine mutatione possessionis, nec est necesse resumere rem semel datam ad causam mutandam cum semel fuerit quis in possessione, ac si de novo fieri deberet[6] donatio, quia si quis per intrusionem vel disseisinam semel haberet[7] ingressum, posset ei verus dominus concedere rem tenendam in feodo sine mutatione possessionis licet iniusta sit, multo fortius si iusta. Sed hoc facere poterit sine præiudicio alterius. Ut si primo facta fuerit donatio minori in feodo, cuius causa mutari non potest ad damnum et præiudicium, sed ut eius melioretur condicio, mutari non poterit infra ætatem ad damnum suum, scilicet[8] quod habeat ad vitam quod ei prius datum fuit sibi et heredibus suis, vel quod ei datum fuit in feodo vel ad vitam, detur alteri ad

[33] non, OB, Y. [34] non, OB, MA, MB.

[1] id, OB, MB; idem, MA. [2] habuit, OC, MG. [3-4] viderit, MG, CM. [5] quæ, V, OC, MC; quia, MG; quod, CM. [6] debent, OC. [7] habet, OC; habuerit, V. [8] secundum, MG, CM.

damnum minoris. Est etiam ecclesia eiusdem condicionis quæ fungitur vice minoris, sicut in comitatu Lincolniæ de quadam ecclesia in Hoylande, ubi quædam terra primo data fuit personæ et ecclesiæ et successoribus, et postea mutavit donator donationem de ecclesia in privatas personas, scilicet personæ et heredibus suis, quod esse non debuit, quia hoc esset in præiudicium et damnum ecclesiæ. Et sic poterit donator mutare causam possidendi de una causa in aliam sine mutatione possessionis, et de persona in personam non poterit sine mutatione possessionis, nec de ecclesia ad privatam personam cum damno ecclesiæ.> Item esto quod quis donationem fecerit viro de dote uxoris quam habuit de donatione primi viri sui, et qualiter donatarius uti debeat seisina sua, non enim poterit habere vacuam possessionem[9] nec uti per se. Et si uxor vellet resignare in manum domini proprietatis dotem suam, ut inde feoffaret virum,[10] sic esset donatio[11] prohibita inter virum et uxorem, et fieret fraus constitutioni. Si autem vellet servitium uxoris attornare viro suo non valeret, cum omnia quæ uxoris sunt, sunt ipsius viri, nec habeat uxor potestatem sui, sed vir. Et unde videtur quod talis donatio valere non debeat. Sed præmortua uxore cum vir fuerit in possessione, si donator petierit vel eius heres obstabit petenti exceptio donationis. Si autem extra, vix[12] per actionem obtinebit. Si autem vir præmoriatur, non[13] dabitur heredi suo actio ex quo uxor numquam mutavit statum suum. Sed esto quod tantum fiat donatio uxori sine viro per se de terra quam in dote tenuerit, bene valet et tenet donatio, facta mutatione de libero tenemento usque in feodum. Si autem utrique illorum fiat donatio, et eorum heredibus separatis vel communibus, bene valet donatio facta mutatione causæ possessionis.

Si fiat donatio alicuius rei excepta aliqua parte.

f. 82b] ITEM fit donatio alicuius rei excepta aliqua parte certa, et tunc refert utrum pars illa excipiatur in initio donationis: ut si dicat donator, *Do tibi tale manerium cum pertinentiis,* per hæc verba transfertur totum manerium. Et cum addat et dicat incontinenti, *excepta tali parte,* ita[14] extra capitur[15] pars illa post donationem quamvis ante traditionem. Si autem sic dicat, *Do tibi tale manerium cum pertinentiis, retenta mihi tali parte,* vel *salva,* aliud erit, quia in hoc casu nihil transfert ad donatarium nisi id tantum quod transferri voluit, et illa[16] pars quam[17] retinuit semper cum eo est et cum eo fuit. Et unde si heres donatoris postea donationem confirmaverit, nihil[18] confirmat donatario[19] nisi rem illam secundum quod

[9] seisinam, LA. [10] virum suum, V, OB, MA, MB, Y. [11] donatio quæ est, V, OC, MG, CM. [12] vir, V, MA, Y. [13] Om., OB, MB, Y, (+ MA). [14-15] ita extra capiatur, OC, MA, MB, Y; ita excipitur, MG, CM; ita extra capitur, V, OA, LA, CE, MC. [16] ita illa, V; ita, CM; illa, OA, CE, MB, Y, MC; ia., OB, OC, MG; om., LA. [16-17] id quod, MA. [18-19] nihil aliud confirmat per illam generalitatem donatario, V, OB.

data fuerit, et cum eisdem pertinentiis, quia nihil aliud confirmat per illam generalitatem nisi illud[20] tantum quod fuit in donatione comprehensum.[21] Et unde si in prima donatione excepta fuit advocatio ecclesiæ, illa generalis confirmatio advocationem non comprehendit: et secundum quod res data[22] transfertur[23] ita confirmatur, quia confirmatio nihil confert donationi, nec detrahit vel diminuit.

Donator poterit ponere legem et condicionem donationi.

Sicut poterit donator mutare causam possidendi de re donata in personam donatarii absque resumptione et mutatione possessionis, sed non transferre de persona in personam sine mutatione possessionis. Ita poterit donator in donatione sua cum consensu accipientis legem, condicionem et modum apponere quem[24] voluerit, dum tamen hoc non sit in præiudicium aliorum, quamvis hoc esse possit in præiudicium sui ipsius et heredum suorum. Et quamvis hoc sit contra legem terræ et consuetudinem regni, cum conventio quandoque legem vincat. Et simplex poterit esse donatio, pura et mera,[25] sine condicione vel modo, et totius rei absque aliqua[26] retentione de[27] ipsa vel eius pertinentiis. Poterit enim[28] quis dare rem et partem rei retinere vel partem de pertinentiis. Et quod fuit pars vel[29] pertinentiarum post donationem factam statim desinit esse de re illa, vel de eius pertinentiis quantum ad donatarium. Item potest quis dare totum ius quod habet in[30] re,[31] videlicet tam possessionis quam proprietatis ipsi donatario et heredibus suis, quiete de se et heredibus suis imperpetuum. Et ista donatio dicitur simplex et pura, et donationi tali poterit donator si voluerit in initio donationis legem apponere et condicionem, ut res data post tempus ad ipsum revertatur cum iure possessionis tantum,[32] tenendi ad vitam suam, et ita quod rei proprietas remaneat cum donatario: vel ita quod utrumque ius tam possessorium[33] quam proprietatis remaneat cum donatario, et quod ususfructus revertatur post tempus ad donatorem ad terminum vitæ vel annorum. <Item qui proprietatem habet tantum et alius possessionem, scilicet liberum tenementum, id quod habet alteri dare potest, scilicet proprietatem, salvo tenenti libero tenemento suo et iure possessionis ad vitam, et quod post mortem eius revertatur possessio ad proprietatem. Et[34] quo casu attornari debet ille qui possidet de servitio et aliis ei[35] qui proprietatem habet, sicut prius attornatus fuit donatori. Et eodem modo si quis habens utrumque ius[36] concesserit alicui usumfructum,

[20] id, OB, MA, CE; istud, Y. [21] Om., MG, CM. [22] Om., OC, MG, CM. [23] transfert, MG, CM. [24] quam, MG, CM, MC. [25] mera et, OB, MA, MB. [26] alia, OB, MA, MB. [27] de re, V, OC, LA, MC. [28] etiam, OC, LA, MG, CM, MC. [29] Om., V, OB. [30-31] iure, MSS. var. [32] Om., OB, MA, (* MB). [33] possessionis, V, MA, MG; possessorum, OB. [34] ex, CM, MG, HA, HB. [35] Om., MG, CM, HA, HB. [36] cum, MG, CM, HA; om., HB, CB.

videlicet ad terminum, id quod habet alteri concedere potest, salvo tamen[87] firmario termino suo. Item si quis utrumque ius habuerit[88] proprietatis et possessionis alicui concesserit ius utrumque, tali adiecto modo ut post f. 88] tempus revertatur ad ipsum possessio tenendi ad vitam, et ut tantum habeat liberum tenementum remanente proprietate cum donatario, non statim ingrediatur donator quocumque colore, sicut causa hospitandi eodem die, nec in crastino, nec ulterius recenter utendo ut prius: quia per hoc præsumitur quod numquam animum habuit recedendi a possessione, cum utrumque concurrere debeat in donatione, videlicet quod donator possessionem relinquat animo et corpore. Et post longum tempus ex conventione si ingrediatur, si contra conventionem reiciatur, habet assisam recuperandi ex conventione. Si autem alius, scilicet donatarius, contra ipsum[1] assisam portaverit, habebit exceptionem ex conventione, et si forte ingredi non possit ex conventione habebit actionem. Item eodem modo si ex recognitione post aliquod tempus facta[2] in curia domini regis quæ recordum habet, dum tamen recognitio et confessio vera sit, cum oporteat confessionem in iure factam esse veram et naturalibus convenire, valebit quod actum erit. Et si donator forte confiteatur donatarium fuisse in seisina tempore confessionis factæ, cum non sit, non valebit confessio, nec ea quæ sequuntur locum habere debent. Si autem donator post tempus longissimum, videlicet decem annorum vel ulterius, quod quidem tempus oblivionem inducit, qualiter tunc utatur ut dominus vel aliter, hoc donatario non[3] nocebit propter tempus. Item si in omnibus istis casibus supradictis, quandocumque ingrediatur donator, refert si statum suum mutaverit omnino vel in parte vel non mutaverit. Quia si omnino mutaverit statum suum, quod ubi prius usus fuit[4] ut dominus modo utatur ut serviens vel mercenarius, hoc donatario non nocebit quia donator omnino statum suum mutavit. Et valde inhumanum esset si filius vel amicus donatorem hospitio non reciperet, saltem ut hospitem, cum se non gerat[5] sicut prius, vel sicut dominum. Si autem ex toto vel in parte ingressus, non ex conventione vel recognitione, se[6] gerat ut dominus, tunc aliud erit.>

Si fiat donatio pro homagio et servitio vel sine homagio.

f. 88b] SUPERIUS autem dictum est quod fit donatio alicui ob causam præteritam quia diu servivit, vel præsentem quia bene servit,[7] vel futuram quia bene serviet, et talis donatio dici poterit servitii futuri remuneratio. Item fit donatio pro homagio et servitio simul. Et sicut oportet quod certa sit res quæ datur, ita oportet quod certa sint servitia quæ dantur pro re

[87] Om., MG, CM, HA. [88] habet, MG, CM, HA, HB; habens utrumque ius, V.

[1] ipsam, MG, CM, HA. [2] factum, OC, MG, CM, HA, HB, OD. [3] Om., MG, CM, HA, HB. [4] fuerit, MG, CM. [5] gerit, OC; ingerat, V, MG, CM, HA. [6] dicio se, MG, CM, HA, HB (dico). [7] servivit, MG, HA.

data. Et fiunt aliquando donationes in scriptis, sicut in cartis, ad perpetuam memoriam propter brevem hominum vitam, et[8] ut facilius probari possit donatio. Et tamen nihilominus valet, licet scriptura non intervenerit, dum tamen alias habeat probationes.

De distinctione cartarum.

ET sciendum quod cartarum alia regia, alia privata. Et regiarum alia privata, alia communis, alia universitatis. Item privatarum alia de puro feoffamento et simplici, alia de feoffamento condicionali, sive conventionali. Et secundum omnia genera feoffamentorum fieri poterit.[9] Item privatarum alia de recognitione pura vel condicionali. Item alia de quieta clamantia. Item alia de confirmatione. Et de hac materia inveniri poterit infra de finali concordia. Carta vero de puro feoffamento est[10] de simplici feoffamento[11] sine aliqua adiectione.[12] Condicionalis,[13] ut si condicio donationi sit[14] adiecta, ut supra videri poterit. Item de recognitione, ut si tenens rem quam detinet et ab eo petitur,[15] recognoverit esse ius petentis. Vel e converso, si petens rem quam tenens tenet recognoverit esse ius tenentis, tenendam de se vel de alio, vel[16] si illam remiserit et quietam clamaverit. Item de pura[17] quieta clamantia, ut[18] si petens pure remiserit et quietam clamaverit tenenti terram, quam petiit ut ius suum. Item carta de confirmatione, quæ alterius factum consolidat et confirmat tantum, et nihil novi attribuit, sed aliquando confirmat et addit. Item earum quæ sunt privatæ[19] et simplices de pura donatione remanent donatario et eius heredibus. Si autem communes[20] sint duplicari[21] debent, quod quilibet habeat partem suam, vel deponi in æqua manu cuilibet partium, cum necessarie fuerit exhibenda. Et si penes donatarium remanserit, donator eo quod sua interest petat[22] exhibitionem, cum donatarius forte aliquid petat a donatore, quod donator negaverit vel de quo dubitetur, vel si donator petat et donatarius neget, tunc donatarius vel exhibeat instrumentum, vel ei denegetur actio si petens fuerit, vel si ab eo petatur remaneat indefensus. Communis enim esse poterit, ut si terra detur ad terminum annorum vel[23] ad firmam. Item communis esse poterit alia[24] ratione et perpetua, ut si quis donationem fecerit alicui de aliqua re, retenta sibi aliqua parte
f. 84] illius rei, ut si quis manerium dederit retenta sibi quarta parte vel de eius pertinentiis. Ut si quis manerium dederit retenta sibi advocatione

[8] Om., OC, CM, P, Y, HA, HB, MA (—ut). [9] potest, OC, MG, CM, LA, MC, HA, HB. [10-11] Om., MG, CM, HA. [12-13] adiectione condicionali, MSS. var. [14] non sit, OB, MB, CM, P, MA. [15] petatur, V, OC, Y. [16] ut, OC, CM, P. [17] pura et, CM, HB. [18] et, OA, OB, MA, Y. [19] privatorum, OA, HB, OC (corr. p-arum); privatarum, MG, HA. [20-21] sint communes aut duplicari, OC, MG, HA, HB. [22] petat a donatario, V, CM, P, Y (a donatore). [23] et, OA, MA, MB, MC, LA, P, OD. [24] aliqua, MA, MB, HA.

ecclesiæ vel huiusmodi, et[1] si tenens dicat se totum tenere, cum donator petat ostendere debet tenens cartam ad probandam exceptionem suam, quod si non fecerit, exceptio sua[2] nulla et amittat[3] sicut indefensus. Si autem cartam forte exhibere[4] non possit, quia illam ad manum non habuerit,[5] de necessitate erit ad patriam recurrendum. Et[6] eodem modo si casum allegaverit et casum probaverit.[7] Et sciendum quod privatorum instrumentorum tres sunt species,[8] unde[9] facit aliquando quis scripturam sibi ipsi, et tali scripturæ non erit fides adhibenda, aliquando facit contra se, et tali scripturæ fides adhibetur, aliquando tamen[10] facit quis scripturam sibi[11] et alii, et[12] contra se et pro se, quæ communis est et de qua superius dicitur, et de quibus agitur de conventionibus factis inter privatas personas. Et talis scriptura dicitur carta cirograffata,[13] quæ scinditur per medium, et unde[14] una pars remanet parti uni et altera alteri. Et unde quamvis non liceat alicui partium a conventionibus[15] recedere, tamen[16] non solet aliquando[17] necessitas imponi curiæ domini regis, de huiusmodi conventionibus privatis discutere. Sed tamen si quis a conventione recedat,[18] succuritur alteri parti per[19] actionem de conventione, secundum quod inferius dicetur. Et notandum quod omnium scripturarum privatarum quibus quis uti voluerit in iudicio pro se, copiam faciat[20] adversario suo[21] contra se. Sed petens petere non debet quod tenentis instrumenta exhibeantur ad suam intentionem fundandam,[22] cum non teneatur armare adversarium suum contra se, nisi forte instrumenta sua sint communia. Nec etiam poterit tenens petere quod exhibeantur ei instrumenta petentis ad exceptionem suam probandam, secundum quod prædictum est, maxime nisi sint communia.

Quod de cartis regiis non debent iustitiarii disputare nec eas iudicare. De cartis vero regiis et factis regum,[23] non debent nec possunt iustitiarii nec privatæ personæ disputare, nec etiam si in illis dubitatio oriatur possunt eam interpretari. Etiam in dubiis et obscuris, vel si aliqua dictio duos contineat intellectus, domini regis erit expectanda interpretatio et voluntas, cum eius[24] sit interpretari cuius[25] est condere. Et etiam si omnino sit falsa propter rasuram, vel quia forte signum[26] appositum[27] est adulteri-

[1] ut, OB, MA, MB. [2] Om., MG, HB. [3] amittet, OB, MA, MB. [4] habere, OA, OB, OC, MA, MB, P, CE, Y, MC. [5] habuit, MA, MG, CM, Y. [6-7] Om., OB, MB, (+ MA). [8] Om., LA, (+ MC). [9] nam, OC, OD, MG, CM, HB; sed, MC, LA; non, HA. [10] cum, CM, HB; autem, MB. [11] sibi ipsi, V, MB. [12] Om., OB, MB, P, Y, MA (aliquando contra). [13] cyrograffum, MG, HA. [14] Om., V, CM, HA, P. [15] conventione, MG, CM, HA. [16] cum, LA, MG, CM, HB. [17] Om., CM, HA. [18] recedit, OB, MA, MB, P, Y. [19] quia per, OB, MB. [20] faciet, V, OC, OD, MC, MG, CM, HA, HB, LA. [21] Om., MG, CM, HA. [22] fundendam, OB, MB, MG; faciendam, MA. [23] Om., OB, MA, MB. [24-25] cuius . . . eius, MG, CM, HA. [26] Om., OB, MB, (+ MA); sigillum, Y. [27] positum, OA, OB, MA, MB, P, Y.

num,[28] melius[29] et tutius est quod coram ipso rege procedat[30] iudicium. <Item[31] factum regis nec cartam potest quis iudicare, ita quod factum regis irritetur. Sed dicere poterit quis quod rex iustitiam fecerit, et bene, et si hoc eadem ratione quod male, et ita imponere ei quod iniuriam emendet, ne incidat rex et iustitiarii in iudicium viventis dei propter iniuriam. Rex habet superiorem, deum scilicet. Item[32] legem per quam factus est rex. Item curiam suam, videlicet comites et barones, quia comites dicuntur quasi socii regis, et qui socium habet, habet magistrum. Et ideo si rex fuerit sine fræno, id[33] est[34] sine lege, debent ei frænum apponere nisi ipsimet fuerint cum rege sine fræno. Et tunc clamabunt subditi et dicent, *Domine Iheus*[35] *in chamo et fræno maxillas eorum constringe.* Ad quos dominus, *Vocabo super eos gentem robustam et longinquam et ignotam, cuius linguam ignorabunt, quæ destruet eos et evellet radices eorum de terra, et a talibus iudicabuntur, quia subditos noluerunt*[36] *iuste*[37] *iudicare.* f. 84b] Et in fine ligatis pedibus eorum et manibus, mittet eos in caminum ignis et tenebras exteriores, ubi erit[38] fletus et stridor dentium.>

Cum res certa dari debeat, oportet quod certa sint servitia quæ venire debent in compensationem pro re data.

Si privata persona fecerit donationem de re certa ex causa futura, oportet quod certa sint ea quæ donatori præstari debent in retributionem pro re data, ut si fiat donatio pro homagio et servitio, vel pro servitio tantum sine homagio: fieri etiam poterit donatio pro homagio et servitio proprie de feodo militari. Improprie vero fit homagium de socagio, cum inde fieri deberet tantum fidelitas et non homagium. Et si de facto fiat homagium, non tamen sequitur propter hoc quod ad dominum capitalem pertineat custodia et maritagium, quia custodia et maritagium non semper sequitur[39] homagium, quia ad quem huiusmodi pertineant per homagium non determinatur, sed per servitium, secundum quod tenementum tenetur per servitium militare vel per socagium. Et qui teneatur ad homagium et fidelitatem, et qui non, et quæ sequantur[40] homagio,[41] dicetur inferius plenius de homagiis. <Ut si quis donationem fecerit filio suo primogenito et heredi, vel frater antenatus fratri suo postnato, ne per homagium excludatur heres vel frater antenatus a successione, si forte donatarius sine herede de se decesserit. Item poterit quis dare filio suo postnato sic ut primogenitus non excludatur ab hereditate. Ut si quis ita dederit, *do tali filio meo postnato pro servitio suo tantam terram, tenendam de me tota*

[28] adulterium, MB, HB. [29] et melius, MB, LA. [30] procedatur ad, V; procedat ad, MG, CM. [31] Om., OC, OD, P. [32] rerum, MG, CM. [33-34] et, MG, CM, HA, HB. [35] Ihesu Christe, V, OD, HA, P. [36] noluerint, OC, HB; voluerint, MG, HA. [37] iniuste, MG, HA. [38] est, MSS. var. [39] sequuntur, CE, MB, HA, P. [40] sequuntur, OB, MB, MG, HA, CM. [41] homagium, CE, MB, CM, P.

vita mea sibi et heredibus suis, et post mortem meam de capitalibus dominis pro servitio quod ad illam terram pertinet, si postnatus præmoriatur,[42] antenatus succedet[43] ei, quia homagium non intervenerit.[44] Si autem sic,[45] *tenendam*[46] *de capitalibus dominis,* sic excludit se a custodia. Item si sic fiat donatio filio antenato a patre communi, pro servitio sive homagio tenendum de capitalibus dominis,[47] et talis in vita patris moriatur, postnatus frater, sive fuerit maior sive minor, succedet ei, patre excluso a custodia. Et si minor fuerit, ad dominum capitalem pertinebit custodia. Si autem maior, tunc relevium.> Fit autem donatio in scriptura per hæc verba, *Sciant præsentes et futuri quod ego talis dedi,*[48] *concessi, et hac præsenti carta mea confirmavi tali, pro homagio et servitio suo, tantam terram cum pertinentiis in tali villa,* etcetera ut[49] infra. Et unde per hoc quod dicit, *ego*[50] *talis,* vult quod certa persona comprehendatur in donatione quæ dat. Et per hoc quod dicit, *dedi,* vult quod res data fiat accipientis. Et per hoc quod dicit, *concessi,* perpendi poterit ex hoc quod donationi consensum præbuit, quia non multum differt dicere[51] concessi quam dicere consensi. Item per hoc quod dicit, *præsenti carta mea confirmavi,* per hoc innuit quod vult quod voluntas sua, per quam res transfertur ad donatarium, et quæ firma esse debet, præsenti carta sigilli sui munimine confirmetur. Est enim confirmare id quod prius firmum fuit simul firmare. Item per hoc quod dicit, *tali,* vult quod certa persona exprimatur[52] cui fit dona-
f. 85] tio. Item per hoc quod dicit, *pro homagio et servitio suo,* vult quod certa sit causa pro qua fit donatio. Et idem si dicat pro servitio sine homagio. Item per hoc quod dicit, *tantam terram,* vult quod certa res deducta sit in donationem,[1] et certæ pertinentiæ quæ tunc pertinuerunt cum res venit in donationem. Item per hoc quod dicit, *in tali villa,* vult[2] quod certus locus comprehendatur, in quo res sita est quæ datur. Item contineri debet, *habendam et tenendam tali et heredibus suis,* generaliter, vel cum coartatione heredum, *libere et*[3] *quiete, honorifice, bene et in pace,* vel[4] *in liberum maritagium, tali et heredibus suis talibus,* vel *tali abbati,* vel *priori, et successoribus suis in liberam et puram elemosinam.* Item *tali et heredibus suis vel assignatis,* secundum quod superius[5] videri poterit in exemplo manifeste. Et per hoc quod dicit, *tali et heredibus suis,* vult donator quod comprehendantur certæ personæ, ad quas descendere debeat[6] res donata[7] post

[42] moriatur, OC, MG. [43] succedit, MSS. var. [44] intervenit, CM, HB, Y. [45] sit, MG, CM, HB. [46] tenendi de, OC, OD; tenendum, V. [47] dominis feodi, CM, HA. [48] dedi et, V, OA, CE, MC, LA, HB. [49] et, OA, OD, MA (ita), MC, MG, CE, LA, CM, HA (ita), P, Y. [50] et ego, OB, MA, MB, CE, Y. [51] Om., OB, MA, MN. [52] exprimetur, MG, CM, HA.

[1] donatione, Y, MA. [2] vult ut, OA, OD, CE, LA. [3] Om., OB, OD, MA, HA, Y. [4] et, OB, MA, MN. [5] inferius, OB, MA, MB. [6] debet, OB, MA, MN, P, Y; om., MB. [7] data, MA, MN.

mortem donatarii per modum donationis, et per quod[8] perpendi poterit, si tales heredes defecerint, quod per modum tacitum reverti debeat res donata ad donatorem. Item per hoc quod dicit, *libere,* non vult quod rei datæ servitus[9] imponatur, ut si quis velit uti aliquo iure in re data, ad quem[10] servitus[11] non pertinet neque usus. Item per hoc quod dicit, *quiete,* vult quod quietem[12] habeat et pacem,[13] quod uti possit donatarius re data pacifice, et quod non inquietetur.[14] Est enim quies idem quod requies sive pax, et si componatur cum hac præpositione *in,* erit ibi inquies, id est non quies. Et non refert ad hoc, quod uti non possit omnino vel minus commode, secundum quod inferius videri poterit de assisis.

De servitiis et consuetudinibus præstandis.

ITEM dicitur, *reddendo inde per annum tantum ad certos terminos, tales scilicet, et faciendo inde talia servitia et tales consuetudines,* quæ omnia certa esse debent et expressa in carta, quibus expressis et in carta nominatis, cum infinita sint genera servitiorum et consuetudinum, alia omnia servitia et consuetudines quæ expressa non sunt tacite videntur esse remissa.[15] Et impossibile esset omnia in carta exprimere ad quæ donatarius non tenetur, licet carta expresse non adquietet, satis enim adquietat ex quo specialiter non onerat. Item dicitur, *pro omni servitio,*[16] *consuetudine, seculari exactione et demanda,* per quam generalitatem videtur remittere expresse omnia alia servitia, consuetudines, et demandas seculares quæ ad dominum pertinent de tenemento, licet hoc in carta expresse non contineatur. Sunt enim consuetudines et servitia quæ pertinent ad dominum[17] fundi,[18] et consuetudines et servitia quæ pertinent ad[19] regem, sicut sectæ ad iustitiam faciendam per breve de recto, et ad pacem sicut de latrone iudicando, et pro aforciamento curiæ in prædictis. Ad dominum vero fundi[20] donatorem pertinent servitia ratione rei datæ, sicut redditus, sive debeatur aurum sive argentum in pecunia numerata, ut si dicatur, *reddendo inde per annum decem aureos,* vel *decem argenteos,* sive *decem solidos.* Vel si servitium consistat[21] in fructu, ut si dicatur, *reddendo inde per annum decem coros tritici,* sive *decem quarteria,* vel huiusmodi, si servitium consistat[22] in solido. Si autem in[23] liquido, ut si dicatur, *reddendo inde per annum decem dolea vini,* vel *decem cados olei.* Item si certa res repromittatur, vel sub disiunctione, ut si dicatur, *reddendo inde per annum quædam calcaria deaurata,*
f. 35b] *vel sex denarios, vel unam libram piperis vel cumini vel ceræ,*

[8] hoc, MA, MC. [9] servitium, OC, MG, CM, HA; servitiis, LA; servitium vel servitus, HB. [10] quam, V, MB, MC. [11] servitium, MG, CM, HA. [12] quietam, MA, HA. [13] pacem et, MC, MG, P. [14] inquietatur, OA, CE, MC, P. [15] remissæ, OA, LA. [16] servitio et, OB; servitio seculari et, MB. [17-19] Om., MG, CM. [18] feodi, V, LA, MA, MC. [20] Om., OB, MA, MB; feodi, LA, MC. [21] constat, MG, CM, OC. [22] constat, OB, MG, CM. [23] Om., OA, LA, CE.

vel quasdam chirothecas, vel tot denarios, et in quo casu tenens habet electionem, utrum istorum solvere velit, et unum solvendo liberatur. Hæc[24] omnia et plura alia consistunt[25] in redditibus et redditionibus. Est tamen quoddam genus redditus qui datur ab aliquo percipiendus de re aliqua certa cum districtione vel sine, qui non dicitur servitium, sed[26] quasi ex feoffamento liberum tenementum, de quo infra dicetur de assisis. Item sunt quædam servitia quæ pertinent ad dominum capitalem, et quæ consistunt in factionibus, et fiunt ex consuetudine de termino in terminum, et de quibus oportet quod fiat mentio in scriptura, et[27] alioquin peti non poterunt. Ut si dicatur, *et*[28] *faciendo inde sectam ad curiam domini sui et heredum suorum, de quindena in quindenam,* vel *de tribus septimanis in tres septimanas, quolibet anno de termino in terminum.* Item *faciendo inde tot aruras et tot messuras, tot falcationes,* et quæ omnia pertinent ad dominos feodi ex tenementis sic datis liberis hominibus, et proveniunt ex tenementis, et dici poterunt[29] feodalia sive prædialia servitia, et non personalia, nisi ratione prædiorum et tenementorum. Item poterit quis feoffare alium per seriantiam, quæ quidem multiplex esse poterit, et unde quædam pertinent[30] ad ipsum dominum feoffantem, et quædam ad ipsum regem. Ut si dicatur per servitium equitandi cum domino suo, vel domina, qui proprie dicuntur Rodcnythes,[31] vel per servitium[32] tenendi placita dominorum, vel portandi brevia infra certa loca, vel pascendi leporarios et[33] canes, vel mutandi aves, vel inveniendi arcus et sagittas, vel portandi, et de huiusmodi seriantiis non poterit certus numerus comprehendi. Et huiusmodi servitia omnia dici poterunt intrinseca, quia in cartis et in[34] instrumentis sunt exprimenda, et dominis capitalibus remanebunt. Et cum propter exercitum regis et patriæ tuitionem non fiunt, ideo ex talibus servitiis[35] nullum competere[36] deberet[37] maritagium, nec custodia domino capitali, non magis quam de socagio. Contrarium tamen habetur de quadam abbatissa de Berkinge inter placita quæ sequuntur regem anno regis[38] Henrici—coram Willelmo de Ralegha, et quæ recuperavit custodiam et maritagium de herede cuiusdam tenentis sui, qui tenebat tenementum suum in manerio de Berkinge per servitium equitandi cum ea de manerio in manerium, quod quidem S. de Segrave non approbavit. Sunt et alia genera seriantiæ quæ ad dominum capitalem non pertinent, sed ad dominum

[24] et hæc, V, OB, MA. [25] constituunt, MG, CM. [26] Om., OB, MA, MB. [27] Om., OB, MA, MB, CE. [28] Om., OB, MA, MB. [29] possunt, V, MG. [30] pertinet, OB, OA, LA, CE, MA, MC (quoddam). [31] Rodknightes, V; Rodcnythtes, Rodcnychtes, redomites, redomithes, redoniches, rodomites, MSS. var. [32] servitia, V, MA. [33] vel, OB, MA, MB. [34] Om., MG, CM. [35] seriantiis, LA, OC, MG, CM, MC. [36] petere, OB, MB, MA (corr. comp-). [37] debent, OB, OC, MA, MG, CM. [38] regni regis, V, OC, MG; regni, MC.

regem, pro exercitu regis ad patriæ defensionem[39] et[40] hostium depressionem.[41] Ut si quis ita feoffatus fuerit, scilicet[42] per seriantiam inveniendi domino regi unum hominem[43] vel plures ad eundum cum eo in expeditionem ad exercitum, eques vel pedes cum aliquo genere armorum. Et ex tali seriantia competit domino capitali, sive de domino rege tenuerit sive de alio, custodia et maritagium heredis, quod quidem non esset tenendum in casibus prædictis. Illud idem servatur si quis teneat per servitium inve-
f. 36] niendi domino regi, certis locis et certis temporibus, unum hominem et unum equum et saccum cum brochia pro aliqua necessitate vel utilitate exercitum suum contingente. Item sunt quædam servitia quæ dicuntur forinseca quamvis sint in carta de feoffamento expressa et nominata, et quæ ideo dici possunt forinseca, quia pertinent ad dominum regem et non ad dominum capitalem, nisi cum in propria persona profectus fuerit in servitio, vel nisi cum pro servitio suo satisfecerit domino regi quocumque modo, et fiunt[1] in certis temporibus cum casus et necessitas evenerit, et varia habent nomina et diversa. Quandoque enim nominantur forinseca large sumpto vocabulo quoad servitium domini regis, quandoque scutagium, quandoque servitium domini regis, et ideo forinseca dici potest quia fit et capitur foris sive extra servitium quod fit[2] domino capitali. Item scutagium, quia talis præstatio pertinet ad scutum quod assumitur ad officium militare. Item dicitur regale servitium quia specialiter pertinet ad regem et non ad alium, et[3] secundum quod in conquestu fuit adinventum: et huiusmodi servitia persolvuntur ratione tenementorum et non personarum, quia ex tenementis[4] proveniunt. Ut si dicatur in carta, *faciendo inde forinsecum servitium,* vel *regale servitium,* sive *servitium domini regis,* quod idem est secundum modum feoffationis, scilicet quantum pertinet ad feodum unius militis vel duorum[5] in eadem villa, vel de eodem feodo, vel ad scutagium, centum solidorum, duas marcas vel tres, et[6] ad plus, plus, et ad minus, minus. Et quia tale servitium forinsecum non semper manet sub eadem quantitate, sed quandoque præstatur plus, quandoque minus, ideo de qualitate regalis servitii et quantitate fiat mentio in carta, ut tenens certum tenere possit quid et quantum solvere teneatur. Et[7] quidem dici poterit de sectis quæ pertinent ad dominum capitalem, cum possint ibi varia et diversa tempora denotari[8] de quibus fit mentio supra. Sed[9] si sic dicatur, *reddendo inde per annum tantum et faciendo tales sectas pro omni servitio, excepto regali servitio,* vel *salvo forinseco,* tunc videndum erit

[39] tuitionem vel defensionem, V, OB. [40-41] Om., MG, CM. [41] deprehensionem, V, OB. [42] si, MG, CM; scilicet quod, OC. [43] Om., MG, CM.

[1] fuerit, LA, MG, CM, MC. [2] sit, MSS. var. [3] Om., MG, CM. [4] tenemento, MSS. var. [5] donorum, MG, CM. [6] Om., LA, CM, MB; vel, MG. [7] quod, LA, OC, MG, CM, MC. [8] denominari, OB, MB; donatori, LA. [9] et, MG, CM.

imprimis si feodum illud in ipsa donatione forinsecum debuit vel non. Si autem nullum debuit ab initio, nec sit[10] certum[11] forinsecum in carta expressum, numquam præstabitur, nec peti poterit propter incertitudinem. Si autem ab initio nullum, sed in ipsa donatione convenerit quod detur scutagium et in carta exprimatur certum, erit omnino præstandum. Et sicut poterit donator liberius dare quam ipse tenuerit, et onerare se ipsum et heredes suos erga suos feoffatores, ita poterit suum feoffatum onerare ad plura servitia et ad alia quam ipse teneatur suo[12] feoffatori. Poterit enim de socagio facere feodum militare et e converso, si ita convenerit ab initio inter ipsum et suum feoffatorem. <Sed quid si feodum feoffatoris non debeat forinsecum et donator dederit pro forinseco? Tunc refert utrum certum et expressum vel non. Si autem incertum, tunc tale peti non poterit.> Si autem forinsecum debuit ab initio, sed tamen[13] in carta donationis non exprimatur certum, videtur prima facie quod peti non[14] possit. Sed re vera sic erit intellegendum quod tale et tantundem præstandum sit, quantum præstant alii qui tenent tenementum[15] in eadem villa vel de eodem feodo per servitium militare. Item potest quis dare tenementum quod ipse tenuit per servitium militare, tenendum in villenagium per villanas consue-
f. 86b] tudines et servitia, dum tamen certa et expressa. Si autem dicat quod dat ita libere sicut aliqua terra liberius dari possit, hoc intellegendum erit quantum pertinet ad donatorem, et erga suum feoffatorem defendet quantum ad ipsum pertinebit. Si autem res data erga alios[16] quam erga suum dominum capitalem obligata fuerit, non tenetur ad hoc per hæc verba ipsum erga alios adquietare, nisi specialiter in se illud onus[17] susceperit,[18] et tunc versus omnes defendat[19] si habeat unde, si non, respondeat pro se ipso. Item dare poterit ita libere sicut[20] ipse illam umquam[21] liberius tenuit, unde si per eum aliquo tempore inde fuerit onerata vel servituti supposita, ipse eam tenetur liberare per[22] modum donationis. Eodem modo si dicat ita libere sicut ipse vel aliquis antecessorum suorum illam liberius tenuerit, et sic eodem modo præstet feoffator quod promisit. Item sicut aliqua terra vel aliqua elemosina liberius dari poterit, hoc est de omni quod ipsum tangit et feoffatorem suum, et si habeat unde adquietet.

De servitiis forinsecis quæ aliquando in cartis exprimuntur certa et determinata quandoque non specificantur.

SUNT etiam quædam consuetudines quæ nec dicuntur intrinsecæ[23] nec forinsecæ,[24] sed sunt quædam servitia concomitantia, sicut servitia regalia

[10-11] fit iterum, MG, CM. [12] Om., OB, MA, MB. [13] tamen, V, MG, MA; cum, MSS. gen. [14] Om., LA. [15] tenementa, V., tenementum, LA, MC; ten., MSS. var. [16] alium, LA, MC. [17-18] unus reciperit, MB. [18] suscepit, OB, MG. [19] defendet, OB, MA, MB. [20-21] sicut unquam, MG; sicut illam unquam, CM. [22] propter, V, OC, LA, MG, CM. [23-24] intrinseca nec forinseca, OA, LA, OC, CE, Y, OB, MB, MC; intrinsecæ nec forinsecæ, V, MA, MG, CM.

et militaria et etiam homagia. Et ideo in cartis non sunt exprimenda, quia si homagium præcesserit et[25] regale servitium, sequitur exinde quod ad capitalem dominum pertinebit relevium vel custodia et maritagium, sive servitium militare vel seriantia propter exercitum ad plus se habuerit vel[26] ad minus, saltem ad unum obolum. Sunt etiam quædam consuetudines quæ servitia non dicuntur, nec concomitantia servitiorum, sicut sunt rationabilia auxilia ad filium primogenitum militem faciendum, vel ad filiam primogenitam maritandam, quæ quidem auxilia fiunt de gratia et non de iure, et pro necessitate et indigentia domini capitalis. Numquam enim[27] exigitur auxilium nisi præcedat[28] necessitas, nec tenetur aliquis ad huiusmodi auxilium præstandum nisi ex indigentia domini sui capitalis, et ex eo quod est liber homo suus. Et sunt huiusmodi auxilia personalia et non prædialia, personas enim respiciunt et non feoda, secundum quod perpendi poterit ex præcepto domini regis et[29] per breve suum. Est itaque præceptum tale, quod vicecomes iuste et sine dilatione habere faciat tali rationabile auxilium de militibus et libere tenentibus suis in balliva sua, ad primogenitum filium suum militem faciendum: et in eadem forma fiat breve de filia sua[30] primogenita maritanda, secundum quod inferius dicetur. Et cum huiusmodi auxilia dependeant ex gratia tenentium et non ad voluntatem dominorum, nec sunt feodalia sed personalia, haberi deberet[31] respectus ad personam[32] utriusque tam domini quam tenentis, ut domini necessitas, secundum quod maior esset vel minor, relevationem acciperet,[33] et quod tenens gravamen non sentiret, sed quod auxilium accipienti cederet ad commodum, et danti ad honorem. Sunt etiam inter alia quædam præstationes personales quæ non dicuntur servitia, sicut auxilia vicecomiti, quæ non tenetur feoffator warantizare. Item sunt fines communes pro toto comitatu, ut in itinere iustitiariorum et alibi pro misericordiis, ut si comitatus f. 37] pro transgressione in misericordiam inciderit, quæ quidem non sunt inter servitia connumeranda. Sunt etiam quædam communes præstationes quæ servitia non dicuntur, nec de consuetudine veniunt, nisi cum necessitas intervenerit, sicut sunt hidagia,[1] cornagia,[2] caruagia,[3] et alia[4] plura de necessitate et ex consensu communi totius regni introducta, et quæ ad dominum feodi non pertinent, et de quibus nullus tenetur tenentem suum adquietare, nisi se specialiter ad[5] hoc[6] obligaverit[7] in carta sua. Et unde cum[8] dicat feoffator et dominus capitalis, *Ego et heredes mei*

[25] Om., OB, MA, MB. [26] ita quod, CM, MG (— quod). [27] igitur, V, CM. [28] præcesserit, OB, MA, MB. [29] Om., V, OB, CM, MA, MB. [30] Om., OB, MA, MB, Y. [31] debent, MSS. var. [32] personas, MG, CM. [33] accipet, MG; accipiet, CM; accipiat, MB.

[1] hidegia, LA; hitagia, MSS. var. [1-4] hidagia cariagia et alia, OB. [2] curnagia, CM, MG. [3] carvagia, carnagia, caruagia, MSS. var. [5-6] Om., OB, MA, MB, CE, Y. [7] oneraverit, OB; adquietaverit, MA, MB. [8] Om., OB, MA, MB.

warantizabimus tali et heredibus suis tantam terram cum pertinentiis contra omnes gentes imperpetuum per prædictum servitium, hoc erit intellegendum tantam terram cum pertinentiis de omnibus servitiis et secularibus demandis quæ ad dominos feodi pertinent ratione prædicti tenementi. Igitur[9] servitia quæ pertinent ad dominum regem pro iustitia vel pace, sicut sectæ ad comitatum et[10] hundredum, et tres sectæ prænominatæ, ad curias,[11] auxilia vicecomiti, et ad fines communes et misericordias, excluduntur, cum[12] non pertineant ad dominos feodorum sed ad regem, nisi ipse dominus feodi[13] ad hoc specialiter se obligaverit in carta sua. Poterit enim dominus si voluerit se obligare ad indebita, et teneri et debita remittere si voluerit, ut si tenenti suo remittat custodiam, maritagium et relevium cum evenerint. Ea vero quæ pertinent ad regem remittere non potest, obligare tamen potest et onerare se ipsum. <In præiudicium domini regis nec tenentem adquietare, cum huiusmodi personas hominum requirant,[14] sicut visus franci plegii, et alia quæ introducta sunt pro pace et communi utilitate. Nec etiam dominus ea remittere poterit tenenti suo, si ipse dominus huiusmodi libertates habuerit a domino rege concessas, non magis quam facere sub se iustitiarios, cum ipse in hac parte sit iustitiarius domini regis, nisi[15] ipse rex[16] factum et concessionem domini feoffantis confirmaverit. Sed tunc ex confirmatione domini[17] regis factum domini roboretur,[18] nec poterit dominus contra factum suum venire, cum hoc non sit ad alicuius præiudicium nisi suum proprium. Nec ipse rex contra suam confirmationem, quod quidem aliter[19] esset. Sed huiusmodi libertates tantum pertinent ad regem et non ad alium.> Item poterit quis feoffari ab alio per diversa genera servitiorum faciendo,[20] scilicet servitium in denariis, et reddendo scutagia, et per seriantiam unam vel plures. Et unde si tantum in denariis sine scutagio vel seriantia, vel si ad duo teneatur sub disiunctione, scilicet[21] ad certam rem dandam pro servitio, vel aliquam[22] summam[23] in denariis, illud tenementum dici poterit socagium. Si autem superaddat scutagium et servitium regale, licet ad unum obolum, vel seriantiam secundum quod superius dictum est, illud dici poterit feodum militare. In carta vero de donatione quandoque adicitur hæc clausula, *Et ego et heredes mei warantizabimus tali et heredibus suis tantum,*[24] vel *tali et heredibus suis*[25] *vel assignatis et heredibus assignatorum,* vel *assignatis assignatorum et eorum heredibus, et adquietabimus et defendemus eis totam terram illam cum pertinentiis,* secundum quod prædictum est, *contra omnes*[26] *gentes*

[9] ideo, MG, CM. [10] vel, V, MA; vel ad, OB, MB. [11] curiam, LA, MC; ad cur., MSS. var. [12] Om., MG, CM. [13] Om., OB, MA, MB, CE, Y. [14] requirunt, V, MG, CM. [15-16] Om., LA, MC. [17] Om., LA, MC. [18] roboratur, V, LA, MC. [19] alter, MG, CM. [20] facienda, V; faciend., OB, CM. [21] si, MG, CM. [22-23] aliqua summa, LA, MC. [24-25] Om., MG, CM, Y. [26] omnes homines et, LA, MC.

imperpetuum per prædictum servitium. Per hoc autem quod dicit, *ego et* f. 87b] *heredes mei,* obligat se et heredes suos ad warantiam, propinquos et[27] remotos, præsentes et futuros, ei succedentes in infinitum. Per hoc autem quod dicit, *warantizabimus,* suscipit in se obligationem ad defendendum suum tenentem in possessione rei datæ, et assignatos suos et eorum heredes, et omnes alios secundum quod supra dictum est, si forte tenementum datum ab aliquo petatur in dominico. Per hoc autem quod dicit, *adquietabimus,* obligat se et heredes suos ad adquietandum si quis plus petierit servitii, vel aliud servitium quam in carta donationis contineatur. Per hoc autem quod dicit, *defendemus,* obligat se et heredes suos ad defendendum si quis velit servitutem imponere rei datæ contra formam suæ donationis. Item non sufficit si rem illam ei[28] warantizat[29] nisi warantizaverit eius[30] pertinentias,[31] sive consistant in corpore sive in iure. In corpore, ut si pertineant hameletti[32] qui non sunt[33] de corpore rei datæ. In iure, ut si[34] pertineat[35] advocatio in proprio, vel servitus[36] in alieno. Item poterit esse warantizatio larga et stricta. Larga, ut si dicatur, *Ego et heredes mei warantizabimus tali et heredibus suis.* Largior, ut si dicat,[37] *tali et heredibus suis et assignatis et heredibus assignatorum.* Item largissima, ut si dicat, *tali et heredibus suis et assignatis et eorum heredibus, et assignatis assignatorum et heredibus eorum.* Et sic tenetur donator et eius heredes omnibus[38] warantizare per modum donationis, si res data ad tot manus devenerit, et[39] hoc immediate. Si autem ita dicat, *tali et heredibus suis warantizabimus,* si talis ulterius dederit vel assignaverit, non tenetur ille principalis feoffator talibus warantizare immediate, sed per medium,[40] scilicet quod quilibet vocet ad warantum suum feoffatorem, de gradu in gradum ascendendo. Item poterit esse warantia stricta, ut si dicatur, *tali et heredibus suis quos de uxore sibi desponsata procreatos habuerit,* hic vero coartatur warantizatio ad tantum heredes expressos et non ad alios. Item strictior, ut si dicat, *Ego et heredes mei warantizabimus tibi,* quo casu excluduntur a warantia heredes donatarii. Item strictissima, ut si dicat, *Ego warantizabo vobis,* nulla facta mentione de heredibus donatoris vel donatarii. Item quamvis in donatione interveniat homagium et servitium per modum in donatione appositum, excusari poterit a warantia si hoc adiciat in carta donationis, ne ipse vel heredes sui teneantur ad warantiam, quia in multis casibus vincit conventio legem. Cum

[27] propinquos remotos, OB, MA, Y. [28] Om., OB, MA, MB. [29] warantizet, OB, MA, MB, Y, CM. [30-31] cum pertinentiis, MG, CM. [32] hammelecti, hamelecti, hameleta, MSS. var. [33] sint, OA, LA, MC, OC; fuit, MG, CM. [34] Om., OB. [35] permaneat, V; pertineant, OB. [36] servitiis, OB, MA, MB, CE, Y; servitia, LA. [37] dicatur, CE, Y, CM. [38] Om., MG, CM. [39] Om., OB, MA, MB, Y. [40] modum, OB, MA, Y (corr. medium).

autem teneatur ad warantiam donator, et feoffatum suum in seisina sua defendere noluerit,[41] et petens contra eum obtinuerit, tenetur donator ad excambium ad valentiam. Et[42] qui teneantur[43] warantizare, et cui et quando[44] et quando[45] non, dicetur plenius infra in tractatu de warantia, quod quidem esset longum hic enarrare.[46] Item dicitur in carta, *contra omnes gentes,* ad quod sciendum quod poterit unus vel plures a tali generalitate extra capi, ut si dicatur, *warantizabimus contra omnes gentes præterquam contra tales.* Item videndum cum dicat ita[47] generaliter[48] contra omnes gentes, an ipse et heredes sui warantizare debeant contra se ipsos. Et sciendum quod sub hac generalitate non comprehenduntur, quia si terram petant in dominico contra donationem et cartam suam, eliditur actio per exceptionem donationis, cum illi petere non possint quod contra alios debent warantizare. Eodem modo, si servitium petant indebitum, de-
f. 88] fendentur feoffati per cartam, vel dabitur eis actio ne indebitas exigant consuetudines et servitia, nec stare poterit simul quod quis petat ubi[1] defendere deberet, nec si feoffator petat versus feoffatum suum[2] numquam locum habebit[3] placitum de warantia cartæ. Item dicitur, *per prædictum servitium,* id est per servitium in carta donationis comprehensum, quia si nullum esset in carta expressum, superflua esset adiectio, scilicet per prædictum servitium. Et unde videtur quod omnia servitia et[4] consuetudines exprimi debent in carta donationis quæ pertinent ad dominum capitalem feoffatorem[5] ex[6] tenemento dato, et quod nihil aliud peti possit nisi quod in carta donationis expressum fuerit. Videtur etiam per hæc verba quod donator ad warantiam tenebitur quamvis homagium non intervenerit nec fidelitas. Et quoniam huiusmodi scripturæ non esset fides adhibenda nisi signum interveniret,[7] quod talis donatio et scriptura a conscientia et voluntate donatoris emanaret, ideo in testimonium et approbationem[8] rei gestæ apponit donator signum adiciendo in carta donationis clausulam istam, *Quod ut ratum sit* etcetera. Vel sic, *In cuius rei testimonium huic scripto sigillum meum apposui.* Debent etiam testes ad hoc vocari, ut sub præsentia eorum[9] omnia cum sollemnitate procedant, ut veritatem dicere possint si inde fuerint requisiti, et eorum nomina debent in carta comprehendi. Et si in confectione cartæ præsentes non fuerint, sufficit si postmodum in præsentia donatoris et donatarii fuerit recitata et concessa, et utilius et

[41] voluerit, V, OB, LA, CE, MC. [42] Om., MG, CM. [43] teneatur, OA, LA, OC, MC, MG, CM; tenentur, MA. [44] quantum, LA, MC. [45] quæ, MG, CM. [46] narrare, OB, MA, MB. [47-48] in generali, OB, MA, MB.

[1] sibi ubi, Y; sibi quod, OB; ubi quod, MA; sibi, MB. [2] Om., OA, LA, OC, MG, CM. [3] habet, LA, MC. [4-5] Om., LA, MC (+). [6] et, MG, CM. [7] intervenerit, V, OC, CM, Y. [8] probationem, OA, LA, OC, MG, CM; appropriationem, MC; probationem et approbationem, Y. [9] ipsorum, OB, MA, MB.

melius si in locis publicis, sicut in comitatu, hundredo, ut facilius probari possit si forte[10] fuerit dedicta. Et cum talis fuerit solemnitas adhibita, non multum refert utrum proprio vel alieno sigillo sit signata,[11] et cum semel a donatore coram testibus ad hoc vocatis[12] recognita et concessa. Si autem testes præsentes non fuerint nec talis solemnitas adhibita, si de signo et carta oriatur dubitatio, si cum[13] testes fuerint requisiti dicant se nihil inde scire, ita deficere poterit carta quamvis vera et bona, propter defectum probationis, deficere enim poterit probatio quamvis ius[14] non deficiat.[15] Si autem dubitaverint de carta et donatione, non probant, quia quotienscumque dubitatur an quid sit, perinde est ac si non esset illud.[16] Si autem dicant secundum credulitatem, non tamen probant, sed præsumptionem inducunt[17] cui standum erit donec probetur in[18] contrarium. Si autem dicat unus præsentem se fuisse, nec hoc sufficit ad plenam probationem, sed semiplenam quæ similiter inducit præsumptionem. Si autem duo dicant se interfuisse sufficit ad plenam probationem, licet alii[19] dicant se nihil inde scire, cum duobus non contradicant expresse, et cum[20] in ore duorum vel trium[21] testium stet[22] omne verbum. Si autem testes contrarii fuerint in suis testimoniis, et quidam illorum dicant contra cartam et donationem, et quidam pro,[23] et fuerint impares numero, maiori et digniori parti standum erit. Si autem pares numero et dignitate,[24] erit pro carta et[25] donatione iudicandum, ut donatio[26] magis valeat quam pereat. Item si dicant testes quod interfuerint ubi prolocutio[27] donationis facta fuit,[28] vel confectioni et recitationi notulæ, nec[29] hoc sufficit, quia[30] adhuc[31] possent[32] partes resilire. Item non sufficit cartam esse factam et signatam nisi probetur donationem esse perfectam, et quod omnia quæ donationem faciunt rite præcesserint[33] et subsecutam esse traditionem, alioquin numquam transferri poterit res donata ad donatarium. Poterit enim homagium præcessisse, et quod carta rite facta sit et vera et bona, et cum solemnitate f. 88b] recitata et audita, tamen numquam valebit donatio nisi tunc demum cum fuerit traditio subsecuta, et sic poterit carta esse vera, sed[34] sine seisina[35] nuda. Item aliquando vice versa poterit donatio esse vera et perfecta et carta falsa, ut si quis cum donationem fecerit et seisinam dona-

[10] Om., OB, MA, MB, CE, Y. [11] consignata, MG, CM. [12] testibus advocatis, MG, CM. [13] tamen, MSS. var. [14] Om., MG, CM, OC. [15] deficiunt, MG, CM. [16] Om., OB, MB, Y, CE; idem, CM. [17] inducit, MG, CM. [18] Om., OB, MA, MB, CE, Y, MC. [19] Om., MG, CM. [20] tamen, LA, MG, MC. [21-22] trium stat, MG, CM; trium testimonium stat, OC. [23] pro carta, V, OB. [24] dignitate et, MG, CM. [25] in, OB, MB. [26] Om., OB, MA, MB. [27] prælocutio, V, OB, MB, Y, MG, CM. [28] fuerit, V, MB. [29] non, OB, MA, MB. [30] quod, MG, CM. [30-31] quia ad hoc, MSS. var. [32] possunt, V, MA, MB, MG, CM, OC, Y. [33] processerunt, MG; processerint, CM. [34-35] sed sine facta seisina, V; sed facta seisina, MG, CM; sed sine seisina facta, OC.

tario, et hora congrua, sine carta obierit, vel[36] mente alienatus fuerit, et donatarius post hæc cartam donationis adquisierit, licet signum cognitum fuerit, nihilominus tenebit donatio et carta nulla erit. De hac materia plenius dicetur infra, de fide cartarum et instrumentorum si eis fuerit in iudicio contradictum.

Quod non valet donatio nisi subsequatur traditio, et ideo videndum de divisione possessionum et qualiter adquiratur possessio rerum.

DONATIONUM secundum quod prædictum est alia perfecta, alia imperfecta. Sed cum dare sit rem accipientis facere, numquam erit perfecta donatio antequam donatarius plenam habuerit possessionem, sive seisinam, et per se sine[37] aliquo[38] qui ius clamaverit in re, id est donec sibi tradita[39] res fuerit,[40] quia traditionibus et usucapionibus possessiones et rerum dominia transferuntur. Non enim sufficit si ius alicui concedatur, nisi donatarius seisinam[41] fuerit consecutus.[42] Sed quoniam possessio sive seisina multiplex est, imprimis videndum erit[43] quæ[44] sit possessio et qualiter dividatur. Item qualiter adquiratur per traditionem vel alio modo, et per quas personas adquiritur,[45] et qualiter cum[46] adquisita fuerit, retineatur, et qualiter quis uti debeat, et si pluribus fiat quis præferatur, et cum adquisita fuerit qualiter amittatur, et cum amissa fuerit qualiter restituatur.[47]

Quid sit possessio.

QUID sit possessio videndum. Et sciendum[48] quod possessio est corporalis rei detentio, id est corporis et animi cum iuris adminiculo[49] concurrente.[50] De re autem corporali ideo[51] dicitur, quia incorporalia non possunt possideri nec[52] usucapi, nec sine corpore tradi, quia per se traditionem non patiuntur. Ideo dicuntur quasi possideri. Tradi enim possunt vel quasi per patientiam et[53] per usum. Et possessio ideo dicitur rei detentio, quia naturaliter tenetur ab eo qui ei insistit, id est corporaliter. De hoc autem quod dicit[54] *corporis et animi cum iuris adminiculo concurrente,* dicetur infra plenius. Et cum quis in possessione fuerit et ei controversiam moveamus, aut pertinet ad hoc ut nostrum quod non possidemus, et forte iniuste fuerimus eiecti de possessione propria, vel si alienam sicut antecessorum nostrorum petierimus quod[55] nobis restituatur, vel ad hoc quod per[56] inter-

[36] sive, OC, MG, CM. [37-38] sive per alium, V; sine alio, OA, LA, OC, MG. [39-40] tradita sit res, MG, CM, OC. [41-42] seisinam quis fuerit subsecutus, OB, MA, CE, Y, MB (— quis). [43] est, MA, CM; om., OB, MB, Y, (+ CE). [44] quid, V, OB, Y. [45] Om., OB, MA, MB, CE, Y. [46] aut cum, MG; ante cum, CM; cum autem, OC. [47] restituatur ideo dicitur quis est in possessione vel quasi, V, OC. [48] sciendum est, MSS. var. [49-50] vinculo concurrente sive adminiculo, OB, MA, MB, CE, Y. [51] idem, MG, CM, OC. [52] neque, MSS. var. [53] vel, OB, MA, MB, CE, Y. [54] dicitur, V, MG, CM, OC. [55] Om., OA, LA, MG, CM. [56] Om., OB, MB, (+ Y).

dictum nobis retinere liceat libere et quiete, bene et pacifice[57] possidemus. Restituendæ enim possessionis ordo per actionem expeditur. Retinendæ[58] vero duplex est,[59] aut exceptio vel interdictum. Exceptio vero datur multis de causis.

De divisione: qualiter dividatur possessio.

DIVIDITUR autem possessio sic: possessionum alia civilis, alia naturalis. Civilis autem est quæ animo tantum retinetur. Naturalis, quæ corpore, et aliquando iusta[60] est et aliquando[61] iniusta. Et potest quis utroque modo possidere, scilicet animo et corpore, ita quod neque corpore per se, neque animo per se, et adquirere nemo potest possessionem nisi utroque animo et corpore, et sicut non potest possessio nisi animo et corpore adquiri, sic non f. 89] potest nisi utroque amitti, et cum utroque adquiratur licet corpore amittatur,[1] animo solo poterit retineri. Item possessionum alia iusta, alia iniusta, secundum quod inferius videri poterit in tractatu de assisa novæ disseisinæ. Item alia vera, alia imaginaria sive[2] colorata[3] sive fictitia. Imaginaria,[4] ut[5] si quis[6] se gesserit ac si possideret cum alius possideat. Item alia nuda, alia vestita. Nuda, ubi quis nihil iuris habet in re, nec aliquam iuris scintillam, sed tantum nudam pedum positionem:[7] vestita, iure, titulo, vel tempore. Item quædam adquisita et quædam adquirenda. Item quædam bona et firma, quædam[8] adepta, et quædam adipiscenda, et quædam nuda et infirma.[9] Item quædam propria, quædam aliena, et alienarum quædam propinqua et quædam remota. Item quædam vetus, et quædam recens et nova. Item est quædam quæ nihil iuris habet sed aliquid possessionis, ut si quis fuerit in possessione per intrusionem. Est et alia possessio quæ aliquid habet possessionis, sed nihil iuris, ut si quis fuerit in possessione ut custos vel creditor, et huiusmodi. Est et[10] alia quæ multum habet possessionis et[11] parum iuris, sicut est possessio antecessoris[12] in causa[13] possessionis ubi[14] alius habet ius merum et antecessor feodum et liberum tenementum. Est et alia possessio quæ plurimum habet possessionis et aliquid iuris, ubi vertitur causa proprietatis, ut si quis tenuerit ad terminum vitæ vel annorum.[15] Est[16] etiam[17] possessio quæ multum habet possessionis et multum iuris, sicut illa ubi quis[18] habet in re aliqua ius merum et

[57] in pace, MG, CM, Y. [58] retinendo, MG, CM. [59] Om., OB, MA, MB. [60-61] iusta et aliquando, CE, MA; iusta aliquando, OB, MB, Y.

[1] poterit amitti, V, MG, CM. [2-3] Om., OA, LA, MC. [2-4] Om., OB, MA, MB, CE, Y. [5-6] vero ubi quis, V, OC, MG (nisi), CM (nisi). [7] possessionem, MC, LA (— ped.). [8-9] Om., LA, OB, CE, Y, MA, MB, MC. [10] etiam, MG, CM. [11] sed et, OB, MA, Y. [12-13] antecessoris de qua quis moritur seisitus in causa, OC. [13-14] causa possessionis de qua quis moritur seisitus ubi, V, MG, CM. [15] annorum per concessionem alicuius qui illam sic dimisit in vita sua, et non obiit inde seisitus, V, OC, MG, CM. [16-17] item est, OB, MB, CE, Y, MA (— est). [18] aliquis, MG, CM.

proprietatem, feodum et liberum tenementum cum seisina.[19] Item possessionum quædam brevis et tenera, et quædam longa et tempore firmata, ut si quis per intrusionem vel disseisinam in seisina fuerit, vel ab eo qui nihil iuris habuerit, vel si aliquid habuerit, in præiudicium veri domini feoffaverit qui merum ius[20] habuit[21] et proprietatem, vel contra conventionem vel modum donationis, vel[22] huiusmodi, ubicumque vertitur in alterius præiudicium, talis possessio semper erit tenera donec ex tempore quod pro titulo sufficiat fuerit firmata per negligentiam veri domini vel impotentiam. Si autem facta fuerit donatio ab aliquo qui ius habet et proprietatem, feodum et liberum tenementum et seisinam, cum donatarius animo retinendi ingressus fuerit, et donator a possessione recesserit cum familia sine animo vel spe revertendi, statim et sine mora erit donatio firma, et adquiritur liberum tenementum accipienti[23] ex quo concurrunt sine alicuius præiudicio ius et seisina. Item possessionum alia pacifica, alia contentiosa. Et poterit esse contentio iniuriosa vel iusta secundum quod possessio fuerit iusta vel iniusta. Item possessionum[24] alia continua et longa, alia interrupta et[25] brevis, ut si malæ fidei possessor sicut intrusor vel disseisitor, in longa et pacifica extiterit[26] possessione, liberum tenementum adquirunt ex tempore. Ita[27] si verus dominus statim et recenter impetraverit, vel nitatur eos eicere licet non possit, talis possessio dicitur interrumpi,[28] et ita quod si post longum tempus eiecerit, incontinenti dicetur eiecisse, dum tamen continua sit vis et invasio. Item possessionum alia iusta civiliter et naturaliter quantum ad quasdam personas, quantum ad alias iniusta utroque modo, scilicet f. 89b] quantum ad verum dominus poterit esse tenera, et quantum ad alios qui ius non habent firma et bona, ut si quis alium feoffaverit de[29] re aliena, ut supra tactum[30] est, et[31] talis poterit[32] esse tenera.[33] Item est quædam possessio precaria, ut si quis concesserit alicui habitationem vel usumfructum in re sua ad voluntatem suam, quæ satis dicitur[34] nuda, eo quod tempestive et intempestive poterit revocari, et si talis contra voluntatem[35] veri domini seisinam retinere contenderit,[36] statim eiciatur, et si eici non possit, eiciatur per assisam. Item est possessio concessa pro pretio, et tunc refert utrum certum sit pretium constitutum vel incertum. Si autem[37] certum pretium ad[38] certum tempus vel imperpetuum, eici non poterit

[19] seisina sed de qua non obiit seisitus, V, OC, MG, CM. [20] Om., MA, MB. [21] habuerit, OA, LA, OC, Y, CM, MC, MA, MB. [22] et, V; scilicet, LA; simul, MG, CM. [23] accipiendi, MG, OC, CM (a-dæ). [24] possessio, OA, LA, OC, MG. [25] vel, V, MG, CM, OA, LA. [26] extiterit, V, OC, MG, CM; extiterint, OA, OB, LA, CE, Y, MB, MA (corr. e-it), MC. [27] item, OB, Y. [28] interrupta, V, MG (corr. interrumpi). [29] et, OC, CM; in, MG. [30] dictum, MG, CM, MB. [31-33] Om., OA, LA, OC. [32] posset, OB, MB; possit, MA. [34] videtur, OB, MA, MB. [35] veritatem, OA. [36] contenderet, OB, MA, MB; contendit, OC, MG, CM. [37] autem sit, OB, MB, MA (fit). [38] vel ad, OB, MA, MB, (* Y).

pro[39] voluntate[40] concedentis. Si autem incertum, tunc fiat ut supra dicitur[41] de precario.

De traditionibus.

Item non valet donatio nisi subsequatur[42] traditio, quia non transfertur per homagium res data, neque per cartarum vel instrumentorum confectionem quamvis in publico fuerint recitata. Item nec[43] per imaginariam traditionem ubi[44] corpore recedit et animo retinet possessionem, et vult potius quod res data cum eo remaneat quam transeat ad donatarium, et unum agit et aliud agere simulat. Sed tunc demum cum donator plenariam fecerit seisinam donatario per[45] se[46] si præsens fuerit, vel per procuratorem et litteras si absens fuerit, ita quod carta donationis et litteræ procuratoriæ coram vicinis ad hoc specialiter convocatis legentur in publico. Et etiam cum donator corpore et animo recesserit a possessione, si præsens[47] fuerit in ipsa traditione, sine aliqua spe et animo revertendi[48] ut dominus, et cum donatarius in possessione vacua extiterit corpore et animo et[49] cum voluntate retinendi possessionem, et quod unus desinat et alius incipiat possidere: quia donator numquam desinit possidere donec donatarius plenarie fuerit in seisina, nec iacebit seisina aliquo tempore medio vacua.

Quid sit traditio.

Videndum est imprimis quid sit traditio. Et est traditio de re corporali,[50] propria vel aliena,[51] de persona in personam, de manu propria vel aliena, sicut procuratoria, dum tamen de voluntate domini, in alterius manum gratuita translatio. Et nihil aliud est traditio in uno sensu nisi[52] in possessionem inductio. *De re corporali* ideo dicit quia res incorporalis non patitur traditionem, sicut ipsum ius quod rei sive corpori inhæret, et quia non possunt possideri, sed quasi. Ideo traditionem non patiuntur, sed quasi, nec adquiruntur nec retinentur nisi per patientiam et usum. *De re propria vel aliena* dicit quia[53] refert quis traditionem facere possit. Et sciendum quod omnis qui donationem fecerit[54] sive sit dominus sive non dominus.[55] Si autem fiat traditio a vero domino, statim et sine mora incipit donatarius habere liberum tenementum propter coniunctionem iuris et seisinæ, et mutuum utriusque partis consensum, et sufficit semel voluisse in ipsa traditione vel post traditionem,[56] et quia res quæ traditione nostræ fiunt[57] iure

[39-40] per voluntatem, OB, MA, MB, CE, Y. [41] Om., OB, MA, MB, CE, Y. [42] sequatur, OB, MA, MB, CE, Y. [43] neque, MSS. var. [44] nisi, MSS. var. [45-46] Om., OB, MA, MB, Y. [47] absens, OB, MA, MB, MC, CE, Y, V. [48] retinendi, MA, MC, MB, CE, Y, OB (—et animo). [49] Om., MG, CM. [50-51] corporali vel aliena vel propria, OB, MA, MB, CE, Y. [52] quam, OB, MA, MB. [53] quod, V, MG, CM. [54] fecerit, OA, MA, MC; facit, Y; traditionem, OB; etc., OC, CM, MG; om., LA, CE, MB. [55] Om., OC, MG, CM. [56] donationem, OB, MA, MB. [57] fiunt, OA, LA, Y, MC; nostra fuerint, V, MG, CM; nostræ fuerint, OB, MA, MB, CE.

gentium nobis adquiruntur. Nihil enim tam conveniens[58] est naturali æquitati quam desiderium domini volentis in alium rem suam transferre[59] f. 40] ratam[60] haberi. Et nihil interest an ipse dominus per se tradat alicui rem datam, an alius voluntate ipsius, sicut per procuratorem si ipse præsens non fuerit, vel per nuntium cum litteris tamen procuratoriis patentibus, ut supra dictum est in parte, continentibus voluntatem ipsius donatoris. Et in quo casu ostendantur[1] litteræ et carta ut[2] dici poterit talis habuit breve et cartam, secundum quod Anglice dicitur, *He hadde bothe writ and chartre.* Et sive fiat traditio per ipsum dominum vel per procuratorem, si[3] cui fieri debeat traditio de aliqua domo per se vel mesuagio ratione alicuius fundi, eo animo ut donatarius totum fundum possideat usque ad terminos[4] cum omnibus iuribus et pertinentiis suis, et ubi non est necesse omnes glebas circuire, nec ubique nec undique pedem ponere, fieri debet traditio per ostium et per[5] haspam vel[6] per[7] anulum,[8] et sic erit in possessione de toto ex voluntate et aspectu et[9] possidendi affectu.[10] Si autem nullum sit ibi ædificium, fiet[11] ei[12] seisina secundum quod vulgariter dicitur per fustum et per baculum, et sufficit sola pedis[13] positio cum possidendi affectu ex voluntate donatoris, quamvis statim expletia non ceperit. Poterit enim quis habere liberum tenementum ex traditione, quamvis statim non utatur nec expletia capiantur,[14] quia usus et expletia non multum operantur ad donationem. Valent tamen multotiens ad possessionis declarationem, et dici poterunt vestimenta donationum sicut traditio. Si quis enim equum[15] emerit in ipsa traditione suus erit, licet statim eo non utatur, et illud[16] idem dici poterit de vestimento et huiusmodi. Eodem modo si quis fundum emerit, non poterit statim arare nec excolere, quia boves forte[17] non habet neque carucam, nec aliquid[18] quo uti possit, vel[19] quia dies feriatus,[20] et sufficit[21] talis seisina quoad liberum tenementum. <Et cum animo tali transferatur fundus ut donator totum transferat et donatarius totum recipiat, non sufficit quod donatarius utatur in aliqua parte, sive in principali sive in pertinentiis, nisi donator et omnes sui omnino a possessione exeant, quia utendo in parte per se vel per suos totum retinet fundum cum pertinentiis, quamvis donatarius in aliqua parte utatur, sive in principali sive in pertinentiis, quia per talem usum nihil adquirit. Sed[22] si fiat inquisitio de usu,[23] et inquiratur quod donator in aliqua parte usus sit usque ad mor-

[58] inconveniens, OB, MA, MB. [59] transferri, OB, MB. [60] ratum, OB, MA, MB, CE, Y, V.
[1] ostenduntur, MG, CM. [2] et, MG, CM. [3] sed, MG, CM. [4] terminum, OA. [5] Om., OB, MA, MB. [6-8] Om., OA, LA. [7] Om., OC, CM. [9-10] per possidendi affectum, MG, CM, OC (et). [11] fiat, V, OB, MA, MB, Y, CM. [12] ibi, MG, CM. [13] pedum, MG, CM. [14] capientur, MG, CM. [15] Om., OB, MB, (+ MA). [16] istud, LA, Y; id, MG. [17] fortasse, OB, MB, CE, Y. [18] aliud, OA, LA, OC, MG, CM, MC. [19-21] vel dies sit feriatus sufficit, MG, CM. [20] feriatus est, LA, MC. [22] Om., OC, MG, CM. [23] casu, MG, CM.

tem, non erit ulterius quærendum si donatarius in aliqua parte usus fuerit, quia ista[24] inquisitio esse debet cum donatarius ex ea nihil debet[25] consequi. Et semper videndum est quæ sit res principalis quæ venit in donationem, utrum videlicet terra, fundus, vel manerium, vel domus, et tunc qualis debeat esse traditio et qualis usus.> Item nec expletia capere, quia nondum advenit tempus messium neque vindemiarum. Si autem fructus non maturos perceperit vel arbores prostraverit, ista non debent dici expletia, cum sint potius ad damnum quam ad commodum. Idem dici poterit de pastu pecoris, quod[26] sufficit quoad seisinam quod quis habeat aspectum et possidendi affectum, quamvis statim pecus[27] non immittat, etiam secundum numerum debitum. Item si traditio non interveniat, sufficit[28] pro traditione quoad seisinam et liberum tenementum longa seisina et pacifica et longus usus, quamvis in re aliena. Ut si quis ingressum habuerit in rem vacuam et a nullo possessam, sicut in hereditatem non aditam,[29] longa enim possessio sufficit pro traditione, et parit ius. Item cum præcesserit donatio, et donatarius propria auctoritate sine donatore vel eius procuratore, vel sine litteris[30] et nuntio se posuerit in seisinam sine traditione, non valet talis seisina. Potest[31] enim donator ante traditionem mutare voluntatem, cum imperfecta sit donatio, et possessionem retinere corpore et animo, et si talis se teneat in possessione competit domino assisa novæ disseisinæ. Sed si donator post talem seisinam bonæ memoriæ existens, quamvis impotens sui, ratam habuerit donationem et talem seisinam approbaverit, ex ratihabitione convalescit. Item sufficit pro traditione corporali nuda voluntas domini ad alium, quasi mutata causa possessionis, dum tamen fiat cum solemnitate quod probatio no deficiat, ut si quis rem alicui locaverit vel concesserit ad terminum vitæ vel annorum, postea[32] eidem vendiderit vel donaverit, licet eam ex tali causa primo non habuerit, eo tamen quod ipse dominus patitur eam ex tali causa vel alia quacumque apud eum esse sua
f. 40b] efficitur. Eodem modo si ex nulla iusta causa præcedente, sed si per intrusionem vel[33] disseisinam sit aliquis in possessione rei alterius, et velit dominus proprietatis quod sua sit, sua erit, quamvis possessio apud verum dominum non fuerit. Fingitur enim per voluntatem domini quod res quasi ex eo et per manum suam ad detentorem pervenerit possessio et dominium. Item videndum quid transferat qui tradit. Et[34] sciendum[35] quod transfert[36] ad eum qui accipit quod est apud eum qui[37] tradit, ut si quis in

[24] Om., CM; (* si), MG. [25] debeat, V, LA, MC. [26] quia, V, MG. [27] pecora, V; petens, OC, MG, CM. [28] Om., MA, MB, OB (quia). [29] additam, OC, MG, CM. [30] littera, MG, CM; brevi, V; bou., LA. [31] poterit, OB, MA, MB, CE, Y. [32] et postea, V, MG, CM, OC. [33] et, OB, MA, MB, CE, Y, OC. [34] Om., MG, CM, OC. [35-36] sciendum quod illud totum et aliter quam ipse teneat et seipsum obligare potest transfert, V (transferat), OC, MG (— teneat), CM (— teneat). [37] cui, MG, CM.

fundo dominium habuerit[38] merum[39] ius et proprietatem, feodum[40] et liberum tenementum, et usumfructum, et totum tradendo statim totum transfert ad donatarium. Si autem totum non habuerit, statim transfert id[41] quod habet. Et si non nisi usumfructum tantum, tamen statim facit suo feoffato liberum tenementum, quantum ad se et[42] alios qui ius non habent, sed quantum ad verum dominum non nisi post tempus. Si autem omnino nihil habuerit qui tradit nec aliquam seisinam, ad eum qui accipit nihil transfert, quia dare et transferre non potest nec tradere id[43] quod non habet. Cum autem dominium tradatur, transfertur ad accipientem tale dominium quale fuit apud eum qui tradidit, ut si fundus fuit servus vel oneratus, transfertur cum servitutibus et onere, nisi donator in se susceperit[44] onus in ipsa donatione in toto vel in parte. Si autem liber fuit fundus, transfertur tunc uti[45] fuit.[46] Item si donator liberum fundum esse dixerit cum tradiderit, qui[47] re vera servus fuerit, nihil iuris[48] servituti fundi detrahit,[49] sed obligat se[50] debere præstare quod dixerit.[51] Si autem fundum tradiderit cum pertinentiis et servitutibus, pertinentias et servitutes transfert ad eum qui accipit. Et si nihil aliud[52] transferre poterit donator ad accipientem quam ipse habuit, ut si non nisi nudum usum, vel[53] usumfructum, tamen ad aliud transfertur quoad accipientem, scilicet ad ius merum, feodum, et liberum tenementum, quia ex eo quod quis in possessione fuerit quali[54] quali,[55] poterit hæc omnia facere suo feoffato quoad dominium, vel saltem quoad excambium, licet dominus[56] rei non extiterit.[57] Sed statim non efficitur accipiens dominus nisi post seisinam longam et pacificam, quantum ad verum dominum. Et unde[58] si verus dominus recenter eum eiecerit,[59] per assisam non recuperabit si donator plenum ius in re non habuit,[60] ut si non nisi ad vitam tenuerit, vel non nisi usumfructum vel nudum usum habuerit. Si autem donator talem eiecerit vel alius qui
f. 41] ius non habuerit,[1] versus omnes tales quolibet tempore per assisam recuperabit. Si autem donatio et traditio facta[2] fuerit de eadem re uni ab uno domino, et alii a non domino, traditio facta a domino prævalebit, et idem[3] si duobus, quia una poterit revocari et alia non. Item si a duobus non

[38] habuit, OA, Y. [39] verum, OB, MA, MB, CE. [40] et feodum, MG, CM, OC. [41] aliquid, OB, MB; MA, corr. id. [42] et ad, MG, CM. [43] illud, OB, MA, MB. [44] Om., OB, MB. [45] ut, OC, Y. [45-46] uti frui, OB; uti sint, MG, CM. [47] quia, MG, CM. [48] iure, V; iur., OA, OB, MA, MB, Y, MG, CM, MC. [49] detraxerit, OB; detraxit, MA, MB. [50-51] se præstare quod dixisse deberet, OB, MA, MB, CE, Y. [51] dixit, CM. [52] Om., MG, CM. [53] vel si, V, OC, MG, CM. [54-55] quali quali, V, OA, MC, LA, OC; quasi, OB, MB, CE, Y; quali, MG, CM, (MA corr.). [56-57] domino . . . constiterit, OB, MA, MB, CE (— non), Y, MC (extiterit). [58-59] unde et si verus dominus non recenter eiecerit, MG, CM. [60] habuerit, MSS. var.

[1] habuit, MSS. var. [2] celebrata, OB, MA, MB, CE, Y. [3] ideo, MG, CM.

dominis fiat donatio et traditio de eadem re uni vel duobus, utraque a vero domino poterit revocari, et quantum ad donatores[4] ille præfertur qui prius fuit in seisina. Et idem dici poterit[5] de duobus[6] quibus dominus[7] vel non dominus donationem[8] et[9] traditionem[10] fecerint.[11] Et unde versus,

> Rem domino vel non domino vendente duobus,
> In[12] iure est potior[13] traditione prior.

<Adquiritur[14] res per traditionem, quia traditionibus et usucapionibus etcetera. Et quod dicitur[15] traditione adquiri[16] possessionem,[17] regulare quidem verum est quod inter vivos non adquiritur dominium sine inductione in possessionem: sed tamen aliquando bene adquiritur sine possessione vacua. Illa enim verba *in vacuam possessionem* dicuntur demonstrative et non causative. Regulare autem dixi ideo, quia quandoque sine traditione transit dominium et sufficit patientia, ut si tibi vendo quod tibi accommodavi, aut apud te deposui vel ad firmam vel ad vitam. Et[18] si quod ad vitam vendam tibi in feodo, et sic mutaverim causam possessionis, hoc fieri poterit sine mutatione possessionis. Ex hoc enim quod patior rem meam esse tuam ex alia causa, vel apud te esse, videor tradere. Idem de mercibus in horreis. Idem etiam dici poterit et assignari quando res donata est vel vendita in conspectu, quam venditor vel donator dicit se tradere, ut si ducatur[19] in aream[20] vel campum. Item retentio ususfructus et traditio instrumenti rei de firma et termino pro traditione accipitur. Item illud[21] idem poterit assignari cum rem illam quam tibi donavi et non tradidi conducam[22] a te,[23] sic[24] videor tradere. Item si rei petitæ acceperim[25] pretium, ut si petam a te rem meam et res sit in præsenti, transfero proprietatem in emptorem, si emptor postea nanciscatur possessionem mea[26] voluntate. Item si res animo vacua non fuerit, ut si das,[27] vel alio modo ad vitam, transferri poterit pro ea parte quæ vacua fuerit, ut si ego do[28] dominium et proprietatem et liberum tenementum et alius usumfructum, quod meum est transferre potero sine præiudicio usufructuarii. Item quod meum est si habuero proprietatem et alius liberum tenementum, quod meum[29] etcetera, sed ita quod ille qui ita[30] partim
f. 41b] meo nomine et partim suo proprio attornatus[31] fuerit donatario sicut fuit donatori, et ipse se attornaverit sicut waranto suo, et[32] ita quod

[4] donatorios, V. [5] potest, V, OA, LA, MC. [6-8] de duobus dominis donationem, OA. [7] Om., MG, CM, OC; domini, OB. [9-10] Om., OB, MA, MB. [11] fecerit, V, MB, Y; facientibus, OA. [12-13] de iure potior, OC, MG; de iure ipsorum, CM. [14] adquiritur etiam, OC. [15] Om., OC, MG, CM. [16] adquiri potest, OC; adquiritur, CM. [16-17] adquirit possessio non, MG. [18] ut, LA, MC; vitam si quod, MG. [19] dicatur, OC, CM, MC, MG (corr. ducatur). [20] horreum, V, MG, CM. [21] istud, LA. [22] conductam, MG; conduccam, OC. [22-23] condicio causa te, CM. [24] si, MG, CM. [25] ac ipse, CM; acciperim, MG; acciperem, OC. [26] in ea, MG, CM. [27] dos, V, LA, MC; das, OC, MG, CM. [28] Om., LA, OC, MC. [29] meum est, V, CM. [30] Om., MG; utetur, OC. [31-34] Om., OC. [32] Om., MG, CM.

donator nec heredes sui umquam[33] habeant regressum aliquo tempore etcetera.[34] Item sufficit pro[35] traditione, etsi[36] traditio non præcedat ratihabitio donatoris si in prima voluntate præstiterit cum memoria bona. Item oportet quod vestita sit traditio et non nuda, scilicet quod traditionem præcedat vera causa vel putativa qua[37] transeat dominium. Et illud non refert utrum[38] tradat dominus an alius eius[39] tamen[40] voluntate. Et non refert multum utrum præcedat vel sequatur voluntas, ut si procurator liberam habens administrationem negotiorum universorum, si talis vendiderit et tradiderit rem facit accipientis voluntate domini subsecuta. Item contra voluntatem domini quandoque transfertur dominium, scilicet per iudicem, quia iudicium[41] ruit in invitum. Et non fit[42] hoc tantum inter vivos, sed etiam in ultima voluntate dum tamen donator bonam habeat memoriam, sicut fieri solet inter vivos. Item quædam transeunt cum universitate licet de eis specialiter non fiat mentio, sicut sunt pertinentiæ et iura. Item in incertam personam, sicut sunt missilia.[43] Item sine traditione, res habita pro derelicta[44] ubi dominus statim esse desinit dominus: si autem causa[45] levandæ navis non sit, quia non ea voluntate eicit quis ut desinat esse dominus vel nolit. Si autem ea mente ut nolit esse dominus, aliud erit. Item sine traditione si velit quis id quod est apud te[46] disseisina vel intrusione tuum sit et[47] tibi[48] remaneat, tamquam venditum vel[49] datum.[50]> <Item videndum qualiter donatarius et per quem poni debeat in seisinam. Et sciendum quod per seipsum vel per[51] procuratorem quemcumque hominem proprium vel alienum, qui nomine suo recipiat seisinam, sive cum absens dominus[52] sit hoc [fiat[53] sive præsens, vel cum hoc][54] sciat vel ignoret,[55] dum tamen cum sciverit consentiat. Item seisinam potest recipere absens vel præsens, sciens vel ignorans, si[56] ille qui in seisina fuerit ad terminum vitæ vel annorum attornatus fuerit donatario, et cum ipse de voluntate sua attornaverit ei, et ei fecerit servitium, ita quod donatarius in seisina fuerit per se vel per attornatum suum,[57] et quod[58] hoc sit notorium[59] quod possit veritas probari,[60] quod si[61] fuerit eiectus per donatorem recuperabit. Si autem per alium ad quem non pertinet et donatarius assisam portaverit vocandus erit donator, et si ratam habuerit donationem recu-

[33] nunquam, V; unquam, LA, MG, CM, MC. [35] quod, MG. [35-36] quod si, CM. [36] ut si, OC. [37] quæ, LA; quod, MG, CM; qua, V, MC; quia (corr. quæ), OC. [38] Om., LA, MC; an, OC. [39-40] cuius causam, MG, CM. [41] iudicem, MG, CM; iudicium tunc, LA, MC. [42] Om., OC, MG, CM (— hoc). [43] missibilia, V; minisibilia, CM; missalia, MC. [44] delicto, LA, MC. [45] tam, MG, LA, MC. [46] te in, LA, MC. [47-48] etc., V, MG, CM. [49-50] Om., MG, CM. [51] Om., MG, CM. [52] Om., OC, MG, CM (— d. sit). [53-54] Om., LA, OC, MG, CM, MC. [55] ignorat, OC, MG, CM. [56] sed, MG, CM. [57] Om., MG, CM. [58] Om., MG, CM. [58-59] hoc quod sit donatarium, OC. [60-61] probari si, LA, MC; probari quod, MG, CM; probari quod si, OC.

perabit donatarius, et si irritam, primo discutiatur inter eos, et postmodum procedat assisa versus extraneum vel non procedat.>

Facta traditione, videndum quando donatarius incipit possidere et quando donator desinit.

VIDENDUM est etiam quando donatarius post traditionem incipit possidere et donator desinit. Et tunc refert utrum donatarius fuerit in possessione per se, et vacuam habuerit[62] seisinam sine donatore vel suis, vel si donator fuerit in possessione simul cum donatario, vel aliqui de suis nomine[63] suo.[64] Et sciendum quod donator numquam desinit possidere antequam donatarius possidere incipiat, quia uno incipiente desinit alius, dum tamen donatarius in possessione fuerit[65] vacua, et donator et sui extra possessionem extiterint corpore et animo possidendi, et donatarius in possessione corpore proprio vel alieno nomine suo cum animo possidendi. Et sic desinit donator et incipit donatarius possidere. <Desinit[66] donator possidere cum corpore et animo donandi et transferendi ad donatarium se posuerit extra seisinam. Corpore, dico, proprio et suorum, et incipit donatarius cum ingressus fuerit vacuam possessionem per se vel per suos, id est corpore proprio vel suorum cum animo possidendi et retinendi,[67] et[68] sic desinit unus et incipit alius. Sed qualiter perpendi poterit quo animo donator donationem fecerit, cum[69] solus deus cor hominis intueatur, et homo secundum faciem iudicare oportet? Per exteriora, secundum[70] opera exteriora et secundum visum et[71] intellectum hominum.[72] Dicere enim[73] poterunt, *Vidimus quod talis gratis et de voluntate sua exivit et sine aliqua coactione, et quod donatarius libere intravit.*> Et sciendum quod animo et corpore simul adquiritur possessio, et non corpore per se nec animo per se, et sicut adquiritur utroque ita non amittitur nisi utroque, quia si quis a possessione eiciatur, non amittit statim utramque possessionem naturalem et civilem, quia animo retinere poterit civilem licet fuerit extra possessionem, secundum quod inferius dicetur[74] de assisa. Item solo corpore, quod non est multum in usu sine animo, ut post mortem alicuius donec corpus efferatur[75] ad sepulturam, quia ante non erit possessio vacua quin animo vel corpore retineatur, et cum corpus efferatur[76] iam utroque desinit possidere. Et de hac materia dicetur plenius infra de assisa. Item desinunt quidam possidere in veritate, quidam quoad
f. 42] opinionem hominum, quia imaginaria poterit esse donatio, et similiter traditio, quia poterit quis naturaliter possidere vere et iuste, et etiam

[62] habuit, MSS. var. [63-64] Om., OB, MA, MB, CE, Y. [65] Om., OB, MA, MB, CE, Y. [66] vel desinit, MG, CM. [67] recipiendi, LA. [67-68] Om., MG, CM. [69] et, MG, CM. [70] sed, MG, CM. [71] et non, CM, MG, OC (* non). [72-73] hominum dare enim, OC; homines enim dicere, CM; homini dicere enim, MG. [74] dicitur, MSS. var. [75-76] offeratur . . . offeratur, MG, CM.

naturaliter[1] iniuste et non vere. Est enim naturalis possessio iusta et iniusta. Iusta, ut si facta[2] traditione extiterit donatarius in possessione vacua et per se: naturalis et iniusta, ut si cum donator donatarium induxerit in possessionem ambo simul remanserint in possessione, et quo casu dum donatarius in possessione fuerit si utatur ut prius, et statum[3] non mutaverit,[4] uterque habet naturalem possessionem, sed donator iustam et donatarius iniustam. Et idem erit si uterque utatur ut dominus, quia donator utendo possessionem suam continuat, et donatarius utendo nihil sibi adquirit. Si autem donatarius utatur ut dominus et donator non, adhuc non incipit donatarius possidere quia vacuam non habet possessionem. Et idem[5] dici poterit de familia donatoris, ut si[6] cum[7] donator donatarium in possessionem induxerit, et sic corpore proprio et animo recesserit, relictis in possessione uxore, pueris, vel alia familia,[8] licet donatarius utatur, tamen per talem usum nihil adquirit prædicta ratione, quia vacuam non habet possessionem. Item esto quod cum donator donatarium in possessionem induxerit, simul[9] in possessione extiterint per aliquod tempus, et simul a possessione recesserint, quia poterit esse donatio et traditio imaginaria et fictitia, de veritate et partium voluntate et animo constare non poterit nisi per usum. Per usum enim in hoc casu declarari poterit veritas, et in hoc est usus necessarius, quia quamvis per inductionem in possessionem præsumi posset donationem et traditionem esse veram, et cui standum erit[10] donec probaretur[11] in[12] contrarium, tamen posset donator ipso facto docere contrarium utendo ut prius per se vel per[13] suos, et per factum tale vincitur præsumptio, eo quod facit contrarium facto præcedenti. Per exteriora enim præsumi poterit de interioribus, secundum quod dicitur, *Monstrat per vultum quid sit sub corde sepultum,* et multo fortius monstrare poterit per factum. Item cum ambo simul a possessione recesserint, iniungat donator familiæ quod sit intendens donatario sicut domino in omnibus, vel cum sacramento vel sine, et si[14] sic factum fuerit, sufficiens erit donatio et traditio. Si autem fecerit contrarium, ita poterit esse donatio et traditio imaginaria et non vera, maxime si donator reversus[15] negotium sic gestum ratum habuerit.[16] Si autem hoc non approbaverit, firma erit donatio, et tenebitur familia donatario per actionem negotiorum gestorum.[17] Sed esto quod cum quis donationem fecerit et traditionem fructus exceperit, tunc refert utrum

[1] naturaliter et, OB, MA. [2] iusta facta, V, MG, CM (+ iusta). [3] statum vero, OC; statim, Y. [3-4] statim vero mutaverit, MG, CM. [5] ideo, MG, CM. [6-7] Om., OB; sicut, MA, MB; cum, CE. [8] familia nomine donatoris, V, OC, MG, CM. [9] et simul, V, MG, CM. [10] esset, OA, LA, OC, MG, CM. [11] probaretur, OA, LA, OC, MC, MG, CM; probetur, OB, MA, MB, CE, Y. [12] Om., OB, MA, MB. [13] Om., OB, MA, MB. [14] Om., OA, OC; cum, MG, CM. [15-16] reversus ne factum sic gestum rectum habuerit, MG, CM. [17] Om., MG, CM.

extantes vel futuros. Extantes vero bene potest[18] excipere quia per extantes non impeditur donatarius, quin[19] possit statim uti et frui. Si vero futuros, tunc refert utrum ad certum tempus vel imperpetuum. Si autem non[20] possit uti frui ante tempus, perfecta erit possessio quoad liberum tenementum, plenariam tamen non erit ante usumfructum. De hoc autem quod dicit quod vacua debet esse possessio, duo principaliter exiguntur, quod perfecta sit alicuius rei donatæ donatio et traditio, ad hoc quod competat actio donatario contra donatorem, scilicet quod res tradatur, et quod sequatur missio rei in vacuam possessionem. Vacua enim tradi non intellegitur, si quis eam possiderit per se, vel si quis in eadem possessione fuerit, f. 42b] sicut procurator, colonus, vel inquilinus, hospes, servus, vel amicus, licet subiectus non sit ei cuius nomine fuerit in possessione.[21] Item si cum ambo fuerint in possessione, sive simul utantur sive non,[22] sive imaginaria sit donatio sive non, et donatorem pœnituerit fecisse traditionem et donatarium eiecerit, non recuperabit eiectus per assisam quia vacuam possessionem non habuit,[23] eo quod donator a possessione non recessit. Et e contrario, si donatarius donatorem, donator recuperabit per assisam prædicta ratione, quia numquam desiit possidere. Item cum donator donatarium in possessionem induxerit et statim recesserit, et postmodum sine mora reversus sub colore hospitandi hospitium petierit, adhuc[24] poterit esse donatio imaginaria et non vera. Sed et tunc refert utrum sub eodem colore admittatur, vel repulsus fuerit. Si autem repulsus,[25] per assisam non recuperabit, quia de sua voluntate et non compulsus exivit, et rata et firma erit donatio ex quo semel voluit. Si autem gratis admittatur, tunc videndum utrum se gerat ut dominus, sic utendo, agendo, percipiendo ut prius: et si hoc egerit, tunc videtur quod animo a possessione non recessit, sed illam[26] potius animo continuavit. Si autem post longum intervallum redierit, et donatarius medio[27] tempore in possessione extiterit, et per se usus fuerit, erit traditio bona quia tempus purgat vitium, et maxime ex nova conventione si conventione de novo intervenerit: et sic tenere poterit donatio et valere, quamvis fructus perceptos[28] et alia in usus proprios convertat tempore vitæ suæ. Videtur etiam sine præiudicio melioris sententiæ quod sive statim redierit postquam[29] semel exiverit,[30] sive non, si sic non agat ut dominus sed statum suum ex toto mutaverit quod agat ut procurator, vel seneschallus, vel serviens ubi prius fuit dominus, et quod sit ministrator ubi[31]

[18] poterit, V, OB; possunt, OC. [19] qui, OA, MG. [20] ne, OB, MA, MB, CE. [21] possessione cum non sit (sint) in seisina nomine donatarii, V, OC, MG, CM, (+ Y), (+ MA). [22] non in parte vel in toto, V, OC, (+ MA); in parte vel in toto sive non, MG, CM. [23] habuerit, MSS. var. [24] Om., MA, MB, OB; ad hoc, MG, CM. [25] repulsus fuerit, OB, MA, MB. [26] eam, OB, MA, MB, CE, Y. [27] in eo, MG, CM. [28] Om., V, MG, CM. [29-30] Om., MG, CM. [31] nisi, MSS. var.

prius maior et[32] præceptor, non erit talis donatio vel traditio imaginaria, quia per factum et usum veritas declaratur. Item cum ambo fuerint in possessione et donator semel exiverit, et cum regredi voluerit non possit, vel cum donatarius in possessione fuerit pœnituerit donatori[33] donationis, et ingredi non possit, ponat se in aliquam partem terræ donatæ facit[34] donatario disseisinam: quia licet donator totum fundum non circuierit[35] vel in omni parte non extiterit, tamen[36] ex ipsa traditione totum adquisivit, cum tempore traditionis eo animo seisina nactus sit, quod totum fundum cum pertinentiis possideat usque ad terminos, et eo quod donator in traditione nihil sibi[37] excepit,[38] quod si[39] excepisset, aliud esset. Item esto quod donator in donatione et traditione excipiat ne donatarius uti possit vel frui, talis donatio perfecta erit, licet inefficax et effectum non habeat vel profectum. Item esto quod procurator negotia gerens sui domini rem emerit in absentia sui domini, vel stipulatus fuerit ex causa donationis, et facta traditione recedat donator animo et corpore, et procurator nomine domini sui in possessione extiterit corpore et animo retinendi, et cum dominus inde certioratus factum procuratoris non approbaverit, et venerit aliquis a latere, et procuratorem eiecerit: videndum cui competat assisa. Non donatori, quia animo et corpore recessit a possessione. Item nec[40] procuratori, quia nomine suo non recepit, sed alieno. Item non domino procuratoris, quia factum procuratoris non approbavit. Videtur igitur quod cum
f. 48] disseisitore remanebit, quod esset iniquum, cum ex maleficio suo non debeat[1] lucrum reportare. Re vera competit assisa donatori, quia licet animo et corpore recessit,[2] tamen possidere non desiit ex quo donatarius possidere non incepit. Item incipit quis[3] possidere quando de voluntate donatoris nactus fuerit possessionem vacuam corpore et animo retinendi, per ipsum donatorem vel eius procuratorem, per litteras vel[4] per nuntium, secundum quod prædictum est. Sed cum procuratorem miserit vel nuntium ante traditionem pœnituerit donatorem donationis, quæritur an donatio revocari possit ex pœnitentia. Et videtur quod sic. Sed refert utrum constiterit procuratori vel nuntio de voluntate donatoris mutata vel non. Si autem constiterit non valebit donatio, licet fuerit traditio subsecuta. Si autem non, bene tenebit. Item esto quod donator ante traditionem moriatur, sive hoc ignoraverit sive non, non valebit. Et illud idem dici poterit de morte donatarii, si per procuratorem adeptus fuerit possessionem. Item esto quod

[32] Om., OB, MA, MB, Y. [33] donatoris, OB, MG; donatorem, V; donatori mod., CM, MG (donatoris). [34] faciat, OB, MA; fiat, MB. [35] circuit, MG, CM; circuiverit, V, MA, MB. [36] Om., OB, MA, MB. [37] Om., OC. [37-39] Om., MG, CM. [38] exceperit, OB, MA, MB; excipit, OC. [40] non, OB, MA, MB.

[1] debent, MG; debet, V, CM. [2] recesserit, V, OB, MA, MB, MG, CM. [3] Om., OB, MA, MB. [4] et, OA, LA, OC, MG (— per), CM (— per).

post donationem factam ante traditionem furere ceperit donator, vel esse non sanæ mentis vel bonæ memoriæ, et postea subsecuta fuerit traditio, bene valebit donatio, quia voluntatem quam habuit[5] donator ante furorem, et quæ non fuit revocata superveniente furore, mutare non potuit, sive ipse donatarius cum auctoritate vel sine se posuerit in seisinam, et[6] ex quo donatarius[7] numquam mutavit voluntatem: quod quidem si donatarius se poneret in seisinam propria auctoritate cum[8] donator esset sanæ mentis, vel si furiosus, dum dilucidis gauderet intervallis, revocare vellet donationem, bene posset, quia non intervenerit auctoritas vel traditio seisinæ. Si[9] autem donatarius post donationem et ante traditionem furere ceperit, vel esse non sanæ mentis, non valebit donatio nec[10] traditio, quia licet donator in voluntate tradendi extiterit, tamen[11] donatarius animum retinendi non habet, nec recipiendi, et ideo donator numquam desinit possidere ex quo donatarius incipere non potest. Item sine traditione poterit quis incipere possidere per longam et pacificam seisinam et continuum usum, licet alius[12] possidere non desinat, quia dicitur superius quod traditionibus et usucapionibus rerum dominia et possessiones transferuntur. Item poterit esse seisina tenera et bona et firma. Ad quod breviter notandum quod numquam erit tenera ubi[13] concurrunt[14] ius et proprietas et seisina, ut si ius descendat alicui hereditarie et se posuerit in seisinam vacuam sine contentione, vacuam, dico, animo et corpore, statim habebit liberum tenementum in ipsa coniunctione: sine contentione dico, secundum quod contentio iusta fuerit vel iniuriosa, et secundum quod superius dictum est. Item eodem modo cum ius et possessio coniuncta fuerint[15] in unica et eadem persona, et sub eadem coniunctione, ex quacumque causa adquisitionis, cum ipsa re[16] transferantur ad alium, ille qui accipit statim habet utrumque, et per consequens in ipsa traditione statim habet liberum tenementum. Si autem facta sit[17] donatio de re aliena, vel contra conventionem vel condicionem vel intrusionem vel disseisinam, numquam erit ibi possessio firma et valida, sed tenera erit quousque substantiam ceperit et[18] ex tempore longo et pacifico quod sufficere possit pro titulo, maxime contra verum dominum vel[19] contra conventionem et condicionem. Contra donatorem vero vel[20] venditorem, et[21] alios qui ius non habent, firma erit et valida quantum ad tales, quia[22] statim facit liberum tenementum in ipsa traditione. Et sic adversus quosdam erit valida ab initio, invalida autem et tenera quantum ad alios.

[5] habuerit, MSS. var. [6] Om., OB, MA, MB, CE. [7] donator, V, OB. [8] et, MG, CM. [9] cum, OC, MG, CM. [10] vel, V, MG, CM, LA, OC. [11] cum, OC, MG, CM. [12] Om., OB, MB. [13] nisi, V, MSS. var. [14] concurrant, V, OB, MB; accurat, MA. [15] sint vel fuerint, V, MG, CM; fuerint vel fuerint, OC. [16] Om., OB, MB, (+ MA). [17] fuerit, OB, MA, MB, CE, Y. [18] Om., MA, MB, CE, Y; — ex, OB. [19] Om., OB; et, MA, MB, Y, CE. [20] Om., OB; et, MA, MB, CE, Y. [21] vel, MG, CM. [22] qui, OB, Y, MA, MB.

Item per quas personas adquiratur possessio.

f. 48b] PER quas personas nobis adquiratur[23] videndum. Et sciendum quod per nosmetipsos, et per liberos et per servos quos sub potestate nostra habemus, scienter et ignoranter, dum tamen factum eorum et negotium necessarium fuerit et approbatum. Per servos, tam illos qui sunt in potestate nostra quam extra potestatem. Item tam per alienos quam per[24] proprios, dum tamen bona fide possessos.[25] Per proprios adquirimus qui sunt extra potestatem, sed tamen nihil accipimus antequam corpora fuerint disrationata. Item per liberos adquirimus, sicut per procuratores, custodes, et curatores, ut si nomine nostro stipulati fuerint procuratores, vel custodes nomine nostro in possessione et nos recognoverint ad heredes. <Dum tamen verum heredem propinquum vel propinquiorem recognoverint[26] ad heredem, et[27] non ante.[28] Et cum heres recognitus fuerit, vel ante venerit et homagium fecerit, et obtulerit domino suo quidquid de iure facere debeat,[29] quia non valet antequam ita sit: quia etsi verus sit heres, poterit hereditatem recusare. Et unde si dominus capitalis in seisina fuerit, donec sciverit quis sit heres, vel donec heres venerit ad ipsum facturus etcetera, vel alia ratione quacumque, quamvis dicat quod sit in seisina sub nomine talis heredis, non valet, quia per hoc non erit heres in seisina. Si vero alius quam verus heres sit in seisina, vel verus heres et alius se faciat heredem, si capitalis dominus homagium capere velit, sic illud[30] capiat, salvo iure cuiuslibet vel talis nominati qui se faciat[31] heredem. Et[32] eodem modo adquiritur surdo et muto naturaliter, licet omnino audire non possunt neque loqui, ad similitudinem eius qui est infra ætatem, quia talibus descendit ius merum et proprietas sicut aliis.>[33] Item per procuratores, cum infra ætatem nobis facta fuerit donatio et donator nobis dederit curatorem, quia minor affectum retinendi habere non poterit, non magis quam furiosus sine curatore, quia non est aliud de eis nisi ad similitudinem eius qui dormienti pluviam in manum proiecerit. Et qui accipere debet et retinere, oportet quod habeat intellectum recipiendi[34] et[35] retinendi. Item qui curare debet et custodiam habere, oportet eodem modo quod habeat intellectum, quia si minorem vel furiosum, liberum vel servum miseris ut possideas, nequaquam videris per eos possessionem apprehendisse quia intellectum non habent. Item de servis, per servum[36] enim alienum adquirimus quem bona fide possidemus, quia credimus illum[37] nostrum esse, non habentes

[23] adquiritur, MG, CM, Y; adquiratur possessio, V, OC, Y (a-itur). [24] Om., OB, MA, MB, Y, MG. [25] possideamus, V; possidemus, MG, CM; possessionis, OC; possessores, CE; possessos, OA, LA, OB, MA, MB, Y. [26] recognoverit, LA, OC. [27-28] Om., OC. [29] debeat, V, MG; deberat, CM; debebit, LA; deberet, OC. [30] illam, LA, MG, CM. [31] facit, V, OC; fac., MG. [32-33] Om., LA. [34] percipiendi, V, MG, CM. [34-35] Om., MB. [36] servitum, MG, CM. [37] ipsum, OB, MA, MB, CE, Y; nullum, CM.

conscientiam rei alienæ. Per servum autem quem scimus alienum esse adquirere non possumus, nec etiam ipse aliquid domino suo adquirit, quia ab alio quam a domino suo possidetur. Per communem autem servum adquirimus etiam[38] singuli in solidum, si ad hoc tamen agat servus communis ut uni tantum adquirat.[39] Si autem ad hoc non agat, tunc singulis adquiritur in communi. Item adquirimus per servum in quem habemus usumfructum, quamvis ipsum non possideamus, sicut ex operibus[40] suis. Item adquiritur domino per ancillam sicut per servum, id est per feminam sicut per masculum. Item impubes per servum impuberem, dum tamen tutoris auctoritate. Item per servum qui in fuga est, dum a nullo possidetur, quia quamdiu ab
f. 44] alio non possidetur a domino videtur possideri, vel donec exceptionem habuerit, qua se[1] tueri possit in[2] statu libero,[3] ut si dominus habeat[4] actionem, servus habeat[5] exceptionem. Si autem nullam, et dominus per actionem eum adquisiverit, omnia adquisita per servum dominus obtinebit. Item per servum adquiritur hereditas[6] dum iacet non adita, quia hereditas est ibi loco domini. Item si plures servientes sunt[7] per unum poterit hereditas retineri. Et a simili videtur quod si plures tenentes teneantur ad redditum, si quidam partem[8] solverint, per hoc totus redditus retinetur. Item a simili si cui pasturam ad centum animalia dederim, licet donatarius centum non immittat, per unicam ovem immissam ad tantum numerum pasturam retinebit. Item liber homo a sciente ipsum esse liberum hominem non possidetur, nec per ipsum adquiritur. Adquiritur tamen per ipsum qui creditur esse servus. Sed mala fide possidetur liber homo si non liber sed servus alienus existimetur. Item per[9] procuratorem et tutorem possessio nobis adquiritur, etiam nobis ignorantibus. Et si dicamus[10] per eos nobis non adquiri quæ nostro nomine accipiunt, futurum est ut nec ipse possideat, scilicet[11] procurator et tutor cui res aliena[12] sic tradita est, quia non habent animum possidendi, nec is qui tradidit, quia cessit possessionem, nec erit medio tempore vacua possessio. Adquiritur tamen minori, etiam si non consentiat,[13] cum plenæ ætatis extiterit. Et habebit versus curatorem[14] actionem negotiorum gestorum si in tali contractu se male gesserit. De maiore autem non sic, ut supra. Item adquiritur possessio et dominium per procuratorem etiam sine apprehensione, ut si quis procuratori suo tradi iusserit rem emptam vel datam, etiam in ipsa iussione,[15] quia per iussionem[16] suam declarat voluntatem. Item si custodem in re posuerit. Item

[38-39] etiam singulis in solidum nisi hoc . . . adquirit, MG, CM. [40] operis, OC, LA, MG, CM, CE, OB.

[1-2] se tantum possit defendere in, MG, CM. [2-3] Om., OB, MB, (+ MA). [4] habet, MSS. var. [5] habet, MSS. var. [6] hereditati, OA, LA, OC, MG, CM. [7] sint, OA, MA, Y, MG, CM. [8] partim, OC, MG, CM. [9] propter, MG, CM. [10] dicatur, V, MG, CM. [11] sed, MG, CM. [12] Om., OA, LA, OC, MG, CM. [13] sentiat, OB, MA, MB. [14] procuratorem, V, MG, CM. [15-16] missione quia per missionem, MG, CM.

si claves cellulæ, vivariæ, vel horreorum tradiderit quis domino vel procuratori, vina et merces tradi videntur, et si procurator non erret et dominus erret, adhuc domino adquiritur possessio. Et vice versa si procurator erret et dominus non, adquiritur nihilominus, sufficit enim si unus non erret. Secus erit si uterque, quia non consentit[17] qui errat. Item quidquid iuste per servum adquiritur, id domino adquiritur, sed ea quæ ex maleficiis servus apprehenderit,[18] ad domini possessionem ideo non pertinent, quia nec peculii causam apprehendunt. Item tradi potest possessio per procuratorem sicut adquiri, et si quis per procuratorem tradi iusserit alicui et ipse auctoritate propria sine procuratore se posuerit in seisinam, quamvis vacuam, talis recte per se in possessionem non veniet, quia posset donator ante traditionem revocare donationem, quod quidem post traditionem facere non posset. In pendenti igitur erit donatio quousque donator illam ratam habuerit vel irritam, tenebit tamen si illam ratificaverit expresse vel tacite. Expresse, quod[19] hoc voluerit. Tacite, si illam in vita non revocaverit. Si autem amicus venditoris cui mandavit ut donatarium induceret in possessionem, donatore mortuo priusquam id[20] sciret,[21] heredibus non prohibentibus donatarium in possessionem induxerit,[22] recte tradita erit possessio. Sed si id fecerit[23] cum sciret donatorem mortuum, vel cum sciret quod heredes id facere nollent,[24] non erit rite facta traditio. Sed si heredes hoc affectaverint aliud erit. Item dicitur supra in principio, *cum iuris adminiculo* etcetera,[25] quod nisi intervenerit iuris adminiculum non videtur f. 44b] quis possidere, licet corpore et animo rei insistat, tamen propter rem quæ possideri non potest, sicut res sacra et religiosa, quæ a nullo possideri potest, cum tantum sit in[26] possessione dei[27] et bonis ipsius, nec[28] ab ignorante nec a sciente, licet possessor religionem contemnat.[29] Item propter causam, quia liber homo a sciente ipsum esse liberum nullo[30] modo possideri potest. Ab eo autem possideri potest qui credit illum esse servum suum et non alienum. Item ab hostibus captus non magis quam servus aliquid possidere potest, quia ab aliis possidetur. Et unde cum nihil possidet, sequitur quod nihil dare potest nec transferre ad alium, nec facere accipientis cum effectu rem quam non habet, nec valet quod agit dum fuerit sub hostium potestate constitutus.

Si de una re pluribus facta fuerit donatio simul vel successive.

QUALITER et per quas personas possessio retineatur satis dictum est supra. Sed restat videre quid iuris si pluribus de una et eadem re facta fuerit

[17] sentit, OB, MA, MB. [18] apprehendit, OC, MG, CM. [19] quia, MG, CM, MC. [20] Om., LA; ut, MC; illud, MA. [21] scires, OA, LA, MG. [22] induceret, OB, MA, MB, Y. [23] faceret, OB, MA, MB, Y, CE. [24] nolle, OA, LA; noluerint, OC. [25] Om., OA, LA, MG, CM. [26-27] in possessione et bonis dei, OC. [26-28] in bonis dei nec, V, OA, LA, MG, CM. [28] neque, MSS. var. [29] condemnat, OB, LA. [30] vero modo, MG, CM.

donatio simul vel successive, in eo quod superius minus dictum est. Ut si quis primo unum feoffaverit, et cartam ei fecerit de feoffamento, et homagium suum ceperit, et in possessionem induxerit, sive talis usus fuerit vel expletia ceperit sive non, si ille idem feoffator cum sit extra possessionem et nihil habeat quod ulterius tradere possit, nisi tantum servitium, vel servitium et homagium, cum voluntate tenentis alium feoffaverit sicut primum, et in possessionem induxerit et primum feoffatum eiecerit, uterque facit disseisinam tam donator quam donatarius. Et eodem modo licet ipsum primum[31] non eiecerint,[32] si secundo feoffatus uti voluerit contra voluntatem primi, sive arando sive seminando et aliud opus faciendo. Et idem erit si primo feoffatum uti non permiserit qualicumque[33] impedimento se dominum esse contendendo. Item non refert cui primo facta sit donatio cum omnibus quæ faciunt donationem, nec qui primo usus fuerit vel expletia ceperit, sed cui primo facta sit traditio. Item refert quis eorum primo habuerit seisinam de voluntate et auctoritate domini per traditionem, vel se posuerit quis eorum in seisinam propria auctoritate, et quo casu ille præfertur qui auctoritatem habet et traditionem. Item esto[34] quod[35] quis tenementum alicui primo tradiderit ad firmam et terminum annorum, et postea alium de eodem tenemento[36] feoffaverit, omnibus concurrentibus quæ faciunt donationem, et postea illum in seisinam induxerit, firma erit donatio et bona sine alicuius præiudicio, dum tamen firmarium uti et frui non impediat, quia bene sese compatiuntur de eadem re duæ possessiones, dum tamen ex diversis causis, sicut traditio ad firmam et traditio in feodo ex causa donationis, quia ususfructus per se stare potest in persona unius et tenementum per se in persona alterius, et ille qui habet terminum non habet nisi tantum ius utendi fruendi in alieno tenemento, et sic sese compatiuntur istæ duæ traditiones,[37] ad terminum et in feodo, et cum donator ita per traditionem desierit possidere, et firmarium postea de facto feoffaverit, firmarius per tale feoffamentum, licet utatur et[38] fruatur et in possessione sit, tamen[39] donator causam suam possidendi ex tali donatione mutare non potuit, scilicet terminum in feodum. Et unde si firmarius ex tali feoffamento se gerat ut dominus facit disseisinam primo feoffato, et si per assisam amiserit, amittit utrumque terminum et tenementum, quia gerendo se feoffatum videtur tacite termino renuntiare. Et quod dicitur de duobus dici
f. 45] poterit de pluribus qui successive fuerint feoffati. Plures tamen possunt simul et semel feoffari de eodem tenemento, et omnibus simul fieri poterit traditio, et erit una donatio et una traditio. <Et quid si primo[1]

[31] Om., OA, LA, OC, MG, CM. [32] eiecerit, V, LA, MC. [33] qualitercumque, MG, CM. [34] Om., MB, (+ MA). [34-35] Om., OB. [36] Om., MG, CM. [37] Om., OB, MA, MB, CE. [38] Om., OB, MA, MB. [39] cum, MG, CM.

[1] post, MG, CM.

feoffatus expletia[2] capere non possit[3] propter terminum usufructuarii? Nihilominus valet donatio quia semper salvari debet terminus. Et si[4] secundo feoffatus postquam se tenuerit ad[5] feoffamentum expletia[6] ceperit,[7] hoc[8] erit potius de libero[9] tenemento primi feoffati quam suo, quia de alieno. Et cum donator semel dederit, nihil ulterius sibi retinet quod donare possit nisi nudum dominium. Casus iste evenit apud Clarendone[10] in præsentia Johannis de Lexingtone,[11] et male fuit ibi terminatum, obiecta quadam exceptione servitutis contra primo[12] feoffatum, qui tulit assisam novæ disseisinæ contra secundo feoffatum et donatorem.> Item si pluribus fiat donatio poterit quidem fieri traditio quibusdam in absentia aliorum, partim nomine proprio, partim nomine aliorum, scilicet nomine procuratorio, et sic adquiritur absentibus de facto eorum qui præsentes sunt. Item sicut fieri poterit donatio pluribus ab uno de iure vel de facto, ita possunt plures donationem[13] facere uni vel pluribus, de facto vel de iure, plures de iure uni vel pluribus de re quam tenent[14] in communi, erit donatio et traditio quasi una. Si autem non fuerit res communis, tunc refert quis fuerit in possessione ex quacumque causa, sive ius habuerit sive non, et si talis donationem fecerit et traditionem, valebit donatio licet donator ius non habuerit, cum possit[15] quis rem dare alienam, et facta traditione statim incipit donatarius possidere et donator desinit. Et unde si verus dominus eundem donatarium vel alium feoffaverit, et cartam fecerit et homagium ceperit, donatio non valebit quia tradere non potest, cum sit extra seisinam id quod non habet, et quia feoffamentum quod quis habet ab aliquo ex una causa, illud ab alio habere non potest ex eadem causa, quia quod semel meum est ex una causa et ab uno, durante possessione mea non poterit illud iterum esse meum ex eadem causa et ab alio. Nec magis poterunt duo unicam rem dare ex una causa vel diversis, nisi res fuerit communis, ut prædictum est, quam unicam rem simul et insolidum possidere, nec simul et insolidum unicam rem possidere, non magis quam unus[16] stare ubi alius stat, et unus sedere ubi[17] alius sedet, et eisdem rationibus dare non potest qui non possidet. Sed si quis ius habuerit in re et non[18] seisinam, poterit possidenti recognoscere esse ius possidentis et remittere ius suum, vel simpliciter remittere sine recognitione. Poterit etiam si domi-

[2] ex pluribus, OB, MB, CE, MA (corr. expletia). [3] poterit, MA, MB, OB, CE. [4] Om., MG, CM. [5] quod, MG, CM. [6] et expletia, V, OC; ex pluribus, OB, MB, CE, MC. [7] cepit, MG, CM. [8-9] hoc plus erit ex libero, OC, MG, CM. [10] Clarhamdone, Charhamdune, Clarhamdune, Charhampton., Clarhamton., Charamton., Barhanton., MSS. var. [11] de Loynton., OB, MB, CE; Leynton., MG, CM; Lenington., LA; Baynton., MA. [12] primum, MG, CM; ipsum, OC. [13] donationes, LA, MC, OA (corr. donationem). [14] tenet, MG, CM. [15] Om., OB; posset, MG, CM. [16] Om., OB, MB, CE. [17] nisi, MG, CM. [18] non in, MG, CM.

nus fuerit ex nova concessione sive[19] traditione, ut superius dictum est, mutare causam possessionis, ut si primo concesserit usumfructum ad terminum, poterit concedere tenenti sine[20] traditione[21] ex nova causa liberum tenementum. Si autem primo ad terminum vitæ et ut liberum tenementum, poterit mutare causam usque in feodum, sed supervacuum esset omnino si unus eandem rem uni bis traderet[22] ex eadem causa, cum ex prima traditione omnino desierit possidere. Si quis autem in possessione fuerit alicuius rei propriæ vel alienæ, si ab eo petatur poterit illam[23] recognoscere esse ius petentis et omnino remittere, vel tenendam de[24] se et heredibus suis vel de[25] alio, secundum quod inferius dicitur de finalibus concordiis. Item poterit f. 45b] quis desinere possidere et alius incipere tam de facto proprio quam alieno. Item tam ex tempore quam ex animo et corpore, ut infra de assisa.[26] Ex tempore, ut si præsens fuerit per negligentiam, et si absens per oblivionem. Longa enim absentia sicut decem annorum vel amplius inducit oblivionem.

Quibus modis amittatur possessio.

CUM autem semel fuerit possessio adquisita, amitti poterit multis modis: videndum igitur quibus modis amittatur. Et sciendum quod eisdem[27] quibus adquiritur. Adquiritur[28] enim non tantum corpore[29] vel animo tantum,[30] sed utroque. Animo tamen retineri poterit sine corpore, amitti tamen[31] non poterit sine utroque, scilicet animo et corpore, quia retinetur animo sine corpore et corpore sine animo, et cum utrumque defecerit, amittitur ex toto. Qualiter vero amissa[32] contra voluntatem possidentis restituatur, satis dicetur infra de assisa novæ disseisinæ.

Si ille cui datum est rem datam ulterius dare possit.

ITEM videndum an ille cui donatum[33] est, rem datam ulterius dare possit sine præiudicio capitalium dominorum. Et videtur quod sic, quia si ulterius fiat donatio licet capitalis dominus ex hoc damnum consequatur, tamen per hoc ei non iniuriatur, quia non omne damnum inducit iniuriam, sed e contrario iniuria damnum. Iniuria autem dici poterit omne id quod non iure fit, et ex iniuria sequitur actio ad tollendam iniuriam et id quod non iure[34] fit, sed ubi damnum et nulla iniuria, non sequitur[35] actio ad tollendum nocumentum per quod fit damnum. Sed posset aliquis dicere quod ex hoc quod donatarius ulterius dat et transfert rem donatam[36] ad alios, quod hoc facere

[19] sine, MSS. var. [20-21] Om., OB, MB. [22] tradiderit, OB, MB. [23] illud, MG, CM. [24-25] ad se et heredes suos cum de, MG, CM. [26] assisis, OC; assis., MSS. var. [27] eisdem modis, MG; eisdem modis amittitur, V. [28-30] adquiritur non corpore tantum, V. [29-30] animo et corpore vel animo tantum, CM; corpore et animo vel animo tantum, MG. [31] Om., OB, MB. [32] commissa, OA, LA, MG, CM. [33] datum, V, OB, MB, CE. [34] de iure, OC, MG, CM. [35] sequatur, OA. [36] datam, OB, MB, CE.

non potest, quia per hoc amittit dominus servitium suum, quod quidem non est verum, salva pace et reverentia capitalium dominorum. <Et singulariter[37] verum est quod donatarius rem et terram sibi datam donare[38] poterit cui voluerit, nisi ad hoc specialiter agatur in donatione[39] ne[40] possit.[41]> Cum enim quis tenementum dederit certum[42] dat[43] tenementum tali modo, ut certas consuetudines recipiat et certum servitium, secundum quod superius dictum est. Et unde de iure plus petere non poterit, si habuerit quod convenit, et sic tollat[44] quod suum[45] fuerit et vadat. Non enim fit donatio tali modo quod habeat custodiam terræ et heredis maritagium, sed quod habeat homagium et servitium. Sed cum homagium habuerit, et tale debeatur forinsecum[46] quod domino capitali debeatur relevium et custodia terræ et maritagium heredis cum evenerint, et quæ sequuntur forinsecum sicut servitium domini regis. Numquam tamen[47] habebit dominus capitalis ista simul, sed unum istorum tantum cum evenerit, aut relevium aut custodiam et heredis maritagium. Et bene poterit esse quod unum istorum semper[48] eveniet[49] et aliud numquam. Et unde si dominus tantum relevium habeat et teneat inde[50] se contentum, quamvis plus valeant custodia et f. 46] heredis maritagium, et quia ubi quis tenetur ad duo sub disiunctione unum solvendo vel faciendo liberatur. Et unde cum quis capitalis dominus tenentem suum impedierit quod dare non possit, facit ei iniuriam et disseisinam apertam ex quo illum re sua et seisina uti non permittit. Tenens vero nullam facit iniuriam domino suo ex tali donatione quamvis damnum, cum ipse dominus habere possit relevium de suo feoffato et eius heredibus, et licet damnum ei faciat, non tamen erit iniuriosum prædicta ratione. Item videri poterit quod capitalis dominus iniuriam facit ponendo se in seisinam in ipsa donatione tenentis sui recenter vel post tempus, si hoc ei non liceat ex conventione. Quia esto quod cum ponere se voluerit in seisinam repellatur, vel cum in seisina fuerit statim eiciatur, unde ad hoc quod ei competat actio de repetenda seisina, oportet dicere[1] et[2] docere[3] quod competat ei ius, et quod facta sit ei iniuria. Unde cum repulsus fuerit sine seisina habita, non video[4] quod competat[5] aliqua actio[6] per quam adquirere possit seisinam, quam numquam habuit vel seisinam alicuius antecessoris, vel cum eiectus fuerit liberum tenementum recuperare non poterit per assisam, liberum tenementum quod non habuit. Si autem summoneri fecerit[7] donatarium quare feodum suum intravit, respondere poterit et docere rationem

[37] generaliter, V, OC (corr.). [38] dare, LA. [39] donando, MG, CM. [40-41] Om., OC, MG, CM. [42-43] circumdat, LA, MC. [44] tollit, V, MG. [45] factum, MG, CM. [46] forinsecum servitium, V, MG, CM, OC. [47] Om., MG, CM. [48-49] superveniet, MG, CM; super eveniet, OC. [49] evenit, OB, MA, MB. [50] Om., OB, MA, MB, CE.

[1-3] Om., OA, LA. [2-3] Om., OC, MG, CM. [4-6] video aliquam actionem, OA, LA, MG, CM, MC. [5-6] competat aliquam actionem, OC. [7] fecit, MG, CM.

et causam quare, scilicet quia ille cuius tenementum illud fuit[8] et libere[9] tenuit sine aliqua exceptione et servitute imposita, illum inde feoffavit per cartam suam, quam statim ostendat si velit. Si autem quo waranto, producat incontinenti feoffatorem suum,[10] si præsens fuerit, qui warantizet, vel ostendat cartam suam de feoffamento. Si autem quæritur[11] quare intravit feodum suum sine licentia sua[12] et ad damnum suum, tale videlicet quod amittit servitium suum et heredis maritagium et custodiam terræ, responderi[13] poterit et[14] ut prius ostendere[15] poterit donatarius causam quare, et quod si damnum habuerit, illud non est ei iniuriosum quia iniuria non sequitur omne damnum. Habet enim ex tenemento illo quidquid pertinet ad dominum feodi ratione homagii vel[16] servitii, licet non ad tale commodum, quando tenens suus in manu sua[17] tenuit tenementum, sicut custodiam terræ et heredis maritagium: sufficit enim si habeat relevium quasi ex duobus alterum. Aliud tamen esset si in ipsa donatione esset talis servitus adiecta, ne tenens omnino alienaret vel ne certis personis. Et[18] quo casu si fieret alienatio contra conventionem et modum donationis et[19] donatio,[20] tunc autem[21] fuerunt[22] simul in possessione donator et donatarius: quo casu si capitalis dominus donatarium eiecerit, non recuperabit donatarius per assisam, quia possidere non incepit ex quo donator possidere non desiit. Si autem donatorem eiecerit, competit ei assisa ex quo numquam a possessione recessit. Eodem modo fiet[23] si donatorem per se ante traditionem. Si autem solum donatarium in possessionem invenerit post traditionem, et ipsum statim et recenter eiecerit, per assisam non recuperabit eiectus, quia quamvis statim liberum habeat tenementum quantum ad suum feoffatorem et alios qui ius non habent, tamen non quantum ad capitalem dominum propter modum et conventionem in donatione appositam, non nisi ante
f. 46b] tempus, id est post longam et pacificam possessionem: et quo casu iniquum esset quod possessio cum eo remaneret nisi hoc haberet ex conventione. Ideo paratus debet esse dominus capitalis restituendi possessionem suo feoffato, nisi forte dare voluerit valorem vel pretium, et maxime si donator hoc affectaverit, vel quantum donatarius dare voluerit[24] si tenementum ex causa emptionis adquisivit. Si autem capitalis dominus præsens per longum tempus dissimulaverit, donatarium eicere non poterit quin recuperet: habebit tamen actionem ex conventione versus tenentem suum qui alienavit, et non alium,[25] sive solvendo sit sive non. Et unde si nihil

[8-9] fuit et libere, OA, LA, MA, MB, MC, CE; fuit libere, OB, OC, MG, CM. [10] Om., MG, CM, OC. [11] Om., OB, CE, MA, MB, MC; quæratur, OC; quærat, MG, CM, V. [12] Om., MG, CM. [13-15] respondere ut prius et ostendere, OB, MA, MB. [14] Om., CE. [16] et, V, MA, OB, MG. [17] Om., MG, CM. [18] in, LA, MC. [19-20] Om., OC. [20] donatio fiat, V. [21] cum, V; aut, MSS. var. [22] fuerint, MB, OC, V. [23] fiat, MG, CM, OB. [24] voluit, V, LA, OA, MC. [25] ad alium, MG, CM.

habeat capitalis dominus sibi ipsi imputare[26] poterit quod donationem contra conventionem factam per tantum tempus dissimulavit.[27] <Si tenens meus donationem fecerit, quæritur cui facit[28] iniuriam. Non domino, quia dominus[29] habet quidquid pertinet ad ipsum, et tenementum obligatum[30] et oneratum, quidquid dicatur[31] et ad quemcumque pervenerit. Item nec feoffatus, quia nihil ad capitalem dominum quicumque feodum suum tenuerit, cum tenens sit tenens suus quamvis per medium. Item si dicat quod iniuste ingressus sit[32] feodum suum, quia[33] non est feodum suum[34] in dominico sed tenentis illius, et dominus nihil habet in feodo nisi servitium, et sic erit feodum tenentis in dominico et feodum domini in servitio. Et si dominus prohibuerit ne tenens voluntatem suam faciat de tenemento suo quod tenet in dominico, sic intrat[35] dominus in tenementum tenentis sui et facit disseisinam, nisi modus vel condicio in ipsa donatione adiecta aliud inducat,[36] cum quilibet possit condicionem et modum apponere in donatione sua, et legem quæ semper observabitur. Feodum vero domini[37] est id[38] quod homagium et servitium et non tenementum in dominico. Et ideo qui intrat in homagium et servitium suum facit ei iniuriam, et non qui intrat in tenementum, quod tenens suus tenet in dominico, ut supra dictum est.> Videtur igitur ex præmissis quod cum donatio facta a domino suo tenenti perfecta sit, libera et pura et non condicionalis nec servilis, quia ex hoc non fit domino iniuria si tenens ulterius dederit, ex hoc enim provenit iniuria si contra modum vel conventionem. Et unde necessarium est videre quæ donatio sit libera et pura, et quæ condicionalis secundum quod superius dictum est, et quæ servituti supposita, videlicet quod donatarius faciat vel ne ei facere liceat. De hoc autem quod dicit *libera*, oportet videre quid sit libertas, quid[39] servitus, ut sciri possit quid inde sequatur. Quid autem sit dare, satis dictum est supra. Est autem[40] libertas naturalis facultas eius[41] quod cuique[42] facere libet quod voluerit, nisi quod iure[43] vel vi prohibetur. Servitus autem dici poterit contrarium, ut[44] si contra libertatem[45] teneatur quis ex conventione aliquid facere vel ne faciat. Cum igitur donatio pura sit et perfecta sine condicione vel servitute imposita, dici poterit libera, et cum donatio rem faciat accipientis et sit[46] libera, et ex libertate sequatur quod donatarius de re data facere possit quod voluerit, si rem ulterius dederit domino suo non iniuriatur cum totum habuerit quod ad ipsum perti-

[26] imputari, V, OC, MB. [27] dissimulaverit, V, OB, MB, MG. [28] faciat, V, MA, CE; fiat, OB. [29-30] dominus quidquid . . . et tenementum habet obligatum, OB, MA, MB, CE. [31] dicatur de quocumque, OB, MB, MA (corr.). [32] est, V, CE. [33-34] Om., OB, MB, CM. [35] init, OB, MB. [36] indicat, LA, MC (corr. inducat); inducit, CM. [37] dictum, OC, MG, CM; domini dictum, V. [38] illud, MA, MB. [39] et quid, OC, MG, CM. [40] enim, OB, MB, MA. [41] ei, OB, MA, MB, CE, MC. [42] cui, OB, MA, MB. [43] de iure, V, OC, MG, CM. [44-45] ut supra libertatem, MG, CM. [46] est, OB, MA, MB; fit, V.

nuerit. Item poterit donatio esse subiecta condicioni vel servituti, in parte f. 47] vel in toto. Item quantum ad omnes vel[47] quantum ad quosdam. Condicioni, secundum quod superius in parte dictum est. Ut si dicatur, *Do tali*[1] *talem rem si navis venerit ex Asia,* vel *si*[2] *comes Ricardus effectus fuerit rex Alemanniæ,*[3] vel *si hoc fecerit vel non fecerit:* talis donatio perfecta non erit donec ita sit vel non sit, cum dependeat ex insidiis fortunæ, et existente condicione perfecta erit facta traditione, quæ si non fiat habebit donatarius actionem ex conventione. Et idem erit si fiat mentio de heredibus. Si autem sic[4] dicatur, *Do tali et heredibus suis sub tali condicione,* quæ dependeat ex futuro, tunc ad[5] hoc quod[6] donatarius liberum habeat tenementum in futuro, existente condicione vel feodo, refert[7] utrum dicatur tali et heredibus suis coniunctim, vel tali et heredibus suis divisim. <Videlicet, ut conditio referatur ad donatarium et heredes suos simul, vel tantum ad heredes et non ad donatarium.> Si autem coniunctim, non erit alicuius istorum liberum tenementum, nec perfecta donatio antequam existat condicio. Si autem divisim, statim perfecta erit donatio et liberum tenementum donatarii, sed non quantum ad heredes erit feodum antequam existat condicio. Idem[8] erit si dicat, *Do tali et heredibus suis si heredes habuerit de corpore suo,* vel *si quos* etcetera, statim erit liberum tenementum donatarii, sed numquam feodum nisi cum[9] tales habuerit, propter condicionem quæ dependet ex fortuna et eventu dubio. Si autem sic dicatur, *Do tali et heredibus suis,* vel[10] *tali et heredibus suis*[11] *de corpore procreatis,* vel, *quos*[12] *de corpore*[13] etcetera, statim erit perfecta donatio[14] et[15] feodum[16] donatario, licet[17] in fine addatur talis condicio, quod si tales non[18] extiterint, vel si[19] extiterint et[20] defecerint, quod terra revertatur ad donatorem, nihilominus perfecta erit donatio ab initio facta traditione, sed resolvitur sub tali condicione, quæ quidem tacita esse poterit sicut expressa, et de necessitate revertitur[21] res data ad donatorem pro defectu heredum cum non extiterint, vel si extiterint et defecerint. Item si certis heredibus fiat donatio, licet defecerint, alii remotiores generaliter admittuntur ad successionem ex condicione, ut si dicatur, *Do tali et heredibus suis si heredes habuerit de corpore suo,* si tales habuerit, licet defecerint, alii remotiores vocantur ad successionem. Sed semper erit liberum tenementum et non feodum quousque tales esse inceperint, et si tales numquam procreati fue-

[47] et, OB, MA, MB, CE.

[1] tibi, MG, CM, MA. [2] si, OC, MG, CM; om., MSS. gen. [3] Almaniæ, Almanniæ, Alymannyæ, MSS. var. [4] Om., OC, MG, CM. [5-6] Om., OB, MA, MB. [6] Om., CE. [7] ut refert, MC; et refert, OB, MA, MB, CE. [8] item, LA, MC. [9] Om., OB, MA, MB. [10-11] Om., OB, OC, LA, MG, CM. [12] et quos, MG, CM. [13] corpore suo, V, OB, MA, MB. [14] Om., OB, MA, MB. [15-16] Om., OC. [16] Om., MG, CM. [17] Om., OB; sed, OC. [18] Om., OC, MG. [19-20] Om., OB, MA, MB, CE. [21] Om., MG, CM.

rint omnes heredes remotiores excluduntur, quasi non existente condicione, et semper erit liberum tenementum donatarii[22] et numquam feodum. Item quandoque obligatur persona donatarii ex ipsa donatione,[23] et quandoque tam donatarius quam ipsa res. Donatarius,[24] ut si dicat donator, *Do tibi talem rem ut invenias mihi necessaria,* ex hoc obligatur donatarius et non ipsa res, et ex tali donatione non obligatur ipsa res sed donatarius ad necessaria invenienda. Si autem sic dicat, *Quod invenias necessaria ex re data,* ex tali donatione obligatur tam ipsa res quam persona, scilicet res, non ut donator rem possit repetere,[25] sed ut ex re data sibi inveniantur necessaria. f. 47b] Item eodem modo si in ipsa donatione convenerit inter donatorem et donatarium ne donatarius faciat, et fecerit, adhuc[26] rem donatam revocare non poterit, agere tamen poterit ex conventione ad[27] consequendum[28] tantum suum interesse. Item si ulterius procedatur in obligatione[29] ut si non fiat ut[30] convenit, vel contra hoc[31] quod convenit quod fieret[32] vel ne[33] fieret, quod bene liceat donatori et heredibus suis se ponere in rem datam, tenendam sibi et heredibus suis ut prius, vel ad vitam, sic obligatur tam res quam donatarius. Et quo casu si donator se posuerit in seisinam per conventionem et donatarius petat per assisam, obstabit ei exceptio conventionis. Si autem in seisinam se ponere non possit, habebit donator actionem ex conventione ad seisinam recuperandam. Item si dicatur sic, *Do tibi talem rem habendam tibi et heredibus tuis, vel cuicumque dare vel assignare volueris, exceptis viris religiosis et Iudæis,* obligatur sic tam res quam persona: res, ne detur talibus, persona, ne det talibus. Et sic non erit libera donatio quoad personas vetitas[34] quia prohibitum ne fiat,[35] libera autem quoad omnis alias personas. Et sive donatarius rem datam[36] retinuerit vel illam ulterius dederit, non credo quod donator ex tali obligatione rem datam possit repetere, sed ex conventione agere ad suum interesse, nisi ita convenerit quod si contra præmissa factum fuerit, possit donator se ponere in seisinam ad quoscumque res postmodum pervenerit contra vetitum. Et quo casu si donatarius rem datam ulterius dederit libere omnino, nullius persona excepta, tamen[37] adhuc erit res obligata quod dari non possit, quia transit cum suo onere. Et si primus donator ex conventione inter ipsum et suum feoffatum se posuerit in seisinam, et ultimo feoffatum eiecerit, ei petenti restitutionem per assisam obstabit exceptio conventionis, licet secundus donatarius obligatus non sit ex conventione inter alios facta, et licet ipse non teneatur, tenetur tamen ex quo detinet rem

[22] Om., OB, MA, MB, CE. [23] donatione quandoque, MG, CM. [24] donatoris, MG, CM; donatorii, OC. [25] petere, OB, MA, MG, CM, OC. [26] ad hoc, OB, MG, CM. [27-28] Om., MG, CM; ad sequendum, LA, MC. [29] obligationem, V, OB, MA, CE. [30] quod, OB, MA, MB, CE, MC. [31] Om., LA, MC. [32] fierit, OA; si erit, MG, CM. [33] non, OB, MA, V. [34-35] vetitas prohibita fiat, MG, CM. [36] donatam, OC, MG, CM. [37] cum, MSS. var.

obligatam. Et licet eiectus fuerit et extra seisinam, habebit tamen regressum ad excambium versus suum feoffatorem, quia tenetur ei suus feoffator facere quod promisit: promisit enim in sua donatione rem esse liberam quam ex post facto invenit oneratam. Si autem donator ingredi non possit secundum quod in donatione convenit, habebit actionem ex conventione versus utrumque, tam contra secundum[38] donatarium quam ab eo feoffatum, quia donatarius tenetur ex conventione obligatus, et suus feoffatus tenetur quia rem detinet obligatam, et nullus eorum per se. Donatarius non, quia non potest restituere licet teneatur ex conventione, nec feoffatus ab eo quia non tenetur ex conventione licet possit restituere. Facta igitur conventione[39] utriusque procedat actio simul contra utrumque, et quo casu cum primus feoffator obtinuerit, faciat[40] secundus excambium suo feoffato. Item poterit fieri donatio cum tali modo ne res detur alicui præterquam ipsi donatori. Et qualiter fieri debeat in hoc casu satis elici poterit de[41] præmissis. Item fieri poterit donatio ne cui detur a donatario vel heredibus suis, et sic non erit donatio libera cum sit servituti supposita. Et unde si dicatur generaliter, *tenendam*[42] *libere*, detrahitur tamen libertati per adiectionem quæ sequitur ne det, et nihilominus obligatur res cum persona. Item poterit donatio fieri ne fiat, id[43] est[44] ne donatarius det rem
f. 48] sibi datam, vel eam ferat si mobilis sit, vel ea[1] utatur vel fruatur si immobilis. Et si hoc dici debeat donatio, inutilis erit omnino et infructuosa licet interveniat traditio, quia non fit accipientis, et ideo potius dicenda est nulla. Item dari poterit terra liberius quam ipse tenuit qui dedit, et tamen quia res transit cum onere semper manet obligata primo feoffatori. Item per maius servitium, et per hoc primus feoffator nullum commodum consequitur,[2] nisi in casu si forte homagium sui tenentis ei acciderit ut[3] eschæta, vel pro defectu heredis vel pro felonia vel ratione custodiæ, vel huiusmodi. Item quod quis tenet per servitium militare dare poterit tenendi[4] in socagio et e contrario. Bene enim poterit tenens alicuius mutare feoffamentum et servitium quantum ad ipsum et tenentem suum, et ita quod ei non competat[5] custodia nec heredis tenentis sui maritagium, quamvis hæc omnia competant suo feoffatori. Et[6] quid si pro defectu heredis, vel per feloniam[7] vel[8] alio modo,[9] eveniat quod ultimo feoffatus tenere debeat de primo feoffatore, cum ratione sui feoffamenti per servitium militare competat ei custodia et maritagium heredis, et de feoffamento tenentis sui per socagium de natura socagii non competat ei

[38] Om., MG, CM. [39] coniunctione, OA, LA, MG, CM. [40] facit, OC, MG, CM. [41] ex, V, MG, CM, OC. [42] tenenda, LA, MC, OC; tenend., MSS. var. [43-44] Om., OB, MA, MB, CE.

[1] Om., MG, CM. [2] consequetur, MG, CM, OC. [3] in, OA, LA. [4] tenendi, OA, LA, MC, CE; tenenda, OC; tenend., MSS. var. [5] competant, MG, CM. [6-7] Om., MG, CM. [8-9] aliquo modo, OB, MB, CE, MA (alio).

pro relevio nisi redditus duplicatus? Solvat hoc si poterit diligens et providus curialis. Item cum quis liberius dederit[10] quam tenuerit, tenetur suum feoffatum warantizare et defendere per servitium in carta nominatum, quod si facere noluerit vel non possit, dominus capitalis se capiat ad feodum suum quia res transit cum onere, et tenens faciat servitium statim donec habere possit regressum versus suum warantum. Item dari poterit res liberius quam donator illam tenuerit, ut si teneatur domino[11] suo ad certum servitium, et ipse dederit in liberam, puram et perpetuam elemosinam vel in liberum maritagium, et cum res transeat cum onere, propter modum donationis suæ tenetur feoffatum suum in seisina defendere. Et quid si donator contrarius sit sibi ipsi in donatione? Ut si dicat, *Do tali*[12] *talem rem in liberam, puram et perpetuam elemosinam, faciendo inde tale servitium.* Et quo casu libera et pura non potuit esse elemosina cum sit servitio obligata. Videtur[13] igitur, sine præiudicio melioris sententiæ, quod contra donatarium debeat interpretari, ex quo scienter in carta sua voluit ad servitium obligari. Item si dicat donator, *Do tali*[14] *talem rem, habendam et tenendam in liberum maritagium cum tali, faciendo inde tale servitium,* ista duo simul stare non possunt, quod res data sit in liberum maritagium, et quod[15] inde fiat[16] homagium et servitium ante tertium heredem inclusivum. Et unde si statim fiat homagium vel ante tertium heredem quandocumque, homagium sequetur servitium, et sic pro homagio erit interpretandum. Item si sic convenerit inter donatorem et donatarium ne fiat donatio vel venditio, nisi tantum donatori vel eius heredi, et si contra[17] factum fuerit, se statim post traditionem poterit[18] donator[19] ponere in seisinam, cum res ex conventione maneat obligata: post tempus vero non potest, quin faciat disseisinam, negligentia enim trahitur[20] ad consensum. Si autem ab initio convenerit quod se in seisinam ponere possit, tunc multo fortius dum tamen incontinenti. Si autem sic convenerit quod se ponere
f. 48b] possit[21] in seisinam cum voluerit et quando voluerit, omni tempore se ponere poterit,[22] cum non currat tempus contra ipsum, eo quod res est taliter[23] obligata, et ille ultimo feoffatus sibi imputare poterit quod rem sic obligatam ex donatione recepit,[24] sive hoc fecerit ignoranter vel scienter. Scit autem vel scire debet quilibet qui contrahit quæ vel qualis sit res quam accipit, libera vel serva, onerata vel non onerata, obligata vel

[10] defierit, OB, MB, MA (corr. dederit). [11] de domino, V, MG, OC. [12] tibi, V, MA, OC, CM. [13] nunc, OB; numquid, MA, MB, CE. [14] tibi, V, OC, MA, CM. [15] Om., OB, MA, MB. [16] faciat, OB, MA; facit, OC, MB. [17] contrarium, OB, MA, MB, MC, CE, CM. [18-19] poterit se statim donator, OA; poterit se donator ponere (* se), MG; poterit donator se ponere, V, CM, OC. [20] trahit, OB, MB, MA (corr. t-itur); contrahitur, CE. [21] posset, V, MG; poterit, OB, MB, CE, CM. [22] possit, V; poterint, CM; poterunt, MG. [23] totaliter, CM; naturaliter, MA; aliter, MG. [24] receperit, OA; accepit, V.

non, vitiosa vel non, et omnia debet diligenter perscrutari et inquirere, cum ignorantia ipsum non excuset, et cum liceat contrahentibus sese ad invicem decipere. Sed hæc quæ dicta sunt magis habent locum in venditionibus quam[25] in donationibus,[26] secundum quod inferius dicetur plenius[27] de emptione et venditione. Cum enim capitalis dominus ex tali conventione se posuerit in seisinam, rem retinere non poterit nisi tantum dederit quantum quilibet alius dare voluerit. Hoc enim tacite intellegitur licet in instrumento non exprimatur, et si illam sic recusaverit, bene[28] liceat tenenti suo inde facere quod voluerit, dum tamen res prius offeratur domino sub eadem condicione. Et hæc vera sunt nisi prius inter dominum et tenentem convenerit de certo pretio. Item poterit donator ex speciali conventione contra ius commune condicionem suam meliorem facere in causa donationis, ut si pro homagio et servitio donationem fecerit. Ad homagium vero pertinet warantizatio et defensio et excambium si warantizare non possit, et ex speciali conventione exonerari poterit[29] dominus si specialiter in donatione[30] convenerit ne warantizet, et sic poterit tenens gratis renuntiare his quæ pro se introducta sunt a lege contra ius commune. Item vice versa poterit donatarius condicionem suam meliorem facere ex speciali conventione contra ius commune, ut si[31] cum[32] ad homagium et servitium regale pertineat custodia[33] heredis et maritagium,[34] ex speciali conventione poterit tenens exonerare suos heredes et suum tenementum, ne capitalis dominus habeat custodiam et maritagium, si ita specialiter convenerit contra ius commune: et ita poterit tenens condicionem suam meliorare et dominus suam peiorem facere. Et unde cum heredes tenentis semel[35] adquietantiam[36] habuerint in vita capitalis domini vel heredum suorum, licet heredes capitali domini infra ætatem fuerint et in custodia dominorum suorum, tales capitales[37] domini nihil iuris clamare poterunt in custodia vel maritagio heredum ultimi tenentis, quia si petant, nihil petere possunt nisi nomine heredis sui feoffati, sed si ipse esset plenæ ætatis, nihil petere posset opposita conventione, nec ipsi per consequens qui petunt nomine suo. Unum tamen obstare posset si uterque heres infra ætatem extiterit, et heres ultimi tenentis numquam quietantiam[38] habuerit,[39] quia si capitalis dominus petat et excipiatur de conventione, et ad probandam exceptionem carta vel aliud instrumentum producatur, replicari poterit a domino quod heres sui tenentis non poterit ad exceptionem et ad[40] cartam respondere,[41] et sic obtinebit ea vice. Sed quæritur an propter hoc debeat carta vacua remanere. Et videtur quod

[25-26] Om., OB, MB, (+ MA). [27] Om., OB, MA, MB, CE, CM (emptionibus). [28] unde, MG, LA. [29] non poterit, MC. [30] donatione sua, LA, MC. [31-32] sicut, OB, MA, MB, MC, CM; cum, OC; neque cum, MG; ita videlicet cum, V. [33-34] custodia et heredis maritagium, V, OA, LA, MG, MC. [35] simul, MG, CM, OC. [36] quietantiam, OA, LA, OC, MG. [37] Om., OB, MA, MB. [38] adquietantiam, V, CE. [39] habuit, V, OB, MA, MB, CE. [40] Om., V, OB, MA, MB. [41] non poterit respondere, CM.

non, quia adhuc durat obligatio inter heredes primi tenentis et secundi, et non sunt deusitati cum uti vellent si possent. Et ita poterit quis ex conventione speciali renuntiare his quæ pro se introducta sunt et suis qui a se
f. 49] causam trahunt et originem. Et sicut poterit quis renuntiare his quæ pro se et suis introducta sunt contra ius commune, ita non poterit renuntiare his quæ pro aliis introducta sunt et in præiudicium aliorum, quia hoc esset iniuriosum aliis cum hoc noluerint,[1] sibi ipsi non erit iniuriosum cum[2] hoc voluerit[3] licet contra ius commune. Scienti enim et volenti non fit iniuria, et ideo dicit *scienti et volenti,* quia qui errat non consentit. Item esto quod quis donationem faciat sub his verbis, scilicet *tenendum tali et heredibus suis, vel cui dare vel legare voluerit.* Videtur prima facie quod hæc dictio *legare* supervacua sit et haberi debeat pro non adiecta, cum laicum feodum legari non possit nisi in rebus specialibus sicut in[4] burgagiis. Et unde si laicum feodum petatur ex causa testamentaria in seculari foro, audiri non debet legatarius quia causa testamentaria in tali foro non tractatur, sed specialiter excipitur ne tractetur. Si autem petatur in foro ecclesiastico, ibi[5] obstabit regia prohibitio: et unde videtur quod in quolibet foro deficiet[6] ei actio cum sit extra possessionem. Sed si in possessione extiterit ex causa legati et heres petat per assisam mortis antecessoris, quæritur si elidi possit actio petentis per exceptionem donationis ex causa legati, ex quo antecessor testator hoc voluit,[7] licet contra ius commune, ad tollendam assisam mortis antecessoris. Respondeo, videtur quod talis adiectio valere non debeat quod legare possit, cum legatum sit donatio mortis causa, et legatum tantum morte confirmatur et donatione inter vivos traditione. Si autem esse debeat donatio inter vivos, tunc oportet quod traditio sequatur in vita donatoris. Si autem mortis causa, sequitur traditio post mortem. Sed si nulla traditio ante mortem, tunc non valebit donatio inter vivos non magis quam assignatio. Si autem post mortem fiat traditio quasi ex donatione inter vivos, per modum adiectum in donatione, quasi de legato, non valebit ut donatio inter vivos, quia in vita non est subsecuta traditio, nec etiam ut legatum, quia[8] non est purum legatum, sed adiectio et sequela donationis inter vivos: et ideo nulla ratione valere debet ut donatio vel legatum, et cum tali donatario nulla competeret actio si esset extra seisinam merito, nec competet[9] ei exceptio contra assisam mortis antecessoris, cum sit in seisina.

Qualiter quis uti debeat seisina.

CUM autem possessio fuerit adquisita, quamvis donatarius statim habeat

[1] voluerint, MSS. var. [2-3] Om., MC. [3] noluerit, OA, LA. [4] Om., LA, OA, OC, MC. [5] ex, OB, MA, MB, CE, CM. [6] deficit, OA, LA, OC, MG, V. [7] noluit, MSS. var. [8] Om., OB, MA, MB. [9] competeret, V, MG, CM; competit, MA.

liberum tenementum, tamen ad declarationem possessionis ne imaginaria sit donatio, quamvis inducatur in vacuam possessionem, oportet uti seisina sua. Et unde cum res data fuerit minori vel maiori, oportet quod ille cui data fuerit, si maior fuerit, utatur fruatur seisina sua per seipsum vel per procuratorem quemcumque, liberum vel servum, qui nomine suo fuerit in possessione, et qui fructus et proventus et profectus convertat in usus donatarii et nihil in usus donatoris. Si autem minor fuerit vel impotens sui, oportet quod utatur per tutorem vel per[10] curatorem[11] datum a donatore, quia si f. 49b] ipse donator, pater vel alius,[12] in seisina remanserit et profectus in usus proprios converterit,[13] quamvis hoc fecerit quasi curator, et ita seisitus obierit, quamvis homagium et carta intervenerit et seisina cum solemnitate, adhuc non valebit donatio: nec etiam si donatarius ratione prædictorum post mortem donatoris se posuerit in seisinam, et statim eiectus fuerit, per assisam novæ disseisinæ non recuperabit. Si autem per negligentiam veri heredis longam habuerit seisinam et pacificam, et post intervallum eiectus fuerit, recuperabit, quia sine iudicio, et vero heredi competit assisa mortis antecessoris. Idem erit quod non valebit donatio si cum simul fuerint in possessione, terram simul excoluerint et fructus expenderint in communi, ex toto vel pro parte, per usum enim videri poterit quid lateat in animo donatoris. Et hæc vera sunt sive continua sit possessio donatoris sive per particulas distincta, donator enim per talem usum seisinam propriam continuat et seisinam donatarii impedit et adnihilat. Et videtur quod per talem usum a possessione non recessit animo[14] neque corpore. <Item si in carta donationis contineatur quod donator rem integre[15] donaverit, et donatarius in parte aliqua usus fuerit et donator in alia, continuat per hoc donator seisinam suam in toto, nisi aliqua pars specialiter sit excepta. Sed si donatarius in parte aliqua usus fuerit ita quod donator in nulla parte, et eo animo ut fundus possideat usque ad terminos, talis usus sufficit ad totum fundum retinendum. Si autem donatarius in pertinentiis et donator in principali, donator totum retinebit per usum suum et donatarius per usum suum nihil adquirit,[16] quia aut totum aut nihil, quia in animo donatoris esse deberet[17] totum transferre et in animo donatarii totum recipere. Male actum est in contrarium inter Rogerum de Reygny[18] et Robertum de Schute,[19] de terra de Dulvertona[20] cum hundredo pertinente, ubi per talem usum adiudicatum fuit[21] quod Robertus[22] teneret et retineret[23] hundredum

[10] Om., OB, MA, MB, CM, OC, MG, V. [11] procuratorem, V, OC, MG. [12] filius, MG, LA, OC. [13] converteret, OB, MA, MB, CE, CM; convertit, MG. [14] neque animo, OB, CM. [15] integram, V, MB. [16] adquiret, V, LA; adquirat, OC. [17] esse debet, MG, OC. [18] Regni, Regny, Regeney, Reygneye, Weygene, MSS. var. [19] Suche, Shice, de B., de M., MSS. var. [20] Dolvertona, Silvertona, MSS. var. [21] fuerit, LA, OC, MC, MG. [22-23] Rogerus retineret, V, LA, OC (Robertus); Robertus retinere, MG; Robertus teneret, OB, MB; *sic*, MA, CE, CM, MC.

propter usum de hundredo, ubi Ricardus frater Rogeri donator numquam recessit a terra ad quam hundredum pertinuit. Et est solutio ut videtur, quod si simul utantur in principali valere non debeat donatio, multo fortius valere non debeat si donator in principali et donatarius in pertinentiis, cum principale sit caput et pertinens membrum, et utrumque idem corpus, et sic utuntur simul in uno corpore quod est ipsa res integre data. Si autem diversæ essent res, et quarum nulla[24] aliam contingit et simul datæ, ut si dicatur, *Do tibi talem rem et talem*, aliud erit, vel si quis[25] aliquam[26] rem dederit cum pertinentiis retenta sibi tantum aliqua parte. Non enim prodest donatario donatio vel usus suus in aliqua parte rei donatæ, si donator utatur in parte aliqua, sive simul sive vicissim, in una domo vel diversis, in uno loco vel diversis, quæ sunt de corpore vel pertinentiis[27] rei datæ, quia donator animum habere debet ut totum transferat et donatarius ut totum recipiat, et cum uterque utatur, donator per usum suum totum retinet et donatarius per usum suum nihil adquirit.> Item si statim et eodem die quo recessit quis,[28] vel in crastino, revertatur, hospitium caritative petitur, secundum quod in parte dicitur superius, et admissus utatur fruatur ut prius et[29] se gerendo ut dominus, licet voce profiteatur[30] contrarium, per hoc videtur quod a[31] seisina[32] animo non recessit: et unde si ita admissus alium forte feoffaverit vel donatarium eiecerit, donatarius per assisam non f. 50] recuperabit. Si autem hoc fecerit post longum intervallum, post annum vel post[1] biennium, dum tamen finis et cirograffum in curia domini regis intervenerit, donatore[2] extra seisinam existente,[3] aliud erit: erit etiam quasi novus contractus, cum veterem non tangat donationem. Et illud idem dici posset[4] si extra curiam regiam per aliam scripturam sine fine et cirograffo regio, dum tamen probari possit conventio et scriptura quæ lecta sit in publico et audita. Et ita mutari poterit donatio post intervallum de partium voluntate. Et quod ea quæ dicta sunt vera sint[5] videri poterit per exemplum, ut de itinere episcopi Dunholmensis et Martini de Pateshilla in comitatu Eboraci anno regis[6] Henrici tertio, assisa novæ disseisinæ, si Reynerus[7] de Halghetona,[8] ubi dicitur quod quidam dedit filio suo minori unam virgatam terræ per quinque annos ante mortem suam, et fecit ei seisinam et omnem solemnitatem in donatione faciendam,[9] et postea recessit a terra illa usque ad aliam terram suam: et ita habuit filium suum in

[24] nullam, LA, MG, MC. [25-26] quisquam, MG. [26] aliam, V, LA. [27] pertinent, OC, MG; per ten., LA. [28] Om., V, OA, LA, MG. [29] Om., OC, MG. [30] confiteatur, MC, LA. [31-32] assisa, OA, MC.

[1] Om., OA, OC, MG, MC, LA. [2-3] Om., OA, LA. [4] poterit, OB, MA, MB; potest, V. [5] sunt, V, MA, CM. [6] regni regis, MG, OC. [7] Reymerus, Raymerus, Roymerus, Raynerus, MSS. var. [8] Halkeltona, Halketona, Hagelintona, MSS. var. [9] facienda, V, OC; faciend., MG, CM.

custodia sua tota vita sua, sed omnes fructus in proprios usus convertit. Et quando pater obiit, posuit se puer ille in terram illam, et verus heres statim eiecit eum:[10] et puer non recuperavit, quia pater cepit expletia tota vita sua, quamvis iuratores dicerent quod hoc fecit ratione custodiæ pueri sui. Et si heres eum statim eicere non posset,[11] recuperare posset per assisam mortis antecessoris, ut de termino Sancti Michælis anno regis Henrici tertio incipiente quarto. Item cum simul fuerint in possessione donator et donatarius, et donator alium feoffaverit et in seisinam posuerit et prius feoffatum eiecerit, per assisam novæ disseisinæ non recuperabit, ut de termino Sancti Michælis anno regis[12] Henrici sexto decimo incipiente septimo decimo, comitatu Suffolciæ, de Willelmo de Fraxino. Item esto quod quis dederit alicui medietatem terræ suæ in maritagium cum filia sua, sive certa sit pars sive incerta, et omnes in una domo et eadem terra insimul commorentur et blada expenderint in communi, et donator ita moriatur seisitus, non valebit donatio, ut de ultimo itinere Martini de Pateshilla in comitatu Suffolciæ, assisa novæ disseisinæ, si Anselmus. Item facit ad materiam istam quod habetis de itinere Simonis de Pateshilla in comitatibus Leycestriæ et Suffolciæ, ubi dicitur quod si donator et donatarius simul fuerint in seisina usque ad mortem donatoris, licet donatarius omnia ceperit expletia cum homagiis et fidelitatibus hominum, et licet donator publice protestetur quod terra non sit sua sed donatarii, et quod ipse sit hospes et caritative susceptus ut hospes, adhuc non valebit donatio, quia donator nihilominus seisinam suam continuavit.[13] Item facit ad materiam istam quod habetis in[14] ultimo itinere Martini de Pateshilla in comitatu Suffolciæ, de quodam Iohanne filio Hugonis et Alano fratre suo antenato. Casus talis: Idem Alanus in vita Hugonis patris sui concessit Iohanni fratri suo postnato, per quandam conventionem inter eos factam, totam hereditatem quæ ei descendere debuit de prædicto Hugone patre eorum communi, et Hugo se dimisit in curia domini capitalis, et capitalis dominus cepit homagium ipsius Iohannis: sed Alanus tunc reclamavit. Sed et Hugo postquam posuit Iohannem in seisinam, vagavit per patriam per duos menses, et postea reversus posuit se in terram illam, et sic fuit in seisina cum prædicto Iohanne per unum annum et dimidium, et sic obiit f. 50b] seisitus. Et quia sic obiit seisitus, et quia sic reclamavit Alanus, et quia facta fuit concessio de re non vacante, et longe antequam Hugo se dimisisset, idem Iohannes eiectus per Alanum seisinam suam non recuperavit per assisam. Item facit ad materiam istam quod habetis de ultimo itinere Martini de Pateshilla in comitatu Lancastriæ anno regis[15] Henrici undecimo,[16] ubi capta fuit quædam iurata apud Lincolniam, si Rogerus de

[10] statim eiecit ipsum, OC, MG. [11] possit, V, MA. [12] regni regis, OC, MG, CM. [13] continuat, V, MG. [14] de, V, OA, LA, MC. [15] regni regis, V, OC. [16] sexto decimo, V, MB.

Monte Begonis[17] anno et die quo obiit fuit in seisina de quibusdam terris, et qui dixerunt quod [non][18] sic apud Lincolniam. Et qui dixerunt quod prædictus Rogerus non fuit seisitus anno et die quo obiit, quia diu ante mortem suam dedit terram illam cuidam Iohanni de Lungevilers, qui semper postea remansit in seisina usque ad mortem ipsius Rogeri, et excoluit terram illam et blada expendit et redditus et expletia cepit, et etiam quintam decimam dedit domino regi. Et unde in itinere eiusdem et eodem anno apud Lancastriam, convicti fuerunt iuratores per triginta sex milites de comitatibus Eboraci et Lancastriæ, sicut continetur in principio rotuli. Et unde triginta sex milites dixerunt quod idem Rogerus venit ad comitatum Lancastriæ et dedit cuidam Iohanni de Lungevilers terram illam per quandam cartam, et liberavit ei cartam in pleno comitatu, sed Roger semper remansit in seisina usque ad mortem, et cepit omnia expletia et legavit omnia mobilia, et numquam amovit ballivos nec servientes suos quos ibi prius posuerat, nec in aliquo statum suum mutavit. Et unde ibi adiudicatum fuit quod Rogerus obiit seisitus, et quod duodecim de comitatu Lincolniæ falsum fecerunt sacramentum, et ideo convicti quia dicebant contrarium, et[19] quod prima iurata convicta fuit per secundam.[20] Illud idem invenietis ibidem de eodem Rogero et Henrico de Mare,[21] quia[22] idem Rogerus[23] semper cepit expletia usque ad mortem. Item esto quod cum donator et donatarius ita fuerint simul in seisina, quod donatarius rem sic datam dederit alicui: quæritur an valeat donatio. Re vera non valet, quia neuter illorum[24] inducitur in vacuam possessionem. Si[25] autem cum[26] ambo in possessione fuerint donator alteri dederit, et primum donatarium eiecerit, eiectus non recuperabit, quia seisinam vacuam et per se non habuit, nec possidere incepit ex quo donator possidere non desiit. Cum autem uterque sic fuerit in possessione tam donator quam donatarius post donationem, et simul exiverint a possessione, non aliter perpendi poterit de voluntate donatoris quam per usum, quia per exteriora præsumitur de interioribus, et[27] quamvis in recessu utriusque donator seisinam liberaverit[28] donatario, nihilominus tamen habere poterit animum possidendi et retinere possessionem civilem. Homo enim secundum faciem iudicat ut homo, solus autem[29] deus cor hominis intuetur, qui novit abscondita cordis et renes scrutatur et corda, nullum enim secretum apud deum. Per usum igitur[30] poterit veritas declarari, sed si cum animo revertendi recesserit donator a possessione cum donatarium induxerit in possessionem, et mox reversus quacumque de

[17] Vegonis, V; Regionis, OB, MA, MB. [18] Om., MSS. [19-20] Om., OA, LA. [21] Mari, OB, MA, MB, CE, CM; Mar., OA; Marr., V. [22-23] et quod Rogerus, OB, MA, MB, CE, CM; quod idem Rogerus, MG. [24] eorum, V, MG, OC, OB (corr. illorum). [25-26] sed cum, OB, MA, MB, CM. [27] Om., OB, MA, MB. [28] liberavit, V, CM. [29] enim, OC, MG. [30] enim, OB, MA, MB, CM; ergo, MG.

causa simulata non admittatur, si[31] repellatur, non competit[32] ei assisa novæ disseisinæ quamvis dicat quod animum recedendi a possessione non habuit.[33] Et in hoc casu præfertur[34] opinio veritati, quia ex quo gratis cum solemnitate non coactus exivit, præsumitur vehementer ad minus quod animum merum[35] revertendi non habuit. Et sive animum[36] haberet sive non, posset quilibet dicere quod animum non haberet recedendi, et sic revocare quod actum esset.[37] Et unde sive sic, sive non sic, consulte
f. 51] faciet[1] donatarius si extra seisinam tenuerit donatorem. Et cum donatori fuerit per assisam adiudicata seisina, per hoc firma erit imperpetuum seisina donatarii, et ulterius non erit imaginaria donatio nec simulata. Et unde per hoc posset donatarius sine suspicione concessionem facere donatori tenendi ad vitam rem donatam. Item vice versa si donator reversus, sive ab initio animum revertendi habuerit[2] sive non, donatarium eiecerit, si donatarius ipsum statim eicere[3] non possit, competit ei assisa novæ disseisinæ non obstante[4] aliqua exceptione teneræ seisinæ. Prodest enim possidere quotiens ex voluntate eius ad quem res pertinet possideri cœptum est, et sufficit semel voluisse omnibus concurrentibus quæ faciunt donationem validam. Et si posteaquam[5] cœptum est possideri voluntas eius ad quem res pertinet accesserit, licet nulla ab initio intervenerit, sufficit tamen ex post facto, et prodesse debet possessori. Item si quis voluntate eius ad quem pertinet possidere cœperit, quamvis voluntas eius postea non perseveret, nihil nocet possessori, quia semel cœpit ex voluntate possidere ut in primo casu. Et idem erit si cum[6] ambo a possessione recesserint, facta traditione et nemine in possessione relicto, statim reversus donator mittat se in possessionem, si donatarius reversus eum statim[7] eicere non possit, competit[8] assisa novæ disseisinæ donatario.

Qualiter amittatur possessio adquisita.

DICTUM est supra qualiter possessio retineatur et per quas personas et qualiter donatarius uti debeat. Nunc autem dicendum[9] qualiter adquisita amittatur. Et sciendum quod fere eodem modo amittitur possessio quo adquiritur. Adquiritur enim corpore et animo, et non amittitur nisi utroque, licet[10] retineri possit tantum animo, secundum quod superius dictum est. Et unde cum quis naturalem habuerit possessionem et civilem ex aliqua

[31] licet, OA; hic, LA; sed, MG; sed si, OC. [32] competat, OC; competet, OA. [33] habuerit, MSS. var. [34] refertur, OB, MB; refert, MA. [35] verum, V; om., OA, LA, OC, MG. [36] causam, V, MG. [37] est, OB, MA, MB, CE, CM, Y.

[1] faciat, OB, MA, MB, CE, CM, Y. [2] habuit, OA, LA, OC. [3] reicere, OA, LA. [4] obstante sibi, V, MG. [5] postquam, OB, MA, MB, CM, Y. [6] autem, LA, MC. [7] Om., OB, MA, MB. [8] competet, LA; competat, OA (corr. c-et); sed competat, MG. [9] dicendum est, LA, MB, MC. [10] licet enim, OB, MA, MB.

iusta causa adquisitionis, statim cum donationem fecerit et traditionem animo transferendi, statim amittit et desinit habere utramque ex ipsa traditione. Et eodem modo si quis utramque habuerit, et contra voluntatem suam disseisitus fuerit et eiectus, statim amittat naturalem: civilem autem nequaquam, donec iterum se reponere[11] velit[12] in seisinam repellatur, vel si crediderit se posse repelli, abstineat a seisina et ad superiorem recurrat, et tunc desinit possidere. Sed si recenter dum civilem habuerit reiecerit eiectorem, recuperat naturalem,[13] et sic habet utramque, tam naturalem quam civilem. Et sic quandoque desinit quis possidere et alius incipit statim cum alius desinit, sive fuerit naturalis possessio per se, sive naturalis et civilis coniunctim. Item cum quis eiectus fuerit et naturalem possessionem amiserit, si ad tempus per negligentiam vel impotentiam vel patientiam iniuriam dissimulaverit, amittit utramque, tam naturalem quam civilem, cum patientia trahatur ad consensum. Et sic desinit versus dominus possidere et incipit possidere possessor violentus. Et eodem modo si verus dominus a possessione recesserit nemine suorum in possessione relicto, adhuc retinet utramque naturalem et civilem, quousque alius ingrediatur contra voluntatem suam eo sciente vel ignorante. Et tunc desinit verus dominus habere possessionem naturalem iustam, et[14] intrusor incipit habere naturalem sed iniustam, sed retinet verus dominus civilem quousque reversus repellatur sine spe ponendi se in seisinam, vel cum suspicetur se posse
f. 51b] repelli: et tunc amittit utramque et intrusus incipit habere utramque. Et cum intrusus utramque habuerit, et sine iudicio a vero domino eiectus fuerit, tunc fiet de eo sicut supra dicitur de vero domino, et verus dominus propter suam iniuriam amittet[15] actionem suam et assisam, secundum quod inferius dicetur de assisis.[16] Si autem hoc fecerit cum iudicio et per assisam, vel recenter sine assisa, aliud erit. Item cum malæ fidei possessor ita utramque habere inceperit, si ab extraneo eiectus fuerit, tunc fiet[17] de eo sicut fieri deberet de vero domino quantum ad extraneas personas. Item amittit quis utramque morte naturali vel civili. Morte naturali civilem amittit in exitu animæ, et naturalem cum corpus efferatur. Civilem et naturalem simul, ex morte civili, cum habitum religionis assumpserit ita quod ad sæculum redire non possit. Item cum in possessione extiterit, licet eiectus non fuerit, si tamen prohibitus fuerit uti frui vel quod commode non possit vel modo debito, per se neque per suos, vel si alius uti voluerit contra voluntatem suam, retinet dominus naturalem possessionem iustam, et impediens vel perturbans ex longa possessione per impotentiam vel negli-

[11] Om., CE; ponere, OB, MA, MB, CM, Y. [12] vellet, OB, MA, MB, CM, MG, Y; volet, OA, LA, CE; velit, OC, V; nollet, MC. [13] Om., OB, MA, MB, CE, CM, Y. [14] ut, OB, MA, MB. [15] amittit, V, OC, MG; amittat, CM. [16] assisa, V, MA; assis., MSS. var. [17] fiat, V, OA, LA, OC, MG, MC.

gentiam veri domini incipit habere quodammodo utramque civilem et naturalem, sed naturalem iniustam. Et eodem modo fit ubicumque res alicuius sive in possessione fuerit sive extra contra voluntatem suam fuerit contractata,[18] ædificando, arando, seminando, aquam divertendo, falcando, fodiendo, vel aliquid[19] aliud tale faciendo. Si autem voluntas ipsius cuius res fuerit intervenerit, aliud erit, cum scienti et volenti non fiat iniuria. Ut si aliquis terram meam araverit, seminaverit, et stercoraverit, vel alio modo melioraverit, et ego dissimulavero ad tempus ut fructus consequi possim,[20] si statim ipsum[21] arare, seminare, vel[22] alias[23] meliorare non impedivero,[24] non tamen[25] propter hoc desino possidere, cum hoc faciat de mea voluntate: quod si contra faceret[26] statim esset ibi disseisina, et unde non erit ibi negligentia, immo cautela ut fructus lucri faciat, vel alio modo condicionem veri domini meliorem. Sed cum malæ fidei possessor fructus et blada asportaverit, cum hoc sit contra voluntatem domini, erit disseisina manifesta. Infra plus de hac materia inter assisas novæ disseisinæ.

Qualiter adquiratur possessio per usucapionem.

DICTUM est in præcedentibus qualiter rerum corporalium dominia ex titulo et iusta causa adquirendi transferantur per traditionem. Nunc autem dicendum qualiter transferuntur sine titulo et traditione, per usucapionem,[27] scilicet per longam,[28] continuam, et pacificam possessionem ex tempore et sine traditione. Sed quam longa esse debeat non definitur a iure, sed ex iusta discretione. Continuam dico ita quod non sit interrupta. Interrumpi enim poterit multis modis sine violentia adhibita per denuntiationem, per impetrationem diligentem, et diligentem prosecutionem, et per f. 52] talem interruptionem numquam adquiret possidens ex tempore liberum tenementum. Pacificam dico, quia si contentiosa fuerit idem erit ut[1] prius, si contentio fuerit iusta: ut si verus dominus statim cum intrusor vel disseisitor ingressus fuerit seisinam recenter, et incontinenti si præsens fuerit vel si absens cum redierit, nitatur tales viribus repellere[2] et[3] expellere, licet id quod inceperit[4] perducere non possit[5] ad effectum, dum tamen cum defecerit diligens sit ad impetrandum et prosequendum. Iniuriosa autem esse poterit contentio vel iniusta, si[6] quis ad quem non pertinet tali-

[18] contrectata, MSS. var. [19] quid, V, OC, MG; om., MA. [20] possum, MA, MG, OC. [21-24] ipsum vel alios statim arare seminare non impedivero sive meliorare, V; ipsum vel alias meliorare non impedivero, OB, MB, MA (alios); arare vel alio modo meliorare non impedivero, CM. [22-23] Om., OC, MG. [23] Om., OA, LA. [25] Om., OB, MA, MB, CE. [26] fecerit, OC, MG. [27-28] usucapionem super longam, OB, MA, MB.

[1] quod, V, LA, OC, OA, MG. [2-3] Om., OA, LA, OC, MG. [4] incepit, OB, MA, MB, CM. [5] potuit, MG; poterit, OB, MA, MB, CM, CE, Y. [6] ut si, V, MG; vel si, CM.

bus quæstionem moveat vel contentionem.[7] Et unde si quis per intrusionem post mortem alicuius, ante aditam[8] hereditatem ab herede, propria auctoritate se posuerit in seisinam vacuam, vel cum auctoritate eius qui ius non habet donandi cum non sit verus dominus. Item si disseisitor cum disseisinam fecerit. Item si[9] firmarius per longum tempus post terminum præteritum. Item si quis contra conventionem, quamvis inter alios factam, vel contra modum donationis ne quid omnino dare possit vel alienare, vel non certis personis. Item si quis se posuerit in seisinam ex causa donationis eius qui ius non habet, vel non nisi ad vitam, quacumque ratione ad exheredationem veri domini. Item si frater postnatus propria auctoritate se intruserit in seisinam, vel forte[10] cum auctoritatem habuerit a capitali domino vel ab aliquo ad quem non pertinet: et quorum casus sunt infiniti. Tales, sive titulum habuerint sive non, quantum ad verum dominum qui ius habet et proprietatem, numquam liberum tenementum habebunt nisi per longam, continuam, et pacificam possessionem, ut prædictum est: quantum vero ad non dominos qui dederunt, vel quantum ad alios qui ius non habent, statim et incontinenti incipiunt habere liberum tenementum et ius, et incipiunt possidere. Et[11] cum longa et continua et pacifica possessio intervenerit, incipiunt possidere quoad omnes, et habere liberum tenementum, ita quod sine brevi et[12] iudicio eici non possint: quia sicut tempus[13] est modus inducendæ et tollendæ obligationis, ita erit modus adquirendæ possessionis. Longa enim possessio sicut mater ius parit possidendi,[14] et tollit actionem vero domino petenti, quandoque unam, quandoque aliam, quandoque omnem, quia omnes actiones in mundo infra certa tempora habent limitationem. Sic enim ut prædictum est, adquiritur possessio et liberum tenementum ex tempore sine titulo et traditione, per patientiam et negligentiam veri domini. <Et sciendum quod non valet violenta[15] si incontinenti resistatur. Et hoc verum est nisi fuerit precaria quæ omni tempore revocari poterit, et idem si de gratia. Gratia enim voluntaria est, et de voluntate contraria revocatur. Item ubi fuerit clandestina, sicut nocturna, vel concessa a ballivis in absentia dominorum. Item si ad pretium incertum, scilicet[16] quolibet anno vel tempore mutatum et alternatum, secus si ad certum. Et hæc locum habent inter privatas personas: inter regem et privatas personas non tenet istud quia rex parem non habet, nec vicinum, nec[17] superiorem.>

[7] contentionem vel interruptionem, V, MG. [8] adhibitam, OA, LA, OC, MC. [9] Om., OB, MA, MB; si cum, Y; cum si, CM. [10] Om., OB, MA, MB, CE, CM, Y. [11] sed, OA, LA, OC, MG, MC. [12] vel, OA, LA, OC, V, MC. [13] Om., OB, MA, MB, CE, CM, Y, MC. [14] possidenti, OA, MA, CE, Y, MC. [15] valet si fuerit violenta, V, OC, MG (violentia). [16] simul, OC, MG. [17] Om., OB, MA, MB, CE, CM, MC.

Qualiter adquiritur possessio iuris quod tradi non potest per longum usum.

DICTUM est qualiter quis adquirit possessionem rei corporalis ex tempore et sine traditione, cum usu vel sine. Nunc autem dicendum qualiter adquiritur possessio rei incorporalis, sicut possessio iuris, videlicet alicuius servitutis, per patientiam quæ trahitur ad consensum, et longum usum pacifi-
f. 52b] cum sine constitutione vel expressa voluntate. Patientia vero trahitur ad consensum, et adquiritur possessio iuris per usum, ut si dominus proprietatis liberum habens fundum, ex patientia uti permiserit vicinum suum præsens et sciens in fundo suo aliqua servitute, ubi ius utendi non habuerit, sicut in pastu pecorum, itinere,[18] actu, vel aquæ ductu, vel huiusmodi, per longum tempus pacifice sine interruptione: ex tali usu et patientia præsumitur de consensu et[19] voluntate. Et ita adquiritur possessio ex tempore, ita quod taliter utens sine brevi et iudicio eici non poterit, et sicut consensus poterit esse tacitus[20] sicut[21] expressus,[22] sic poterit esse voluntas tacita vel[23] expressa. Præsens et sciens dico, quia si absens fuerit, vel præsens et ignoraverit, et si sciret prohiberet, talis usus non valebit cum sit clandestinus. Et idem erit si nocturnus. Item idem erit si violentus. Item idem si precarius, qui tempestive vel[24] intempestive revocari poterit cum dependeat tantum de gratia et voluntate concedentis, sicut de tempore in tempus, de termino in terminum, sicut de anno in annum, pro certo servitio vel incerto cum termino præfinito, dum tamen si certum sit pretium[25] vel[26] servitium sine[27] termino, erit possessio vera et sufficiens. Si autem incertum sit[28] servitium cum[29] termino vel sine, ut si[30] aliquando plus, aliquando minus, erit ibi potius locatio herbagii quam pastura. Si autem in absentia veri domini utatur quis de patientia et permissione servientis, vel alterius qui ius non habet concedendi vel constituendi servitutem, talis usus non sufficiet[31] nec valebit ad possessionem adquirendam.

De adquirendo rerum dominio incorporalium sicut de iuribus, libertatibus et servitutibus.

DICTUM est superius qualiter adquiruntur rerum corporalium dominia quæ traditionem patiuntur vel quasi ex causa donationis, et qualiter postea transferuntur traditione de persona in personam ex mutuo consensu, tacito vel expresso. Tacito, qui sufficit pro traditione eo quod donatio expresse non revocatur cum possit. Expresso, per ratihabitionem expressam. Item

[18] itinere vel, V, OA, LA, OC, MG, MC. [19] et de, V, CE, (+ OB). [20-21] Om., OB, MB, (+ MA); tacitus vel, OC, CM, Y. [21-22] Om., MG. [23] Om., OB, MB; et, LA, (+ tacita vel, MA). [24] et, V, OA, LA, OC, MG. [25-26] Om., OA, LA, OC, MG. [27] cum, V, MG. [28] Om., OA, LA. [29] vel, OB, MB; vel cum, CM, Y, MA (+ cum). [30] si aliquis haberet, V, MG; si alicui, OC. [31] sufficit, OB, MB.

cum quis adeptus fuerit possessionem per se sine titulo et traditione, qualiter adquiritur possessio et dominium rerum ex tempore. Item qualiter rerum incorporalium sicut iuris, scilicet alicuius servitutis in alieno adquiritur dominium et possessio per longum,[32] continuum, et pacificum usum sine consensu expresso, ex patientia veri domini qui scivit et non prohibuit, sed permisit de consensu tacito. Nunc autem dicendum[33] qualiter adquiruntur rerum incorporalium dominia et possessio, sicut iurium ex consensu expresso, ex causa donationis et constitutionis servitutis.[34] Iura siquidem cum sint incorporalia videri non poterunt, neque tangi, et ideo traditionem non patiuntur sicut res corporales. Oportet igitur de necessitate quod in huiusmodi contrahatur donatio ex affectu contrahentium, et solo animo et volun-
f. 58] tate transferendi et accipiendi, et aspectu rei corporalis, cui insunt huiusmodi iura, et sic quasi possidentur ex fictione iuris, et ille qui sic in possessione fuerit ex iuris fictione, semper quasi utitur donec fuerit disseisitus per violentiam, vel sine violentia per non usus. Adquiri enim poterit possessio rei corporalis sine usu, et[1] similiter rei incorporalis quasi possessio sine usu.[2] Sed cum usus intervenerit in re incorporali,[3] retinetur possessio per usum et efficitur vera, quæ prius fuit fictitia, et cum quis usus fuerit iure tali, ad alium transferre poterit ius et usum simul, quod non potuit ante usum. Item si ille cui constituta fuerit servitus, in vita sua cum nolit vel non possit usus non fuerit, heres suus uti poterit si servitus fuerit constituta sibi et heredibus suis, et sic de herede in heredem, propinquos et remotos, per modum donationis. Si autem sic constituta fuerit servitus tali et heredibus suis, vel cui dare vel assignare voluerit, omnes tales per modum constitutionis sive donationis admittuntur ad usum successive, cum sint quasi in possessione, et omnes alii ab usu penitus excluduntur. Huiusmodi autem iura[4] sicut[5] servitutes dici poterunt pertinentiæ alicuius rei corporalis, et pertinent de re corporali ad rem corporalem, scilicet[6] de[7] fundo[8] vel tenemento alieno ad fundum vel[9] tenementum alicuius proprium, et hoc multis modis secundum quod infra dicetur plenius de assisis. Transferuntur etiam[10] huiusmodi iura de persona in personam per usum et quasi ante usum ut prædictum est. Item sicut pertinent iura ad aliquem ex alieno, ita pertinent in proprio. Ut si quis fundum habuerit ad quem pertineat advocatio ecclesiæ, ius præsentandi pertinebit ad dominum, et quamvis ecclesia secundum quod construitur lignis et lapidibus corporale[11] est,[12] ius tamen præsentandi erit incorporale: et unde aliud est dare ecclesiam et

[32] longum et, OB, MA, MB, LA, MC. [33] dicendum est, V, MG. [34] servitutum, MG, Y.
[1-2] Om., OB, MG, (+ MA). [3] corporali, OB, MA, MB, Y, CM, MG. [4-5] Om., MA.
[5] Om., OB, MB. [6-8] Om., MA. [7-8] Om., OB, MB, CE. [9] et, OB, MA, MB, CE, CM.
[10] Om., CM; enim, CE; autem, V, OB, MA, MB, OC. [11-12] Om., OA, OB, MA, MB, MC, MG, CE, CM, LA, Y; lapidibus sit res corporalis, V; *sic*, OC.

aliud dare advocationem. Laici tamen secundum communem usum propter eorum simplicitatem dant ecclesias, quod nihil aliud est dicere quam præsentare. Laicus igitur[13] præsentat ad ecclesiam vacantem secundum quod construitur lignis[14] et lapidibus, ut præsentatus ecclesiam[15] regat, et episcopus eam[16] dat, scilicet præsentatum admittit ad regimen et instituit. Si autem dominus fundi advocationem dederit, scilicet illud ius præsentandi, aliud erit. Si quis autem donationem fecerit viris religiosis, et dederit eis ecclesiam ita quod illam habeant in proprios usus, sic remanebit illis[17] ecclesia imperpetuum. Sed tamen[18] ius advocationis ad illos non transfertur, quia ius advocationis semper remanet cum patrono, et unde illam ulterius conferre non poterunt alicui clerico, cum ius advocationis et ius præsentandi semper remaneat cum patrono. Si autem eis dederit quis ius advocationis alicuius ecclesiæ, ipsi de gratia et dispensatione poterunt eam in proprios usus retinere, vel ad eam præsentare, et ius advocationis et patronatum sibi retinere. Habet tamen huiusmodi donatio ex consuetudine et ab usu aliam interpretationem et alium intellectum, ut si dicat quis, *Do talem ecclesiam talibus viris religiosis,* ubi mentionem facere deberet de advocatione, sufficit donatio talis quantum ad ius[19] advocationis transferendum,[20] et propter simplicitatem laicorum interpretatur, quod laicus per hæc verba dat quidquid iuris habet in ecclesia illa, scilicet ius advocationis simul cum ecclesia, secundum quod inveniri poterit de termino Sanctæ f. 58b] Trinitatis, anno regis[21] Henrici quarto, comitatu Lincolniæ, de ecclesia de Wyclive[22] data priori de Markeby.

Qualiter quis uti debeat servitute in communa pasturæ.

ITEM videndum qualiter quis uti debeat iure sibi concesso ad retinendam possessionem et iuris sui declarationem. Et primo de servitutibus, ut si cui concedatur in alieno ius pascendi, statim cum possit immittat[23] pecora sua, unum vel plura, et per hoc retinebit seisinam suam. Unum dico, quia si ad[24] plura usque ad mille, vel sine numero, sufficit ad seisinam retinendam si unicum immittat. Item si ius pascendi per totum fundum concedatur, sufficit ad seisinam retinendam per totum fundum si unicum immittat eo animo ut per totum pascat: quod quidem si ei permissum non fuerit, quod uti non possit omnino vel commode, competit ei assisa novæ disseisinæ, licet antea[25] usus non fuerit in veritate, propter quasi seisinam et quasi usum ex prima voluntate concedentis. Et cum sic in veritate usus fuerit,

[13] enim, OB, MA, MB, CE, Y, CM. [14] ex lignis, V, OC. [15] eam, OB, MA, MB, CE, CM; eam ecclesiam, MC. [16] Om., OA, LA, OC, MG. [17] eis, OB, MA, MB, CM. [18] cum, OA, LA, OC, OB, CE, CM, MC. [19-20] iura advocationis transferenda, OB, MA (transferri), MB, CE, CM. [21] regni regis, V, OC, Y. [22] Wychyne, Wiclyme, Whichene, Widnie, Widine, Wydon, MSS. var. [23] immittit, V, CM, OC. [24] Om., OB, MA, MB. [25] Om., MG; ante, OC; omnino, LA.

illud ius cum usu transmittit ad heredes suos et assignatos, quod prius facere potuit sine usu, et extunc ad extraneos illud ius transmittere poterit cum usu et seisina, quod prius non potuit sine usu. Et quod dictum est de iure pascendi, fiat de iure eundi, agendi, aquamve ducendi, et de omnibus aliis servitutibus, quæ sunt infinitæ et non refert.

Qualiter in iure præsentandi et qualiter transfertur seisina.

De iure autem advocationis restat videre qualiter transferatur, et quæ debeant concurrere ad hoc quod transferri possit. Oportet igitur quod ille qui advocationem dederit in seisina sit præsentandi: hoc est quod ultimo præsentaverit aliquem qui ad præsentationem suam admissus fuerit et institutus, vel saltem commissa custodia, cum per hoc recognoscatur ipsum esse patronum, vel saltem quod præsentationem suam evicerit ab aliquo de seisina antecessoris, vel quod antecessores sui præsentaverint immediate, vel aliquis nomine eorum vel nomine suo, sicut custos vel firmarius. Cum autem[26] sic in seisina fuerit ius advocationis ad alium transferre poterit, sed non solo animo et affectu, sicut servitutem secundum quosdam. Cum ius advocationis incorporale sit quod videri non possit neque tangi, oportet de necessitate quod cum corpore transferatur ad quod pertinere possit, quia sine corpore recte possideri non poterit, licet ab aliquibus dicatur quod quasi ad similitudinem servitutis. Et quod advocatio quæ incorporalis est, transferri non possit sine re corporali et tenemento, probatur de termino Sancti Hillarii, anno regis Henrici nono, comitatu Norfolciæ, inter abbatem de Messendena[27] et Hubertum de Burgo, de ecclesia de Oweltona,[28] ubi idem abbas protulit cartam cuiusdam Walteri de la Penne, quæ testabatur quod idem Walterus dedit ei advocationem illius ecclesiæ: sed quia postea convictum fuit quod idem Walterus nullum tenementum habuit in manerio in quo ecclesia sita fuit, nec aliquis per eum, nec idem Walterus numquam præsentavit ad ecclesiam illam, consideratum fuit quod abbas nihil caperet. Item ad hoc facit quod habetis de termino Sancti Hillarii, anno regis Henrici sexto, comitatu Staffordiæ, de Raul[29] comite Cestriæ et[30] priore de Kenilworthe[31] de ecclesia de Stoke,[32] ubi dicitur quod quia ille qui[33] dedit advocationem priori, nec aliquis antecessorum suorum, numquam[34] seisinam habuerunt[35] præsentandi, nec aliquod tenementum in villa illa, consideratum fuit quod donatio[36] nulla. Item ad hoc facit quod habetis de termino Paschæ, anno regis Henrici nono, comitatu Cornubiæ,

[26] Om., OB, MA, MB. [27] Messendona, Mesendene, Mesindene, MSS. var. [28] Walton, Welton, Owoktona, Aweltona, MSS. var. [29] Raul., OA, LA, CE, Y, MA, MB, MC; Ran., MG; Kaul., OB; Rotulis, CM. [30] de, OB, MA, MB, OC. [31] Kenilleworde, Kenillewurde, Kenilwrde, Keneylleworthe, Kyniswyth., Kylingworthe, MSS. var. [32] de Stake, OA, MG. [33] Om., OB, MB. [34] umquam, OA, LA, OC, CM. [35] habuit, V, MB; habuerint, MG. [36] donatio illa, V, MG.

de Ricardo de Wika et priore de Tywardray,[87] assisa ultimæ præsentationis de ecclesia de Wika, ubi non valuit donatio facta de advocatione, quia ille[88] qui dedit numquam fuit in seisina præsentandi, nec terram ali-
f. 54] quam habuit in villa illa ad quam advocatio illa potuit pertinere, quamvis multæ confirmationes episcoporum et dominorum capitalium intervenissent. Oportet igitur[1] quod advocatio cum re corporali transferatur cum seisina illius qui transfert, vel alicuius antecessorum suorum, et cum sic facta fuerit donatio advocationis cum tenemento, facta traditione rei corporalis, videlicet tenementi, statim incipit donatarius possidere tenementum illud, et quasi possidere ius præsentandi: seisinam autem numquam habebit antequam ecclesia vacaverit ut[2] tunc præsentare possit. Et unde si donatio facta fuerit tantum donatario sine heredibus, si in vita sua vacaverit, præsentare poterit et uti seisina sua. Si autem non, remanebit præsentatio cum donatore, vel si illam in vita sua dederit alicui antequam vacet, non valebit donatio ex quo non fuit in seisina præsentandi, sed remanebit cum donatore. Si autem sic[3] facta fuerit donatio, *sibi et heredibus suis,* si[4] in vita donatarii non vacaverit quod præsentare possit, ius tamen præsentandi transmittit ad heredes suos propinquos et remotos in infinitum, de seisina donatoris et warranti sui, sicut de seisina alicuius antecessoris: et donatarius semper ex donatione est quasi in possessione, et videtur uti donec seisinam amiserit per non usum, hoc est si donatorem vel alium ex negligentia vel patientia sua præsentare permiserit ad[5] ecclesiam[6] cum vacaverit, quo casu numquam recuperabit ipse[7] nec heredes sui, quia vacua erit carta et donatio sine seisina. Si autem donatarius antequam ecclesia illa vacaverit, vel antequam præsentaverit, vel heredes sui advocationem illam dederint alicui, cum tenemento vel sine, non valebit donatio, quia quamvis ius præsentandi transferant, tamen seisinam non transferunt quam non habent: sed semper remanebit cum donatore qui ultimo præsentavit, nisi forte sit ita quod donatio facta sit donatario et heredibus suis, vel cui dare vel assignare voluerit, propter modum donationis, quia donatarii et assignati erunt loco heredum. Sed si[8] cum nulla facta sit mentio de assignatis, donatarius vel eius heredes dederint vel assignaverint antequam seisinam habuerint, et donatarius vel assignatus cum ecclesia vacaverit præsentaverit,[9] et per negligentiam vel[10] patientiam primi donatarii admissus fuerit clericus ad eorum præsentationem, sic incipient possidere ex negligentia et[11] patientia aliorum, et incipiet valere donatio, ex

[87] Triwarday, Tywarday, Tywardrayt, Tywardrayd, Triwardray, yWardray, Cumdray, Tilwardr., MSS. var. [88] ipse, OB, MA, MB, CM.

[1] Om., MA, MB, CM; ergo, OB. [2] et, V, MG, Y, OC. [3] Om., OB, MA, MB. [4] Om., OB, MA, MB. [5-6] Om., OB, MA, MB. [7] iste, LA, Y. [8] Om., OB, MB, (+ MA), OC. [9] præsentaverint, OA, LA, OC, CE, Y, MC. [10] vel per, V, OA, LA, CM, MC. [11] vel, V, OB.

quo concurrunt ius et seisina, iuste vel iniuste. Sed quid si uterque præsentaverit, primus donator videlicet, et secundus donatarius? Primus donator præferri debet propter seisinam a qua non recessit, nec secundus donator potuit ad alium plus conferre quam ipse habuit, scilicet non nisi ius sine seisina: et licet assignatus ipsum vocare vellet ad warantum, non posset ei[12] warantizare plusquam ei dedit vel dare potuit, nec etiam posset eum defendere in seisina præsentationis quam suus assignatus non habuit. Item esto quod ante seisinam præsentationis facta fuerit donatio vel assignatio, et casu aliquo revertatur tenementum cum advocatione ad eum qui dedit, sicut eschæta, vel alio modo, et inceperit ecclesia vacare tunc primo, et uterque præsentaverit, scilicet primus donator et primus donatarius, adhuc erit præferendus in[13] donatione primus[14] donator propter seisinam præsentandi a qua non recessit. Et si donatarius instrumenta donationis protulerit, vacua erunt quantum ad ius præsentandi, quia quidquid habuit suo feoffato contulit, et iam ex alia causa et ab alio possidere incepit de
f. 54b] novo, quam ex prima causa donationis et a feoffatore suo. Et quod donatio facta de advocatione valere non debeat antequam donator fuerit in possessione præsentandi, probatur in rotulo de termino Sancti Michælis, anno regis Henrici octavo incipiente nono, comitatu Bedefordiæ, de Iohanne de Trailly et priore de Newenham, assisa ultimæ præsentationis, de tertia parte ecclesiæ de Sudmeles,[15] ubi prior respondit ad assisam quod Walterus de Trailly, antecessor prædicti Iohannis, dedit advocationem illius tertiæ partis Falkesio[16] de Breaute,[17] et ille Falkesius illam dedit domui suæ per cartam suam: sed quia prior recognovit[18] quod idem Walterus fecit ultimam præsentationem et quod Falkesius numquam præsentavit, consideratum fuit quod Iohannes recuperaret seisinam suam de seisina Walteri antecessoris sui. Item ad hoc facit quod habetis de itinere Martini de Pateshilla in comitatu Wygorniæ, anno regis Henrici quinto, ubi dicitur quod si cui data fuerit advocatio, et donatarius antequam præsentaverit illam ulterius dederit, non valebit donatio quia ultimus donatarius warantum non habuit.[19] Item non valet donatio advocationis si ille qui dedit numquam seisinam præsentandi habuit, nec aliquid de manerio vel tenemento ad quod advocatio pertinuit: ut inter placita quæ sequuntur regem,[20] anno regis Henrici vicesimo secundo, comitatu Salopiæ, de Godefrido[21] de Gamages, ubi[22] idem Godefridus dixit coram rege quod quidam antecessor suus dedit patri suo quandam terram cum advoca-

[12] Om., OB, MA, MB, CE, CM. [13-14] Om., OB, MA, MB, CE, CM. [15] Submeles, Mudmeles, Suthmeles, Sutmellis, MSS. var. [16] Falcans, Falconi, Falkas, Falkasio, MSS. var. [17] Breute, Breante, Briante, Breuse, Bruance, MSS. var. [18] cognovit, MG, OC. [19] habet, OA, LA, OC, MC, MG; habuerit, MA. [20] Om., OB, CM. [21] Galfrido, OB, MA, MB, CM. [22] ut, OB, MB, CM; et, MA.

tione ecclesiæ, et unde postmodum convictum fuit quod idem antecessor numquam inde seisinam habuit, et ideo donatio nulla, licet idem Godefridus et pater suus postmodum inde essent in seisina. Item ad hoc facit de termino Paschæ anno regis[23] Henrici decimo, comitatu Leycestriæ, assisa ultimæ præsentationis, inter Walterum de Rideware[24] et priorem de Dudelegha,[25] ubi idem Walterus nihil capere potuit per assisam, quia[26] comes de Ferariis,[27] qui manerium illud ad quod[28] advocatio illa pertinuit dedit prædicto Waltero, numquam præsentavit ad ecclesiam illam. Item ad hoc facit quod habetis de termino Sancti Michælis anno regis Henrici nono incipiente decimo, assisa ultimæ præsentationis inter priorem de Lewes et Adam de Novo Mercato, de ecclesia de Hatfeldia,[29] ubi idem Adam recuperavit præsentationem suam de seisina avi sui ex parte matris. Casus quidem talis est: Avus quidam[30] ipsius Adæ etcetera. De[31] hac materia plene infra de assisa ultimæ præsentationis, et hic superabundat vel ibi.[32] Item videtur quod sine corpore poterit ius advocationis transferri ad alium[33] per se, et quasi[34] possideri sicut servitus donec[35] vacaverit, et tunc per usum et præsentationem retineri ad similitudinem servitutis. Non est[36] enim necesse ut videtur quod semper adhærat fundo vel tenemento cui insit, cum inesse poterit ecclesiæ secundum quod ecclesia construitur ex lignis et lapidibus, et unde dicitur advocatio talis ecclesiæ. Et unde si ecclesia donetur sine tenemento, adhuc poterit transferri advocatio[37] vel retineri, et cum per se data fuerit advocatio, et cum ecclesia vacaverit donatarius præsentaverit, et ius advocationis retinebit per seisinam, et sic desinet esse advocatio de fundi pertinentiis.[38] Et unde videtur quod si ille qui advocationem dedit sive ante vacationem ecclesiæ sive post, fundum dederit cum omnibus pertinentiis suis et cum advocatione ecclesiæ expresse, non valebit donatio quantum ad advocationem, licet valeat quantum ad fundum transferendum[39] sine advocatione, quia donator id quod prius dedit sine voluntate
f. 55] donatarii resumere non poterit, nec iterum dare, licet videatur prima facie quod semper in seisina extiterit donec donatarius præsentaverit. Sed re vera dare non poterit, cum donatarius ius habeat præsentandi et sit quasi in seisina donec ecclesia vacaverit, et sic per imaginariam seisi-

[23] regni regis, OC, CM. [24] Redeware, Rydeware, Radeware, Kydeware, MSS. var. [25] Dydelegh., Dodelegh., Dudeleham, MSS. var. [26-27] Om., OB, MB, (+ MA). [28] quem, OA, LA, Y (corr. quod). [29] Hattefeud., Hatfeud., Hantfeud., Haterfeud., Hantfend., Batefend., MSS. var. [30] quidem, OB, CE, LA, Y; sic, V, MC; quid., MSS. var. [31-32] Om., OA, LA, MC. [33-34] alium per quasi, OB, MA, CE, CM; alium et quasi, MB. [35] per donec, OB, MA, CE, CM; vel donec, MB. [36] Om., OB, MA, MB. [37] ius advocationis, OB, MB; donatio advocationis, MA, MC, CE, CM; advocatio (corr. donatio advocationis), Y. [38] cum pertinentiis, OA; de fundo et pertin., MG. [39] transferendo, V; transferens, CE; transferend., MSS. var.

nam remanet vera seisina in suspenso usque ad[1] vacationem:[2] ut[3] tunc præsentet donatarius si advocationem ad alium non transtulerit,[4] vel donator si hoc fecerit,[5] et sic erit observandum ubi advocatio separata est a fundo et non est de fundi pertinentiis. Item esto quod de fundo fiat donatio cum advocatione, et antequam ecclesia vacaverit vel post, fuerit donatarius per donatorem vel alium disseisitus, et tunc incipiat vacare ecclesia, non præsentabit donatarius ad ecclesiam cuius advocatio est de pertinentiis antequam fundum recuperet, quod est principale: et sic agi oportet in pluribus casibus, quod seisinam habere non poterit quis de pertinentiis vel accessorio antequam adquisierit principale. Item quandoque transit ius advocationis cum corpore, id est cum ipso fundo vel tenemento, ad quod advocatio pertinuerit, quandoque cum expressione et quandoque sine. Cum expressione, ut si dicatur,[6] *Do tibi fundum istum cum omnibus pertinentiis suis et cum advocatione ecclesiæ.* Vel sine expressione, ut si dicatur, *Do tibi fundum istum cum omnibus pertinentiis suis sine aliquo retenemento,*[7] sive hoc sit in feodo sive[8] ad firmam. In quo casu transit advocatio cum ipso fundo ad donatarium, et si partem fundi dederit, quamvis cum omnibus pertinentiis,[9] et partem retinuerit, non propter hoc transfertur advocatio, sed cum donatore remanebit, licet minimam partem fundi retinuerit: non enim transfertur advocatio cum aliqua parte fundi nisi specialiter transferatur. Item si pluribus fiat donatio de fundo aliquo per particulas cum omnibus pertinentiis simul vel successive, sine aliqua expressione advocationis, ultimo feoffatus quantum ad ius advocationis erit omnibus aliis præferendus: habita tamen distinctione secundum quosdam si advocatio specialiter excipiatur, utrum donator sic dicat, *Do tibi*[10] *tantam terram cum omnibus pertinentiis suis, excepto tanto terræ de prædicta terra cum pertinentiis,* vel *retento mihi tanto terræ*[11] *de eadem terra,* quia in primo casu videtur quod donator totum transferat ad donatarium, scilicet advocationem cum aliis pertinentiis. Et unde cum postea ab illo toto excipiat partem, videtur quod advocatio[12] remanere debeat donatario[13] ex quo specialiter cum parte excepta non transfertur. Si autem sic dicat, *Do tibi tantam terram cum omnibus pertinentiis suis, salva mihi* vel *retenta tali parte,* videtur[14] quod advocatio remanere debeat cum parte retenta[15] vel salvata. Item esto quod alicui fiat donatio de tenemento cum advocatione, donec ei provideatur, si ante pro-

[1-2] ad vocationem, MB, CE; usque advocationem, MA, MG, CM; usque advacationem, MC, Y. [3] et, OC, MG, CM, MC; ubi tunc, CE; et alias ut, Y. [4] sustulerit, OB, MA, MB. [5] non fecerit, V, CE, Y, OB, MA, MB, MC; tunc præsentet donatario si ita est a fundo, CM. [6] dicat, OB, MA, MB, CE, CM. [7] retento, V; tenemento, OA. [8] vel, V, OA, CE, Y. [9] pertinentiis suis, OB, MA, MB, CM. [10] Om., OB, MA, MB, CM. [11] terræ cum pertinentiis suis, LA, Y, MC. [12] Om., OB, MA, MB. [13] donatori, V, OB, MG. [14] Om., OA, LA, MG, CE, MC (+). [14-15] Om., OC.

visionem et antequam in seisina fuerit præsentandi, donatarius rem cum advocatione, vel advocationem per se, etiam[16] post præsentationem ad alium transtulerit, qui similiter præsentaverit ante provisionem, et postea donatario provisum fuerit, et iterum ecclesiam vacare contigerit, et omnes præsentaverint, scilicet donator primus et donatarius primus et secundus: donator[17] primus erit omnibus aliis præferendus, quia si primus donatarius et secundus prima facie actionem habeant de præsentatione, donator habe- f. 55b] bit exceptionem de provisione, et non poterit primus donatarius dare ad remanentiam vel cum effectu, qui perpetuitatem non habet,[18] vel quia eius status dependet ex insidiis fortunæ. De hac materia inveniri poterit de termino Paschæ anno regis Henrici septimo,[19] comitatu Bedefordiæ, de Falkesio de Breaute et priore de Newenham, assisa ultimæ præsentationis de ecclesia de Haspele.

De libertatibus et quis concedere possit libertates et quæ sint regis.

DICTUM est supra qualiter iura et res incorporales transferuntur,[20] et[21] quasi traduntur,[22] et qualiter possidentur vel quasi, et qualiter per[23] verum usum retinentur. Nunc autem dicendum erit[24] de libertatibus, quis concedere possit libertates, et quibus, et qualiter transferuntur, et qualiter possidentur vel quasi, et qualiter per usum retinentur. Quis? Et sciendum quod ipse dominus rex, qui ordinariam habet iurisdictionem et dignitatem et potestatem super omnis qui in regno suo sunt. Habet enim omnia iura in manu sua quæ ad coronam et laicalem pertinent potestatem et materialem gladium qui pertinet ad regni gubernaculum. Habet etiam iustitiam et iudicium quæ sunt iurisdictionis, ut ex iurisdictione sua sicut dei minister et vicarius tribuat unicuique quod suum fuerit. Habet etiam ea quæ sunt pacis, ut populus sibi creditus[25] in pace sileat et quiescat, et ne quis alium verberet, vulneret vel male contrectet,[26] ne quis rem alienam per vim et roberiam auferat vel[27] asportet, ne quis hominem mahemiet vel occidat. Habet etiam coertionem ut delinquentes puniat et coercet. Item habet in potestate sua ut leges et constitutiones et assisas in regno suo provisas et approbatas et iuratas, ipse in propria persona sua[28] observet et a subditis suis faciet[29] observari. Nihil enim prodest iura condere, nisi sit qui iura tueatur. Habet igitur rex huiusmodi iura sive iurisdictiones in manu sua. Habet etiam præ ceteris omnibus in regno suo privilegia de iure gentium

[16] etiam si, LA, Y, MC. [17] donatarius, MSS. var. [18] habuit, OB, MA, MB, CM. [19] octavo, OB; sexto, CM. [20-23] transferuntur et qualiter possidentur et quasi traduntur vel quasi et qualiter per, MG, Y, OC (possidentur et qualiter traduntur et qualiter per). [21-22] Om., CM. [24] Om., OB, CM; est, MA, MB. [25] traditus, V, MB, MG. [26] contractet, MSS. var. [27] et, OB, MA, MB, CM, CE. [28] Om., OB, MA, MB, CE. [29] faciat, V, OB, MA, MB, CE, CM.

propria, quæ de iure naturali esse deberent[80] inventoris sicut thesaurus, wreccum, grassus piscis, sturgio, wayvium, quæ in nullius bonis esse dicuntur. Habet etiam de iure gentium in manu sua, quæ de iure naturali deberent esse communia, sicut feras bestias, et aves non domesticas, quæ deberent esse communia de iure naturali per apprehensionem et captionem et aucupationem. Item per occupationem et apprehensionem rei alterius, ut si quid abiciatur et pro derelicto habeatur. Ea vero quæ iurisdictionis sunt et pacis, et ea quæ sunt iustitiæ et paci annexa, ad nullum pertinent nisi tantum[81] ad coronam et dignitatem regiam, nec a corona separari poterunt cum faciant ipsam coronam. Est enim corona facere iustitiam et iudicium, et tenere pacem, et sine quibus corona consistere non poterit nec tenere. Huiusmodi autem iura sive iurisdictiones ad personas vel tenementa transferri non poterunt, neque a privata persona possideri, neque usus, neque executio iuris, nisi hoc datum esset[82] ei desuper, sicut iurisdictio delegata, nec delegari poterit, quin ordinaria remaneat cum ipso rege. Ea vero quæ dicuntur privilegia licet pertineant ad coronam, tamen a corona separari possunt et ad privatas personas transferri, sed de gratia ipsius regis speciali: cuius gratia et concessio specialis si non intervenerint, tem-
f. 56] pus a tali petitione regem non excludit. Nullum enim tempus currit contra ipsum in[1] hoc casu cum probatione non egeat.[2] Constare enim debet omnibus quod huiusmodi pertinent ad coronam, nisi sit aliquis qui docere poterit ex speciali gratia habita contrarium. In aliis enim[3] ubi probatio necessaria fuerit, currit tempus contra ipsum sicut contra[4] quoscumque alios. Huiusmodi autem libertates cum a rege concessæ fuerint, statim quasi transferuntur et quasi possidentur, et ille cui conceduntur statim quasi utitur, licet casus quo uti debeat statim non evenerit. Cum autem evenerit et usus fuerit, statim retinet possessionem per usum, et sive usus fuerit vere, sive non, semper erit in possessione vel quasi, vel iurisdictionis delegatæ vel rei donec amiserit per abusum[5] vel[6] non usum. Uti autem non poterit quis vere, licet quasi, tali libertate, donec casus evenerit quo uti possit, ut si quis habeat[7] curiam et potestatem placitandi in curia sua, et tenendi placitum per breve de recto, licet sit quasi in possessione, tamen vere uti non poterit ante brevis impetrationem et summonitionem. Item si cui concedatur libertas quod inquirere possit et iudicare de assisis et mensuris infractis contra constitutionem regiam, licet possit inquirere, tamen iudicare non poterit antequam fuerit transgressum, licet fuerit quasi in possessione. Item si cui concedatur talis libertas quod habeat soke et sake, tol et them, infangenethef et utfangenethef, iudicium vitæ et

[80] debent, MSS. var. [81] Om., OB, MA, MB, CE, CM. [82] fuerit, V, OA, MC.

[1-2] Om., OB, MB, (+ MA). [3] vero, V, OB, MA, MB, CE, CM. [4] Om., OB, MA, CE, CM. [5-6] Om., OA, LA, OC, MG, Y. [7] habet, OB, MA, MB, CE, CM.

membrorum, et furcas, et alia quæ pertinent ad executionem iudicii, talis non prius uti poterit tali libertate quam[8] si[9] latro captus fuerit de quo iudicium fieri possit et debeat, sed semper[10] priusquam utatur quasi utitur[11] cum sit in potestate utendi tali libertate, donec libertatem illam amiserit per non usum: hoc est donec alius de latrone capto infra libertatem suam iustitiam fecerit et iudicium, et illum abduxerit extra libertatem suam semel secundo per negligentiam et patientiam[12] suam, eo præsente et sciente et permittente. Cum autem hoc sciverit et[13] diligenter[14] et recenter sibi perquisiverit, repetere poterit libertatem. Si autem negligens fuerit, per[15] negligentiam et patientiam[16] per lapsum temporis illam amittit, et extunc sine rege restitui non poterit, cum per lapsum temporis suam amiserit actionem. Item eodem modo si cui concedatur talis libertas quod quietus sit[17] de theolonio et consuetudinibus dandis per totum regnum Angliæ, in terra et in mari, et quod theolonium et consuetudines capiat infra libertatem suam de ementibus et vendentibus, statim erit quasi in possessione: et possessionem retinet cum theolonium et consuetudines receperit, et[18] alibi in regno extra libertatem suam per talem libertatem prætextu talis libertatis, per iudicium vel[19] alio modo, cum[20] quietantiam habuerit in nundinis et mercatis. Et quod hic dictum est exempli causa dici poterit in[21] omnibus aliis casibus consimilibus, sicut in his quæ pertinent ad coronam, sicut in placito de vetito namii, de[22] visu franci plegii. Item de privilegiis supradictis. Est enim libertas evacuatio servitutis, et contrario modo sese respiciunt, et ideo simul non morantur. Esse enim poterit libertas ut si quis teneatur ad dandum ex servitute, sicut theolonium et consuetudines, ex libertate defendi poterit ad non dandum. Item si ex servitute teneatur quis ad non capiendum, ex libertate concessa capere poterit consuetudines et theolonia. Item si quis causa venandi vel aucupandi ingredi possit fundum alienum ex servitute fundo imposita per negligentiam vel f. 56b] patientiam dominorum, ex libertate concessa prohiberi poterit ne ingrediatur. Item si ex servitute vel quasi ingrediantur ballivi fundum alicuius, sicut vicecomites et servientes regis, ex libertate a rege concessa prohiberi poterunt ne ingrediantur, sed ut per dominum libertatis summonitiones fiant, et attachiamenta, et visus franci plegii, et omnia alia quæ pertinent ad coronam. Cum autem dominus rex ita libertates concesserit sicut prædictum est, illas concedere non debet in præiudicium aliorum: ut

8-9 antequam, V; quod si, MA, MB, OB (corr. quam quando). 10-11 semper priusquam utatur quasi utitur, OB, MA, MB, CE, CM, Y, MC; semper prius quasi utitur, V, OA, LA, OC, MG. 12 per patientiam, OA, LA, OC, Y, MC. 13-14 Om., OB, MA, MB. 15-16 Om., OB, MA, MB, CE, CM. 17 Om., OA, LA, MA, MB, MC, (+ OB). 18 et cum, V, MG. 19 et, OB, MA, MB, CE, CM. 20 Om., OA, LA, OC, MG. 21 de, OB, MA, MB, CE, CM. 22 et, OB, MA, MB.

si prius forte alicui concessit talem libertatem quod habeat warennam per totam terram suam et totum feodum suum, si postmodum illud idem concedat alteri infra eandem libertatem, iniuriatur et detrahit libertati prius concessæ, qua forte usus fuerit quis per multa tempora: et quod semel dederit sine iuris[23] iniuria resumere non poterit nec aliis dare, et maxime de quo ipse in seisina non fuerit:[24] quod si fecerit de facto, et cum carta libertatis publice lecta fuerit et audita, et cum uti inceperit donatarius impeditus fuerit per illum qui primam habuit[25] libertatem absque eo quod hoc[26] prius domino regi ostenderit, quod factum suum quod magis voluntarium est quam iustum revocet et emendet, amittere poterit imperpetuum, eo[27] quod factum domini regis propria auctoritate impedit et ei resistit, cum hoc non liceat alicui, nec etiam quod magis est de facto suo disputare. Ut de abbate Sancti Albani et Galfrido[28] de Childewike apud Westmonasterium coram ipso domino rege, ubi idem Galfridus warennam suam retinuit, quia idem abbas absque eo quod hoc ostenderit domino rege ipsum uti impedivit. Item nec mutare poterit idem rex de iure libertatem prius concessam, ut si dominus rex tenenti suo concesserit talem libertatem quod nullus vicecomes vel ballivus ingressum habeat in terram suam vel feodum suum, ad aliquam summonitionem vel[29] attachiamentum, vel districtionem pro servitio faciendam,[30] si servitium tenentis sui alicui attornaverit et concesserit, talis retorna brevium non habebit[31] contra libertatem prius concessam tenenti suo, qui retorna habuerit prius, ut cogatur retorna recipere[32] per mediam personam quæ prius recepit sine medio per manus vicecomitis[33] vel ballivorum. Et[34] quia[35] non poterit quis servitium tenentis sui attornare alicui ad damnum ipsius vel[36] gravamen. Et hoc verum est nisi hoc provenerit[37] ex voluntate tenentis, vel[38] per negligentiam vel[39] patientiam longam. Item esto quod dominus rex duobus concesserit aliquam libertatem, ut si alicui universitati, sicut civibus vel burgensibus vel aliis,[40] quod mercatum habeant et[41] feriam in villa sua,[42] civitate, vel burgo, et consuetudines capiant et theolonia, et quieti sint per totum regnum suum in[43] terra[44] et in mari de theolonio dando vel aliqua alia consuetudine: si postmodum consimilem[45] libertatem[46] aliquibus in regno suo quod[47] capiant et quieti sint, secundum quod prædictum est, videndum erit qui illorum

[23] Om., OB, MA, MB, CE, CM. [24] fuerat, OB, CM. [25] habuerit, MSS. var. [26] hic, OB, MB, CE, CM. [27] Om., OB, MB, (+ MA). [28] Godefrido, OA. [29] Om., OB, MA, MB, CE. [30] faciendo, OB, MA, MB, CE, CM, MC; faciend., Y, MG, OC; *sic*, OA, LA. [31] habuit, MSS. var. [32] accipere, OB, MA, MB, CE, CM. [33] vic. (vicecomitum?), MSS. [34-35] Om., OB; ut, MA, MB. [36] et, OB, MA, MB, CE, CM. [37] pervenerit, OB, MA, MG, CM, OC. [38] Om., OB, MA, MB, CE, CM. [39] et, OB, MB, CE, CM. [40] aliquibus aliis, V, OB, MA, MB, CE, CM, MC. [41] vel, V, OC. [42] illa, OB, MA, MB. [43-44] Om., OB, MA, MB. [45] concedat consimilem, V. [46] libertatem concedat, OC. [47] concedat, MG.

præferri debeant in tali libertate, cum quibusdam concessum sit quod theolonia capiant et consuetudines, et aliis ne dent, quod quidem simul stare non poterit. Recurrendum erit igitur de necessitate ad prioritatem impetrationis, si nullus eorum usus fuerit, sed quasi. Si autem unus eorum usus fuerit ita quod ab aliis ceperit theolonium et consuetudines in villa, mercato, vel nundinis, et[48] quod quietantiam habuit[49] in villa, mercato, vel nundinis,[50] talis præferri debet propter usum et retinere, cum priores sint
f. 57] usu quamvis non impetratione. Et hoc verum erit ubi posteriores impetratione usi fuerint, nisi illi qui priores sunt impetratione statim et recenter sibi perquisiverint. Si autem illi qui priores sunt impetratione prius usi fuerint, et quod ceperint ab aliis consuetudines in villa aliorum, libertates suas retinebunt, tam propter prioritatem impetrationis quam propter[1] prioritatem usus. Si autem post talem impetrationem libertatis et usum alii impetraverint libertatem quod uti possint,[2] alii qui priores sunt propter hoc libertatem suam non amittunt. Sed esto quod illi qui priores sunt impetratione et usu forte per non usum amiserint, et antequam restituti fuerint ad libertatem alii impetraverint et usi fuerint, alii qui priores fuerint[3] impetratione et usu numquam restituentur. Si autem priores, post impetrationem aliorum sed ante usum, restitui fuerint, sic per restitutionem libertatem prius habitam retinebunt, et aliis præferentur propter verum usum qui usui fictitio debet præferri.

Si quis aliquem vexaverit contra libertates concessas per regem.

Si quis[4] igitur contra huiusmodi libertates illos quibus concessæ fuerint gravare vel vexare præsumpserit,[5] summoneatur[6] quod sit[7] coram rege vel eius iustitiariis inde responsurus[8] per tale breve.

Breve quare quis alium vexaverit contra libertatem.

Rex vicecomiti salutem. Summone per bonos summonitores maiorem et ballivos talis civitatis, burgi, vel villæ, quod sint coram nobis vel iustitiariis nostris apud talem locum, tali die, ad respondendum tali, vel talibus, quare ceperunt[9] theolonium et consuetudines in villa sua tali de hominibus ipsius talis, vel de talibus burgensibus, contra libertates quas idem talis vel tales habent per cartam nostram et antecessorum nostrorum regum Angliæ, quibus huc usque usi sunt ut dicunt. Et habeas ibi summonitores et hoc breve. Teste etcetera.

De intentione querentis proponenda.

Qui cum post essonium et dilationes venerint, proponat querens querelam

[48-50] Om., MSS. var. [49] habuerit, MSS. var.

[1] Om., V, LA, OC, MG. [2] possunt, V, MG. [3] fuerunt, OA, Y. [4] qui, OB, MA. [5] præsumpserint, V, OB, MA, MB, MG, Y; præsumpserunt, OC. [6-7] summoneantur quod sint, OB, MA, MB, OC, LA, MG, Y, MC. [8] responsuri, MSS. var. [9] ceperint, OB, CE.

suam et[10] intentionem[11] hoc modo. Dicat quod cum ipse et antecessores sui et homines sui de tali villa, vel ipsi tales burgenses, a tali tempore quieti extiterint, et ipsi quieti esse debeant[12] de theoloniis et aliis consuetudinibus dandis, tam in terra quam in aqua ubique in regno Angliæ, per cartas domini regis et antecessorum suorum regum Angliæ, si sint mercatores merchandisas exercentes exceptis talibus merchandisis et talibus, ipsi ballivi distringunt ipsum et homines suos, vel burgenses tales, ad dandum theolonium et alias consuetudines contra prædictas libertates, ita quod ceperunt de tali qui talem rem vendidit tantum nomine theolonii, et de tali tantum. Et præterea ceperunt talem et imprisonaverunt, vel verberaverunt et male tractaverunt: et unde per talem iniustam captionem damnum habet[13] ad valentiam tanti: et quod tales habet libertates, et talem[14] quietantiam[15] habere debeat per cartam domini regis et antecessorum suorum regum Angliæ. Profert cartam talis regis factam tali anno, tali mense, tali die regni sui, quæ[16] testatur quod inter alias[17] libertates quas concedit tali, vel antecessoribus suis, concedit et confirmat ei quod ipse et heredes sui et homines eorum de tali villa, quieti sint et liberi de[18] omni theolonio et omnibus consuetudinibus secularibus quæ ad ipsum pertinent, in omni foro et in[19] omnibus nundinis per totum regnum suum, tam per mare quam per terram ubicumque pervenerint, et per omnes terras suas ubicumque ei f. 57b] libertates dare poterit. Profert etiam cartam talis[20] alterius regis, tali anno regni sui, tali mense, tali die confectam, quæ primam cartam confirmat et per eadem verba, et[21] sic proferre poterit plures cartas regum antecessororum. Profert etiam cartam talis regis qui nunc est, tali anno, tali mense, tali die confectam, per quam omnes cartas præcedentes confirmat et per eadem verba,[22] et per quam etiam concedit, quod si prædictus talis, vel tales, vel eorum antecessores, prædictis libertatibus usi non[23] fuerint per tempus aliquod per quod illas amiserint per non usum, quod nihilominus ipsi et heredes sui illis de cetero utantur libere et sine impedimento.

De responsione illorum contra intentionem querentium.

Et talis maior et tales ballivi veniunt et defendunt vim et iniuriam et iniustam captionem theolonii et consuetudinum. Et dicunt quod antequam aliqua libertas concessa esset talibus burgensibus qui queruntur, vel eorum antecessoribus ab aliquo rege concessa esset, vel antequam ipsi qui queruntur haberent villam, vel burgum, vel mercatum, vel feriam, vel etiam

10-11 Om., CM. 11 intentionem suam, OB, MA, MB, CE, MC. 12 debent, OB, MA, MB. 13 habent, V, OC. 14 Om., OB, MA, MB, CE, CM. 15 adquietantiam, V, OC, Y, MG, CM. 16 qui, OB, MB. 17 Om., OB, MA, MB, CM. 18 ab, OB, MA, MB. 19 Om., OB, MB, CE, CM. 20 talem, V; talis, OB, CE, CM, MB; tal., OA, LA, OC, Y, MA, MC, MG. 21-22 Om., OB, MB, (+ MA). 23 Om., OB, CE, MA (+ non).

portum, habuerunt[24] ipsi burgenses de quibus queritur villam suam, burgum,[25] civitatem, vel portum ad feodi firmam de antecessoribus domini regis, sibi et[26] heredibus suis, cum omnibus libertatibus et liberis consuetudinibus ad villam suam[27] pertinentibus, de donatione talis regis, tenendam de eo et heredibus suis reddendo inde[28] tantum per annum,[29] et qui illam ita libere concessit per cartam suam, sicut ipse illam umquam liberius habuit in manum suam die quo concessionem illam eis fecit. Et inde proferant cartas antiquiores si quas habuerint, et regum succedentium confirmationes. Et unde dicere poterunt quod desicut eorum carta antenata est et libertas anterior, non potuit aliquis rex talem libertatem aliis concedere in eorum præiudicium et iniuriam: et inde petere iudicium. Ad quod poterit a querentibus replicari quod si illi de quibus queritur cartam habuerint antenatam, numquam tamen usi fuerunt[30] ipsi vel[31] antecessores eorum tali libertate antequam eis qui queruntur, et antecessoribus eorum concessa esset[32] talis libertas quod capere possent theolonium in villa sua, et quod[33] quieti essent per totam terram regis de theolonio et consuetudinibus dandis, quia nullus burgensis de villa sua umquam prius venit ad villam prædictorum, de quibus queritur, qui aliquid emeret vel venderet vel aliud faceret per quod teneretur dare theolonium vel[34] consuetudines. Ad quod poterit ab illis de quibus queritur replicari, quod si nullus prædictorum burgensium de quibus queritur veniret in[35] villam suam ut aliquid emeret vel venderet, tamen libertatem suam non amiserunt per non usum, quia quam cito venerunt et emerunt, sive post sive ante libertatem eis concessam, ceperunt theolonia et consuetudines, quia prius uti non potuerunt. Item quod ante libertatem eis concessam usi fuerint ratione prioritatis, ita quod ceperunt theolonium[36] et consuetudines de tali qui emit talem rem vel vendidit, et tantum dedit pro consuetudine sua, et alius talis talem rem, et tantum dedit, et sic de pluribus: et petant quod per patriam inquiratur. Dicere etiam poterunt quod quamvis ita usi non essent ut prædictum est, tamen cum carta eorum antenata sit et libertas anterior non sunt deusitati, quia numquam antea evenit casus quod uti possent, sive hoc fuerit ante libertatem posterius concessam sive post. Item dicere poterunt quod si
f. 58] forte libertates suas amisissent per non usum, tamen restituti sunt per dominum regem per verba in carta sua de confirmatione contenta, quæ talia sunt, quod si forte libertatibus prius eis concessis usi non fuerint omnino, vel cum usi fuerint illas amiserint per non usum, quod nihilominus

[24] habuerint, OB, OC, MB. [25] burgum vel, OB, MA, CE, CM; burgum suum vel, MB. [26] etiam et, OB, MB, MA (e. vel). [27] illam, OB, MA, MB, CE, CM. [28-29] inde annuatim tantum, OB, MA, MB, CM. [30] fuerint, OB, OC, MA, MB, CM, MG. [31] et, OB, MA, MB. [32] fuerit, OB, MA, MB, CM; erat, OC. [33] Om., V, MA. [34] vel alias, V, CE, CM; vel aliquas, OB, MA, MB, MC. [35] ad, OB, MA, MB. [36] theolonia, OB, OC, MB.

illis utantur de cetero. Ad quod vero a parte adversa poterit triplicari,[1] quod quamvis tales[2] ita fuerint restituti ad libertatem quam prius amiserunt per non usum, tamen medio tempore ante restitutionem concessit eis dominus rex per cartam suam libertatem quam nunc habent, et unde cum talis libertas ita eis concessa fuerit non potuit dominus rex eis[3] restituere libertatem quam aliis concessit. Vel dicere poterit quod quamvis carta eorum postnata sit et libertas posterior, tamen usu priores extiterunt, et quamvis forte libertatem suam talem qua usi fuerunt et usu priores per non usum amitterent, licet utrique restituti essent, tamen ipsi sive priores sive posteriores impetratione vel usu primam habuerunt[4] restitutionem, et sic ut videtur in omni libertate concessa, in[5] impetratione,[6] usu, vel restitutione erit[7] prioritas præferenda.

De confirmationibus.

Quia aliquando donationes cum perfectæ sint ab heredibus impediuntur, eget aliquando donatarius confirmatione heredum, et[8] aliquando dominorum capitalium sicut domini regis, et aliorum inferiorum. Item[9] si cum[10] a vero domino facta fuerit donatio et adquisitum dominium cum homagio et solemnitate debita, et sit ibi defectus in donatione, quod in vita donatoris non sit secuta traditio, et ita quod imperfecta sit donatio, si donatarius quocumque casu post mortem donatoris nactus fuerit seisinam, non valet donatio cum[11] sit invalida,[12] licet aliqua,[13] nisi confirmatio[14] heredis intervenerit, quæ si intervenerit donatio convalescit. Item si quis[15] rem alienam dederit, licet ab initio valeat donatio quantum ad donatorem et donatarium, non valebit tamen quantum ad verum dominum. Ut si quis quocumque modo tenuerit ad terminum vitæ vel annorum, vel ratione custodiæ, vel pignoris sive vadii, aliquam rem, et illam alicui dederit, licet valida sit donatio quantum ad dantem et accipientem, invalida tamen erit et in pendenti quousque a vero domino fuerit donatio talium revocata vel confirmata. Videndum igitur quid sit confirmatio. Et est confirmatio prioris iuris et dominii adepti firmatio cum prima firmitate donationis. Nihil enim novi attribuit, sed ius vetus consolidat et confirmat, si a capitali domino vel ab alio non domino facta fuerit a[16] latere. Et unde si ab initio donatio facta a vero domino valida fuerit, confirmatio facta ab aliis statim valida erit: et ita verum erit quod dicitur quod ubi donatio valida et con-

[1] replicari, V, CE, MA. [2] Om., OB, MA, MB, CE, CM. [3] ei, OA, LA; om., MG. [4] habuerint, OB, MA, MB, Y; habuerit, CM. [5-6] impetratione, LA, MC, MG; erit impetratione, OB, MB, CE, CM; erit in imp., MA. [7] Om., OB, MA, MB, CE, CM. [8] Om., OB, MA, MB, CM. [9-10] item sicut, MSS. var. [11] quasi, CE, MA, MB; quia, CM. [11-13] Om., OB. [12-14] invalida nisi aliqua confirmatio, Y, CM; inv. sed aliquando conf., OC. [15] aliquis, MG, CM. [16] ei a, V, Y.

firmatio valida erit. Item si facta fuerit donatio a non domino, sicut ab illis qui tenent ad terminum vel alio modo sicut prædictum est, valebit confirmatio a latere facta donec fuerit donatio a vero domino revocata, et cum revocata fuerit, incipit non valere quantum ad dantem et accipientem, et quantum ad verum dominum. Cum autem confirmata fuerit a vero domino, tunc valet et tenet sicut in initio donationis, et tunc primo incipit f. 58b] valere in persona veri domini. Si autem donatio omnino nulla quia lege omnino prohibita, sicut donatio inter virum et uxorem, vel donatio facta ab eo qui nullam omnino seisinam habuit, quod tradere posset et rem accipientis facere, confirmatio a latere facta non valebit, et ibi est quod dicitur quod ubi donatio nulla omnino nec[17] valebit confirmatio. Sed generaliter cum quis in possessione fuerit ex quacumque causa vera vel fictitia,[18] et verus dominus sciens et prudens[19] hoc voluerit, et donationem vel venditionem a quocumque factam confirmaverit, confirmatio validum faciet quod actum est,[20] ex quo dominus hoc voluit, voluntas enim sua et confirmatio omnes supplet defectus, licet id quod actum[21] est ab initio non valuit. Et hoc dico nisi[22] error fuerit[23] ab initio in donatione, quia si error fuerit in donatione non plus valebit confirmatio quam valet donatio. Poterit enim esse error tam rei quam personæ in donatione, et eodem modo in confirmatione, et sive[24] erratum fuerit in persona sive in re, non valebit quod agitur, quia qui errat non consentit: ut si quis donationem fecerit alicui sicut heredi, talis cum non sit heres, et postea sequatur confirmatio, non valebit confirmatio non[25] magis quam donatio. Item[26] si cum[27] capitalis dominus aliquem posuerit in seisinam alicuius hereditatis, et credat ipsum esse heredem cum sit[28] partus suppositus, vel alius a vero herede, et homagium suum ceperit, et confirmationes intervenerint, non valebit quod agitur propter errorem personarum, sed hoc detecto[29] dissolvendum erit homagium, quia ipse qui homagium fecit nihil iuris habuit in tenemento de quo homagium fecit, nec de eo tenere debet tenementum de quo fecit homagium. Item eodem modo poterit esse error de ipsa re in donatione, ut si donator senserit de una re et[30] donatarius de alia, non valebit donatio nec confirmatio quæ sequitur ex tali donatione. Item nec valebit confirmatio si in donatione erratum non sit, et erratum sit in confirmatione. Item videndum quando quis possit confirmare, et sciendum quod non priusquam ius ei acciderit, videlicet hereditas[31] vel[32] dominium, quod possit infirmare dona-

[17] non, OB, MA, MB, CE, CM. [18] fictitia in possessione fuerit, OA, MG. [19] præsens, V. [20] Om., OC; erit, OA, LA, MC, MG, Y; fuit, V. [21] factum, OB, MA, MB, CE, CM. [22-23] ubi error non fuerit, LA, MC. [24] si, OB, MA, MB, CE, CM, Y. [25] Om., CM, OB, MA, MB (c. maioris q.). [26-27] item cum, OC, MG; item si, OB; item sicut, MA, MB, CM. [28] non sit sed, Y, CM, V (sicut partus). [29] de recto, OB, OC, LA. [30] Om., OA, LA, OC, MG. [31] heredi, OA, OB, LA, MG, MA (corr. hereditas), MC (corr. hereditas). [32] Om., OB, MB, (+ MA).

tionem antecessoris propter aliquem defectum, ut si in vita donatoris non fuerit traditio subsecuta, unde in vita donatoris non valebit confirmatio. Item si cum ius ei descenderit totum ius suum ad alium transtulerit, sive res corporalis fuerit sive incorporalis, sicut ius. Item nec valet confirmatio facta ei qui fuerit extra seisinam rei de qua fit confirmatio, sicut videri poterit per exemplum. Quidam dedit quandam advocationem ecclesiæ cuidam abbati, cum tenemento vel sine non refert, et fecit ei cartam super donatione illa: obiit donator antequam ecclesia vacaret, heres donatoris præsentavit ad ecclesiam illam qualitercumque de facto, et clericus admissus fuit ad suam præsentationem, et ita quod carta abbatis vacua fuit per non usum: moritur heres sic in possessione et transfert possessionem suam ad heredem suum, iste heres ex quacumque causa transfert ad alium[33] manerium[34] ad quod pertinet advocatio cum omnibus pertinentiis suis, sine aliqua retentione, tenendum in feodo. Abbas cum carta sua vacua impetrat ab herede qui transtulit, et qui est[35] extra possessionem advocationis, confirmationem donationis factæ ab antecessore suo primo donatore, ut validam faciat primam donationem per confirmationem quæ effecta fuit inva-
f. 59] lida et vacua per non usum: confirmat ei, et super hoc faciunt inter se finem et cirograffum. Postea vacat ecclesia. Præsentat abbas, præsentat donatarius secundus. Dicit abbas quod ad ipsum pertinet præsentatio,[1] et ad hoc probandum profert cartam talis antecessoris de donatione et confirmatione heredis, et finem factum. Donatarius vero dicit quod ad ipsum pertinet præsentatio, quia habet totum manerium illud cum omnibus pertinentiis suis sine aliquo retenemento de donatione prædicti heredis, cuius antecessor præsentavit post confectionem illius cartæ quam abbas profert, et ita quod carta illa vacua est. Ad quod respondit abbas quod carta valida est et bona, et si ab initio vacua esset per non usum, tamen[2] heres donatoris facit[3] eam validam per confirmationem sequentem, quia[4] omnes defectus supplere potest sine alicuius præiudicio, et quæ confirmatio per finem et cirograffum quod ostendit roboratur. Ad quod[5] donatarius quod confirmatio nec finis qui sequitur ex ea valere debeat,[6] quia quando heres confirmavit, et ante dederat ipse manerium ad quod pertinet advocatio ipsi donatario cum omnibus pertinentiis sine aliquo retenemento, et quia facta fuit confirmatio post donationem et translationem iuris sui ad alium, et sic dum fuit extra seisinam, valere non debeat nec finis qui sequitur ex ea, et exinde quod nec carta cum sit vacua, nec confirmatio sine seisina, nec

[33-34] aliud manerium, MC; alium manerium illud, OB, MA, MB, CM, Y; alium illum manerium, OC. [35] Om., LA, MG.

[1] advocatio et præsentatio, V, CM, Y. [2] cum, OB, CE, MB. [3] faciat, OB, MB, CE; fac., MSS. var. [4] qui, LA, OC, MG, MC. [5] quod dicit, V, OC (+ dicit); ad hoc, MA, MB, CM. [6] debeant, V, OA, OC, LA, MG, MC.

finis qui sequitur ex ea. Item esto quod heres cum sic sit in seisina, manerium cum pertinentiis dimiserit ad firmam ad terminum annorum, et post dimissione durante termino confirmaverit abbati donationem factam ab antecessore suo, eodem modo quo prædictum est: vacat ecclesia, præsentat abbas, præsentat heres, præsentat firmarius. Abbati præsentanti respondet heres quod carta antecessoris sui vacua est per non usum. Ad quod abbas respondet[7] quod licet carta antecessoris[8] vacua sit ab initio, tamen efficitur valida per confirmationem et per finem. Ad quod heres respondet[9] quod[10] nec carta nec confirmatio nec finis valere debeant, quia ante hæc omnia dederat ipse ad terminum manerium cum advocatione. Ad quod abbas respondet[11] quod hoc ei nocere non debet, quia quamvis heres manerium cum pertinentiis daret ad terminum, tamen remansit[12] ei proprietas et[13] liberum tenementum, et propter quod valida debet esse confirmatio. Ad quod firmarius respondet quod ad ipsum pertinet præsentatio, quia ante confirmationem dimissum fuit ei[14] manerium sine retentione ad terminum cum omnibus pertinentiis,[15] et quod confirmatio subsequens nihil iuris ei auferre potuit, et quo casu firmarius obtinebit. Et cum ita præsentaverit, continuat, possessionem heredis cuius nomine præsentavit, et sic confirmatio nulla[16] nisi post terminum ratificata fuerit ab herede. Sed retento primo casu, si infra terminum ecclesia non vacaverit, semper erit confirmatio facta post traditionem in pendenti quousque terminus præterierit. Et cum ecclesia infra terminum non vacaverit, extunc incipiet confirmatio firma esse et valida, et extunc pertinebit præsentatio ad abbatem. Et hæc omnia locum habebunt in omni casu ubi tenementum ad quod advocatio pertinuerit, ad dominum proprietatis post tempus et terminum erit reversurum.[17] Ut si cui concedatur tenementum cum pertinentiis usque ad ætatem alicuius, vel
f. 59b] donec provisum fuerit, vel si quis tenuerit ad vitam quacumque ratione, quod confirmatio omnino non valeat vel remaneat in suspenso. Si autem fiat donatio et concessio alicuius rei corporalis vel iuris ab aliquo sine aliqua spe reversionis, et sequatur traditio, extunc si fiat confirmatio alicuius donationis præcedentis quæ imperfecta fuerit, vel cuius seisinam quis amiserit per non usum, non valebit, licet postea res ex alia causa, sicut per eschætam, revertatur ad donatorem, quia extunc alia confirmatione opus erit. Si autem dubium fuerit an revertatur, tamen non valebit confirmatio si forte fuerit per præsentationem interrupta.[18] Et in omni casu oportet quod ille qui confirmat vel recognoscit sit in possessione rei vel

[7] respondit, OA, OC, MB. [8] antecessoris sui, V, OC, Y, MG. [9] respondit, OA, OC, MA, MC. [10-11] Om., OB, MA, MB, CE, CM, MC. [11] respondit, OA, OC. [12] permansit, OB, MA, MB. [13] ad, OB, MA, MB. [14] Om., OB, MA, MB, CM. [15] pertinentiis suis, V, CM. [16] illa, OA, LA, MC, MG; illa est vacua, V. [17] eversurum, OB, MA, MB. [18] Om., MB; interruptam, MG, CM.

iuris de quibus fieri debeat confirmatio vel recognitio, et eodem modo ille cui fit, quia si nullus non valebit quod actum erit.[19] Item fieri poterit confirmatio sic quod confirmatio dependeat ex prima donatione, ut si quis dicat, *confirmo tali talem rem,* vel *talem donationem, sicut rationabiliter facta est:* ex tali confirmatione non valebit prima donatio nisi in se valida fuerit et perfecta, per huiusmodi enim verba coartatur et restringitur,[20] ita quod nullum supplere poterit defectum, quod non est in simplici donatione, ubi non requiritur utrum donum sit rationabile vel non, perfectum vel imperfectum, vel omnino nullum. Item sciendum quod confirmatio specialis debet referri ad tempus illud quo donatio conscripta sit, sicut ad alias ratihabitiones negotiorum. Est autem confirmatio quasi quædam ratihabitio, sufficit tamen quandoque per se si in se contineat donationem, ut si dicat quis, *dedi et confirmavi,* licet iuvari possit[21] ex aliqua donatione præcedente. Effectus autem confirmationis est quod ille qui alicuius donum confirmat, sive proprium sive alienum, antecessoris vel extraneæ personæ, proprium, ut si quis infra ætatem, vel dum non fuerit sanæ mentis, vel non sui iuris, vel per vim donationem fecerit, cum plenæ ætatis extiterit vel sanæ mentis, vel sui iuris, vel extra violentiam constitutus, confirmaverit, illam numquam infirmare poterit. Item si donum antecessoris vel alterius confirmaverit heres, sive donum perfectum fuerit sive non, validum vel[22] invalidum, illud infirmare non poterit. Quod autem dictum est de advocationibus quæ sunt de pertinentiis in re propria, observandum erit in servitutibus quæ pertinent ad liberum tenementum alicuius in re aliena, ut si cui concedatur et heredibus suis ius pascendi et eundi in fundo alieno et huiusmodi, quamvis ipse non utatur in vita sua, heredes tamen in donatione comprehensi uti poterunt. Et eodem modo assignati et donatarii si de illis in donatione mentio habeatur propter modum donationis. Si autem nulla, donator usum transferre non potuit quem non habuit. Sed si per negligentiam et patientiam primi donatoris tales diu usi fuerint, vel si confirmatio ipsius vel heredum suorum intervenerit, usus convalescit per virtutem confirmationis.

De donationibus inter mortuos et mortis causa.

f. 60] Est[1] inter alias donationes donatio mortis causa quæ morte confirmatur, cuius tres sunt species. Una, cum quis nullo præsentis periculi metu conteritur, sed sola cogitatione mortalitatis donat. Alia, cum quis imminente periculo mortis commotus ita donat ut statim fiat accipientis. Tertia, si quis commotus periculo non dat sic ut statim fiat accipientis, sed

[19] est, OB, MA, MB, CE, CM, Y. [20] restringatur, OC, CM; distringitur, V. [21] non possit, Y, CM. [22] et, OB, MA, MB, CM.

[1] est autem, V, MG; est etiam, OC.

tunc demum cum mors fuerit insecuta.[2] Et mortis causa donatio multiplex esse poterit,[3] ut si quis[4] contemplatione vel suspicione mortis alicui dat, cuiusmodi donationes sæpe fiunt ab ægrotantibus, vel ab eis qui in aciem sunt ituri, vel per mare navigaturi vel peregre profecturi: et in se tacitam habent condicionem ut huiusmodi donationes revocentur si ægrotus convaluerit, si miles ab acie redierit, si nauta a navigatione, et peregrinus a peregrinatione. Et donationes quæ sic fiunt propter mortis suspicionem, morte testatoris confirmantur: et sic fiunt, ut si quid humanitus contigerit de testatore, habeat is[5] cui legatum est.[6] Si autem convalescat, retineat vel rehabeat legatum, vel si prius moriatur ille cui legatum est. Et si duo qui sibi invicem mortis causa donaverint pariter decesserint, neutrius heres repetet quia neuter alteri supervixit. Et est[7] re vera talis donatio mortis causa cum testator rem legatam se ipsum magis habere voluerit quam eum cui legata fuerit, et eum cui legata est magis quam heredem suum. Si autem[8] sic donetur mortis causa ut nullo casu revocetur, causa donandi magis est quam mortis causa donatio, et ideo perinde haberi debet sicut alia quævis inter vivos donatio, et ideo inter viros et uxores non valet. Mortis causa donare licet non tantum infirmæ valetudinis causa, sed periculi et propinquæ mortis ab hoste vel a prædonibus, vel ob hominis potentis crudelitatem vel odium, aut causa navigationis vel[9] peregrinationis imminente, aut si quis fuerit per insidiosa loca iturus: hæc enim omnia instans periculum demonstrant. Tenentur autem heredes parentum suorum et aliorum antecessorum quorum heredes extiterint testamenta servare,[10] et eorum debita ad quæ catalla sua non sufficiunt adquietare. Imprimis autem debet quilibet qui testamentum fecerit dominum suum de meliori re quam habuerit[11] recognoscere, et postea ecclesiam de alia meliori. Et in[12] quibusdam locis habet ecclesia melius averium de consuetudine, vel secundum vel tertium melius: in quibusdam, nihil. Et ideo consideranda[13] est consuetudo loci. Item de morte uxoris alicuius, dum vir superstes fuerit, de toto grege communi secundum melius averium quasi de parte sua, sed hoc non nisi de[14] permissione et gratia viri sui. Et quamvis non teneretur quis aliquid dare ecclesiæ suæ nomine sepulturæ, tamen cum consuetudo illa laudabilis exis-
f. 60b] tat, dominus papa non vult eam infringere. Postquam vero quis ecclesiam suam ita recognoverit, deinde parentes et alias personas secundum quod ei placuerit respiciat. Mulier vero quæ sui iuris extiterit testamentum facere poterit,[15] sicut alia quævis persona, et disponere de rebus

[2] secuta, OB, MA, MB, CE, CM, Y, MC. [3-4] poterit cum quis, OB, MA, MB, CE, CM. [5] his, OB, MB, CM. [6] sit, MA, MB, OB. [7] cum, OB, MB, MA (corr. est). [8] vero, OB, MA, MB. [9] aut, OB, MA, MB. [10] Om., OB, MA, MB, CE, Y, CM. [11] habet, OB, MA, MB. [12] Om., OA, LA, MG. [13] observanda, CM, OB, MA, MB; conservanda, CE, MC; considerata, LA. [14] Om., OB, MA, MB. [15] potest, V, OB, MA, MB.

suis et fructibus in dote sua extantibus,[16] sive separati sint a solo sive non, quod quidem olim facere non potuit, sed nunc potest, sed de gratia. Si autem fuerit sub potestate viri constituta, testamenti factionem non habebit absque viri sui voluntate, propter honestatem tamen receptum est quandoque, quod testari[17] possit de rationabili parte quam habitura esset si virum supervixisset, et maxime de rebus sibi datis et concessis ad ornatum,[18] quæ sua propria dici poterunt sicut de robis et iocalibus. De quibus quis possit[19] testamentum condere[20] videndum erit. Et sciendum quod de[21] rebus suis mobilibus vel[22] se moventibus, et quatenus superfuerit deducto ære alieno, scilicet debitis aliorum, quia[23] qui centum solidos habet et centum debet etcetera. Item si pluribus debeatur, videndum quis debeat præferri. Et sciendum quod si testator domino regi teneatur, ipse rex erit omnibus[24] præferendus: et bene licebit vicecomiti vel aliis ballivis domini regis, si ostenderint[25] litteras domini regis de summonitione scaccarii patentes, imbreviare et attachiare catalla defuncti inventa in laico feodo suo ad valentiam illius[26] debiti quod debetur domino regi, per visum legalium hominum, et ita quod nihil inde amoveatur donec debitum quod clarum fuerit persolvatur: et residuum catallorum executoribus relinquatur. Debitum vero defuncti quod debetur Iudeis, non usurabit quamdiu heres infra ætatem extiterit. Et si debitum Iudei in manus[27] domini regis devenerit, non capiet[28] rex nisi sortem, scilicet catallum in carta contentum. Ad quæ etiam debita vel alia adquietantia uxor defuncti, si superstes fuerit, nihil conferet de dote sua, cum dos uxoris debeat esse libera. Item si liber homo[29] intestatus et subito decesserit, dominus suus nihil intromittet[30] de bonis defuncti nisi de hoc tantum quod ad ipsum pertinuerit, scilicet quod habeat suum herietum,[31] sed ad ecclesiam, et ad amicos pertinebit executio: nullam enim meretur pœnam quis quamvis decedat intestatus. Postea vero prædeduci[32] debent[33] debita aliorum quæ clara sunt et recognita, inter quæ connumerari poterunt servitia servientium et stipendia famulorum, dum tamen certa sint. Si autem incerta, sicut[34] de servientibus qui sine pretio certo steterunt[35] in servitio alicuius, licet ex voluntate dependeant, tamen cum ex arbitrio testatorum et amicorum taxata fuerint, ex bonis defuncti dedu-

[16] existentibus, V, OC, Y, MG, CM. [17] testamentum facere, V; testamentari, MG. [18] ornamentum, V, MG. [19] potest, OB, MA, MB, CE, CM. [20] suum condere, OB; sic condere, CM; facere vel condere, OC. [21] Om., OB, MB, MA (+ de). [22] et, OB, MA, MB, CE, CM. [23] et, OB, MA, MB, CE, CM. [24] omnibus aliis, V, CM, Y, MG, OC. [25] ostenderit, V, OA, LA, OC, MG, Y. [26] ipsius, V, OB, MA, MB, CE, CM. [27] manu, OB, MA, MG, OC; manum, V, MB. [28] capiat, V, MB. [29] homo et, OA, LA, OC, Y. [30] intromittat, V, MB, OC; intromittit, MA. [31] heriet, heriot, herihet, heryat, hereeth., heryet, MSS. var. [32] deduci, OB, MA, MB. [33] Om., OB, MA, MB, CE, CM. [34] sint, OB, MA, MB, MG, CM. [35] steterint, V, OA, Y, MG; fecerint, OC.

cantur.[36] Item prædeduci[37] debent expensæ faciendæ circa funus. Item necessaria uxoris usque ad quarentenam, nisi ei fuerit sua dos citius assignata. His igitur omnibus de bonis defuncti deductis peculium erit quod superfuerit. Si autem nihil superfuerit, vel forte defunctus tempore mortis nihil in bonis habuit,[38] per hoc remanebit heres oneratus. Si autem post debita prædeducta,[39] et post deductionem expensarum quæ necessariæ erunt ut prædictum est, id totum quod tunc superfuerit in tres partes dividatur, quarum una pars relinquatur pueris si pueros habuerit defunctus, secunda uxori si superstes fuerit, et de tertia parte habeat testator liberam disponendi facultatem. Si autem liberos non habuerit,[40] tunc medietas defuncto
f. 61] et alia medietas uxori reservetur. Si autem sine uxore decesserit liberis existentibus, tunc medietas defuncto et alia medietas liberis tribuatur. Si autem sine uxore et liberis, tunc id totum defuncto remanebit. Eodem modo si ab initio nullis fuerit debitis oneratus, fiat de bonis suis secundum quod prædictum est. Heres autem defuncti tenebitur ad debita prædecessoris sui adquietanda eatenus, quatenus ad ipsum pervenerit de hereditate defuncti, et non ultra nisi velit de gratia. Et si nihil, multo fortius. Sed si ad ipsum aliquid aliunde pervenerit, inhumanum esset si debita parentum impersoluta[1] remanerent. Et ea quæ dicta sunt locum habent et tenent, nisi sit consuetudo quæ se habeat in contrarium, sicut in civitatibus, burgis, et villis. Habet enim civitas Londoniæ in consuetudine quod si certa dos uxori constituatur, sive in denariis, sive in aliis catallis, sive in[2] domibus, sive[3] in aliis[4] quæ loco catallorum habentur, nihil ulterius petere poterit quam dotem suam de iure, nisi hoc fuerit de gratia et voluntate viri sui, si ei specialiter aliquid reliquerit ultra dotem plus vel minus, et secundum quod fuerit[5] bene merita in vita viri sui vel non. Et est ratio quare plus petere non poterit quam dotem constitutam secundum quosdam, quia ipsa ante omnes debitores[6] dotem suam prædeducet totam vel partem quamdiu tantum remanserit in bonis viri sui. Et cum totam dotem suam sic habere debeat præcipuam, sic vice versa si plura sint bona dotem excedentia, nihil amplius capiet[7] quam dotem nominatam, nisi hoc fuerit de speciali gratia, ut prædictum est, et bene merita. Et illud idem erit observandum de liberis talium ut quidam dicunt, scilicet quod non amplius capient de bonis defuncti de iure, de[8] bonis dico mobilibus, quam fuerit eis specialiter relictum, nisi hoc fuerit de gratia testatoris, secundum quod

[36] deducant, OB, MB, CE. [37] præduci, OB, MB, MG; produci, MA; deduci, V. [38] habuerit, MSS. var. [39] deducta, V, MA; præducta, MG. [40] habuit, OA, MC, OC (pueros n. h.); habeat, V.

[1] insoluta, V; nuper soluta, MG. [2] Om., V, OA, LA, OC. [3-4] Om., V, OA, LA, OC, MG, MC. [5] fuit, V, MG. [6] Om., OB, MA, MB, CE, CM. [7] capiat, V, MB, OC. [8] Om., OA, OB, LA, CE, MA, CM.

dicitur de uxore, et si bene meriti fuerint in vita parentum. Et unde nihil petere poterunt pueri magis quam uxores de iure nisi tantum de gratia, vix enim inveniretur aliquis civis qui in vita magnum quæstum faceret, si in morte sua cogeretur invitus bona sua relinquere pueris indoctis et luxuriosis et uxoribus male meritis. Et ideo[9] necessarium est valde quod ei[10] in hac parte libera facultas tribuatur. Per hoc enim tollet maleficium, animabit ad virtutem, et tam uxoribus quam liberis bene faciendi dabit[11] occasionem, quod quidem fieret si se scirent indubitanter certam partem obtinere, etiam sine testatoris voluntate. Si autem plura sint debita, vel plus legatum fuerit ignoranter vel scienter, ad quæ catalla defuncti non sufficiant,[12] excepto domini[13] regis[14] privilegio fiat ubique defalcatio, excepto eo quod si debitum fuerit in eo quod defuerit, remaneat heres obligatus. Fieri autem debet testamentum liberi hominis ad minus coram duobus vel pluribus viris legalibus et honestis, clericis vel laicis, ad hoc specialiter convocatis, ad probandum testamentum si opus fuerit, si de testamento dubitetur. Executores autem esse debent illi quos testator elegerit, sive sint extranei sive parentes, propinqui vel remoti. Et si de testamento oriatur contentio, in foro ecclesiastico debet placitum terminari, quia de causa testamentaria sicut nec de causa matrimoniali curia regia se non intromittit. Item quæro an testator legare possit actiones suas. Et verum est quod non, de debitis quæ in vita testatoris convicta non fuerint nec recognita, sed huiusmodi f. 61b] actiones competunt heredibus. Cum autem convicta fuerint et recognita, tunc sunt quasi in bonis testatoris et competunt executoribus in foro ecclesiastico. Si autem competant heredibus ut prædictum est in foro seculari debent terminari, quia antequam convincantur et in foro debito, non pertinet ad executores ut in foro ecclesiastico convincantur. Et in fine notandum quod de bonis defuncti primo deducenda sunt ea quæ sunt necessitatis, et postea quæ sunt utilitatis, et ultimo quæ[15] voluntatis.

De adquirendo rerum dominio ex causa emptionis.

Est etiam[16] quædam causa adquirendi rerum dominia quæ dicitur causa emptionis et venditionis. Cum quis rem suam vendiderit alicui mobilem vel immobilem emptor tenetur venditori ad pretium, et venditor emptori e converso ad ipsam rem tradendam, secundum quod superius observatur in donationibus, quia sine traditione non transferuntur rerum[17] dominia. Et[18] quo casu oportet quod certa sit res quæ venditur, et quod certum pretium constituatur. Nulla enim emptio esse poterit sine certo pretio, nec

[9] Om., OB, MA, MB, CE, CM. [10] Om., OB, MA, MB, CM; illis, V, CE. [11] habet, OB, MA, MB, CE, CM (habeat). [12] sufficiunt, OB, MA, MB. [13-14] domino rege, OA. [15] quæ sunt, V, MA. [16] autem, OB, MA, MB, MC, OC, CM, V. [17] Om., OA, LA, OC, MG. [18] Om., OB, MA, MB, CM; ex, CE.

etiam res incerta peti poterit. Certa itaque esse poterit ex certa quantitate, ut si dicat quis, *vendam tibi unam carucatam,*[19] vel *virgatam terræ,* et[20] huiusmodi. Item ex numero, ut si dicat quis, *vendam tibi tot carucatas, tot virgatas,* vel *tot acras,* et huiusmodi. Item si dicat quis, *vel quod tantundem valeat:* ut si dicat, *totam terram quam talis tenuit,* vel *de qua talis fuit seisitus die quo obiit,* vel *totam terram quæ continetur inter tales divisas,* et huiusmodi. Emptio vero et venditio contrahitur cum de pretio convenerit inter contrahentes, dum tamen a venditore arrarum nomine aliquid receptum fuerit, quia quod arrarum nomine datum est, argumentum est emptionis et venditionis contractæ. Et si scriptura intervenire debeat, non erit perfecta emptio et venditio nisi cum fuerit partibus tradita et absoluta. Et cum arræ non intervenerint vel scriptura, neque traditio fuerit subsecuta, locus erit pænitentia et impune recedere possunt contrahentes a contractu. Sed si pretium solutum fuerit vel eius pars et traditio subsecuta, perfecta erit emptio et venditio, nec poterit postea aliquis contrahentium a contractu resilire prætextu pretii non soluti in parte vel in toto. Sed agere poterit venditor ad recuperandum id quod de pretio defuerit per actionem competentem, et non ad ipsam rem rehabendam. Nec etiam se ponere poterit in seisinam rei venditæ quin faciat disseisinam, nisi hoc faciat pactum incontinenti appositum in ipso contractu, modus vel condicio, ut supra dictum est plenius de donationibus et infra dicetur de disseisina. Si autem inter contrahentes ita convenerit quod res empta sit tanti quanti talis æstimaverit, nisi ille tale[21] pretium definierit, vel si ille definire noluerit vel non possit, nulla erit emptio vel venditio quasi nullo pretio definito vel constituto. Item cum arrarum nomine aliquid solutum fuerit ante traditionem, si emptorem emptionis pænituerit, et a contractu resilire voluerit, perdat
f. 62] quod dedit. Si autem venditorem, quod arrarum nomine receperit emptori restituat duplicatum. Cum autem venditor rem ipsam vendiderit tamquam sanam et sine mahemio, et postea mahemiata inventa fuerit vel minus sana, et probari possit ab emptore quod tempore contractus talis fuerit, tenebitur venditor rem suam rehabere. Sed si tempore contractus sana et sine mahemio fuerit, quidquid de ea postmodum[1] contigerit, non tenebitur. Item cum rem immobilem vendiderit quis ut terram, et in venditione[2] repromiserit[3] ipsam esse liberam cum[4] sit serva, vel non oneratam[5] cum sit onerata, vel[6] non obligatam[7] cum sit, propter[8] hoc non rescinditur

[19] carucatam terræ, V. [19-20] car. ter. vel, MB, CM; car. ter. vel vir. vel, MA. [20] vel, OB, MA, MB, CE, CM. [21] talis, V; tal., MSS. var.

[1] postea, OB, MA, MB (p. d. e.), V. [2] donatione, OB, MA, MB, CE, CM, MC; venditione vel donatione, Y. [3] promiserit, V, MA, MG; repromisit, LA. [4] cum non sit et cum, OB, MA, MB, MC, CE, CM (sit vel sit serva). [5] onerata, OB, MA, MC. [6-8] vel obligata propter, LA, OC; on. vel obl. cum sit propter, OA, MG; *sic,* Y; vel non obligatam cum sit obligata, V. [7] obligata, OB, MA, MB (corr. o-tam), CE, CM, MC.

contractus, sed agere poterit emptor contra venditorem ad hoc quod ei teneat quod promisit. Cum emptio et venditio contracta fuerit ut prædictum est ante traditionem et post, periculum rei emptæ et venditæ illum generaliter respicit qui eam tenet, nisi aliter ab initio convenerit, quia re vera qui rem emptori nondum tradidit[9] adhuc ipse dominus erit, quia traditionibus et usucapionibus etcetera, ut supra de donationibus secundum quod videri poterit. Ut si homo[10] venditus mortuus fuerit ante traditionem, vel ædes incendio consumptæ, vel fundus vi fluminis in toto vel in parte consumptus vel ablatus, et huiusmodi, quibus rationibus videtur quod totum periculum pertineat ad venditorem. A contrario vero videtur quod si post emptionem ante traditionem fundo vendito aliquid per alluvionem vel alio modo accreverit, quod commodum ad venditorem pertinebit. Ipsum enim sequi debent commoda quem[11] sequuntur incommoda, et commodum eius esse debebit[12] cuius est periculum. Item poterit emptio et venditio contrahi inter aliquos tam sub condicione quam pure. Sub condicione ita ut si talis res empta intra[13] certum diem emptori placuerit, sit ei empta aureis tot, et si displicuerit emptori restituatur. Si quis autem rem sacram quæ vendi non potest a venditore emerit, cum contractus stare non possit,[14] emptor a venditore consequetur quatenus sua interfuit non fuisse deceptum, quamvis emptor scire teneatur quæ et qualis sit ea[15] res quam emerit, sacra vel non sacra, obligata vel non obligata. Emptori vero et heredibus suis tenetur venditor et heredes sui rem emptam warantizare, sive mobilis sit sive immobilis, dum tamen si immobilis fiat ut infra dicetur de warantis. Si autem mobilis, fiat ut infra dicetur de furtis.

De locato et conducto.

Cum autem locatio et conductio proxima sit emptioni et venditioni, quia sicut emptio et venditio contrahitur postquam de pretio convenerit, ita locatio et conductio. Ex locato enim et conducto solet res deberi vel ad usum vel ad habitationem.[16] Ut si quis rem suam mobilem vel immobilem alicui locaverit usque ad certum tempus pro certa mercede constituta, tenetur locator obligatus rem locatam ad usum dare, et conductor tenetur mercedem solvere. Et si res immobilis locata fuerit et conducta sicut domus vel huiusmodi, omnia invecta et illata tam pro mercede quam pro[17] aliis f. 62b] pignori sunt annexa. Et quid si nihil in domibus locatis et conductis inveniatur? Recurrendum erit ad corpora conductorum si inveniantur, quod locatori prospiciatur de securitate si ab initio non sit prospectum. Si autem corpora non inveniantur hoc poterit locator suæ imputare negligentiæ vel imperitiæ quod sibi cautius non prospexit. Si autem aliquis

[9] tradiderit, LA, MB. [10] bos, V. [11] quæ, LA, MC. [12] debet, OB, MA, MB, CE, CM. [13] infra, V, MB, MG; inter, CM. [14] poterit, V, OC, MG; posset, CM. [15] Om., OA, LA, MG, OC. [16] hereditatem, MG, OC. [17] Om., V, OA, LA, OC, MG.

tenens fuerit, et redditum suum forte domino suo non solverit cum ad vitam suam tenuerit vel in feodo, ad districtionem faciendam aliter erit procedendum. Mortuo vero conductore intra[18] tempora conductionis, heres eius eodem iure in conductionem succedit, nisi ille conductor in vita vel in morte aliter duxerit ordinandum. Item elapso termino conductionis in vita conductoris, bene poterit locator se ponere in rem locatam auctoritate propria si eam vacuam invenerit et non obligatam.

De usu vestimentorum.

QUI pro usu vestimentorum, auri vel argenti vel alterius ornamenti vel iumenti, mercedem dederit vel promiserit, talis ab eo desideratur custodia qualem diligentissimus pater familias suis rebus adhibet, quam si præstiterit et rem aliquo casu amiserit, de ea restituenda non tenebitur. Nec sufficit aliquem talem diligentiam adhibere qualem suis rebus propriis adhiberet, nisi talem adhibuerit de qua superius dictum est.

De adquirendo rerum dominio ex causa successionis et qualiter heredes succedunt parentibus.

EST etiam alia causa adquirendi rerum dominia quæ dicitur causa successionis, et quæ competit singulis heredibus de omnibus de quibus antecessores eorum obierint[19] seisiti ut de feodo, vel etiam seisiti aliquo tempore ut de feodo et iure hereditario, quod quidem descendere debet heredibus propinquioribus, masculis et[20] feminis, recta linea vel transversali venientibus. Descendit itaque ius quasi ponderosum quid cadens deorsum recta linea vel transversali, et numquam reascendit eadem[21] via qua descendit propter[22] mortem antecessorum. A latere tamen[23] ascendit[24] aliquando[25] propter defectum heredum inferius provenientium. Et si seisina sive possessio aliquando exorbitet ita quod ius merum non sequatur, in fine tamen ad proprietatem revertetur si sit heres qui petat. Item descendit ius vero heredi ubicumque fuerit natus, vel in utero matris, citra mare vel ultra. Nec potest aliquis sibi facere heredem, quia solus deus heredem facit. Et quia heres dicitur ab hereditate, et non hereditas ab herede, ideo primo videndum est quid sit hereditas, postea quis sit heres legitimus, et quis ex pluribus præferatur. Et sciendum[26] quod hereditas est successio in universum ius quod defunctus habuit[27] ex quacumque causa adquisitionis vel successionis, cum seisina vel[28] sine, ut si cum seisina[29] quocumque tempore seisitus fuerit in vita[30] vel in morte, scilicet die quo obiit. Et si ius ad plures heredes descendat successive sine seisina, tamen eadem seisina competit

[18] infra, V, OC, MB (infra conductionem succedit). [19] obierunt, V, OB, MA, MG, CE, CM. [20] sive, MG, Y. [21] ea, MA, MB. [22] post, V, OC, CM. [23-24] cum descendit, OC, MG, Y (tamen). [25] alicui, V, OB, MA, MB. [26] sciendum est, LA, MC. [27] habuerit, OA, MB. [28] sive, V, OB, MA. [28-29] Om., MB, MG, CM, (+ Y). [30] vita sua, V, MG.

heredi quam antecessor habuit in vita vel in morte. Et cum ius proprietatis f. 68] concursum habuerit cum seisina, statim et sine mora adquiritur heredi liberum tenementum.

Quis dici debeat heres legitimus.

ITEM videndum quis dici debeat heres legitimus, quia secundum quod inferius dicitur liberorum quidam sunt filii et heredes sicut sunt illi qui ex iustis nuptiis procreati sunt et progeniti, et ibi plenius. Legitimus vero heres et filius est quem nuptiæ demonstrant esse legitimum, sicuti ille[1] qui natus est[2] ex legitimo matrimonio, vel ille qui in facie ecclesiæ legitimus reputatur, quamvis in veritate matrimonium non fuerit, cum ambo tam vir quam uxor coniuncti sunt[3] bona fide credentes se legitime copulatos esse, cum sint re vera consanguinitate vel affinitate coniuncti, vel alio modo quod matrimonium stare non posset: vel dum modo alter eorum tantum hoc credat. Quia cum mulier alicui coniugato nubat bona fide credens eum esse solutum, cum sit alteri mulieri copulatus, et ex eo filios suscipiat, tales legitimi iudicantur et heredes, sive post matrimonium contractum progeniti sint et nati, sive ante matrimonium geniti et in matrimonio nati, sive in matrimonio geniti et post matrimonium nati, sive solutum sit matrimonium per mortem parentum vel in vita parentum ex quacumque causa per divortium: et hoc sive inter parentes publice contrahantur sponsalia vel matrimonium, dum tamen si divortium in vita parentum celebretur et[4] inter tales clandestina fuerint coniugia ab initio, vel contracta contra interdictum ecclesiæ in gradu prohibito, etiam ignoranter, soboles de tali coniunctione suscepta prorsus illegitima est censenda, de parentum ignorantia nullum habitura subsidium, cum illi taliter contrahendo clandestina coniugia non expertes[5] scientiæ[6] vel saltem affectatores ignorantiæ videantur. Pari modo proles illegitima est censenda, si ambo parentes impedimentum scientes legitimum etiam præter omne interdictum in facie ecclesiæ contrahere præsumpserunt,[7] quod quidem non esset si in facie ecclesiæ hoc facerent ignoranter, uterque scilicet[8] vel eorum alter. Sed in omni casu ubi clandestina sunt coniugia non excusabit ignorantia, nec etiam si publice contracta, si hoc fuerit præsumptive contra interdicta ecclesiæ. Et ad hoc facit decretale cuius verba sunt hæc, *Cum inter I. virum*[9] *et B. mulierem divortii sententia canonice sit prolata, filii eorum non debent exinde sustinere iacturam, cum parentes eorum publice et sine contradictione ecclesiæ inter se contraxisse noscantur. Ideoque sancimus ut filii eorum quos ante divortium habuerunt,*[10] *et qui concepti fuerunt*

[1-2] illi qui nati sunt, OB, MA, MB. [3] Om., OB, MA, MB, MG, Y, CM. [4] et (vel) si, V, OB. [5-6] ex parte sciente, V; ex parte scientiæ, OB, MA, MB, LA, MC. [7] præsumpserint, V, MB, Y. [8] videlicet, OA, LA, OC, MC. [9] veterem, OA, OB, CE, CM, LA, Y, MB, MG, MC (corr. virum). [10] habuerint, V, OB, MB, CM, Y, MG.

ante latam sententiam, non minus habeantur legitimi, et quod in bona paterna hereditario iure succedant, et de parentum facultatibus nutriantur.

Qualiter illegitimi legitimantur.

Sequitur videre qualiter illegitimi legitimantur. Et sciendum quod si quis naturales habuerit filios de aliqua et postea cum eadem contraxerit, filii iam nati per matrimonium subsequens legitimantur, et ad omnes actus legitimos idonei reputantur. Sed non nisi ad ea quæ pertinent ad sacerdotium. Ad ea vero quæ pertinent ad regnum non sunt legitimi, nec heredes iudicantur quod parentibus succedere possint,[11] propter consuetudinem regni quod se habet in contrarium. Spurii vero qui ex damnato coitu procreantur a talibus inter quos matrimonium esse non posset omni prorsus
f. 68b] beneficio excluduntur. Legitimantur etiam quandoque quasi per adoptionem de consensu et voluntate parentum: ut si uxor alicuius de alio conceperit quam de viro suo, et licet de hoc constiterit in veritate, si vir ipsum in domo sua susceperit et advocaverit et nutriverit ut filium, erit heres et[12] legitimus: vel si expresse non advocaverit, dum tamen illum non amoverit, sive vir omnino ignoraverit vel sciverit vel dubitaverit, talis legitimus et heres iudicabitur eo quod nascitur[13] ex[14] uxore, dum tamen præsumi possit quod potuit ipsum genuisse. Et illud idem dici poterit de partu supposito, et sic quandoque communis opinio præfertur veritate.

De præsumptionibus quod partus debeat esse legitimus eo quod nascitur ex uxore.

Si autem violenta præsumptio se faciat in contrarium in prædictis casibus, ut ecce maritus probatur propter aliquam gravem[15] infirmitatem vel frigiditatem vel aliquam[16] impotentiam coeundi, per multum tempus non concubuisse cum uxore, vel si probetur quod extra regnum vel provinciam per biennium et ultra longe extiterit, et[17] quod vehementer præsumi possit quod ad uxorem accessum habere non potuit, et cum redierit uxorem[18] prægnantem invenerit vel[19] parvulum habentem anniculum, sive talem advocaverit et nutriverit vel non, erit talis filius non immerito a successione repellendus, quia talis filius nec heres esse poterit. Sed vice versa ubi vir sanus fuerit et incolumis, et semper steterit cum uxore in provincia in una domo et lecto uno, sive partus conceptus fuerit ab alio vel suppositus, et ipse eum nutriverit et habuerit pro filio, vel etiam ipsum deadvocaverit et[20] amoverit, si postea ipsum recognoverit ad filium coram viris fide dignis qui hoc probaverint si opus fuerit, ulterius deadvocare non poterit,[21] sed[22] erit filius legitimus et heres. Et de hac materia inveniri poterit de

[11] possunt, V, OA, Y, OC, MC. [12] Om., LA, OC, MA, MC. [13] nascuntur, MG, Y, CM. [14] de, V, OB, MA, MB. [15] Om., V, OB, MA, MB. [16] aliam, V, OA, LA, OB. [17] per, OA, LA, MC, OC (p. hoc v.). [18] Om., V, OB, MA, MB. [19] Om., OB, MA, MB, CE, CM, MG, Y. [20] vel, LA, MC. [21] potuit, OB, MA, MB. [22] et, OA, LA, OC.

termino Paschæ, anno regis Henrici undecimo, comitatu Sussexiæ, de Iohanne de Monte Acuto. Sed esto quod vir talem in vita sua ad heredem non recognoscat, sed cum amoverit talem moriatur, licet post mortem suam a custode vel ab alio cuius hereditas non fuerit[23] ad heredem recognoscatur, non valebit. Cum autem talis natus fuerit vel suppositus, vir talem statim a domo sua amoveat, nec faciat eum nutriri in domo sua pro filio nec alibi, nec permittat eum redire ad ipsum. Et de hac materia inveniri poterit de termino Sancti Michælis, anno regis Henrici quarto incipiente quinto, comitatu Lincolniæ, de Bartholomeo filio Ricardi: et ubi tenens paratus fuit ponere se in magnam assisam vel super patriam de iure, utrum ipse haberet maius ius tenendi terram in dominico quæ petita fuit, an ille qui petiit, sicut ille qui non habebatur pro filio a patre communi, nec nutritus pro filio in domo patris, sed amotus a domo patris, et sicut ille qui numquam rediit ad patrem in vita sua sicut filius, nec post mortem ad capitales dominos diu facturus eis quod de iure facere deberet. Et quo casu tenens retinuit sine assisa, iurata, vel inquisitione, quia petens non potuit præmissa dedicere.

De differentia puerorum.

f. 64] QUIA dictum est supra quod naturales et legitimi vocantur præ aliis ad successionem, non est inutile videre statum et differentiam liberorum, qui[1] quidem multiplex est. Liberorum autem secundum quod prædictum est, quidam sunt naturales et legitimi, qui ex iustis nuptiis et legitima uxore procreantur. Item quidam naturales tantum et non legitimi, sicut sunt illi qui procreantur de legitima concubina cum qua tempore procreationis posset esse matrimonium, sicut de soluto et soluta. Quidam vero nec legitimi nec naturales, qui nati sunt ex prohibito coitu, ex talibus videlicet inter quos non posset esse matrimonium tempore procreationis, sicuti sunt[2] spurii qui ad nihilum apti sunt. Item eorum qui legitimi sunt et naturales quidam sunt filii et heres, sicut sunt illi quibus descendit aliqua hereditas[3] ex parte patris, vel ex parte matris, vel utriusque in dominico vel in servitio. Item eorum quidam sunt filii et non heredes unius, sed filii secundum quod hereditas descendit tantum ex parte patris vel ex parte matris. Item eorum quidam sunt[4] legitimi filii et naturales, sed nullius heredes, quia ex nulla parte eis descendit hereditas aliqua. Item eorum quidam incipere possunt esse heredes et desinere, et quidam non. Item eorum qui sunt naturales, legitimi, et heredes, quidam sunt propinqui et propinquiores, et quidam remoti et remotiores: et omnes quotquot sunt, sunt heredes recti et iusti, quotquot descendunt gradatim a communi stipite, primo per lineam

[23] sit, OB, MA, MB.

[1] quæ, OB, MA, MB, Y, MG, CM, V. [2] Om., OB, MA, MB, LA (sicut). [3] hereditas vel, OA, LA, OC, MC. [4] Om., OA, LA, OC.

rectam descendentem in infinitum, et postea per lineam transversalem descendendo in infinitum, illis deficientibus qui sunt in linea recta, et ultimo cum illi defecerint qui sunt in linea transversali descendendo, vocantur illi qui sunt in linea transversali ascendendo tantum: quia per lineam rectam ascendendo, per quam ius descendit propter mortem antecessorum, ius illud numquam per eandem lineam reascendit. Et quamvis omnes in infinitium sic ascendendo vel[5] descendendo recti sunt heredes et iusti, tamen non omnes simul vocantur ad successionem, quia propinquior excludit propinquum,[6] propinquus remotum, remotus remotiorem. Quibus etiam omnibus deficientibus, vel propter defectum vel propter delictum, revertitur ius de necessitate ad eum qui feoffavit, scilicet ad dominum capitalem, cum aliam viam non inveniat, et evanescit homagium, secundum quod inferius plenius dicetur de eschætis. Item heredum quidam sunt sub potestate parentum et infra ætatem, quidam sunt sui iuris et plenæ ætatis, ut si fuerint emancipati sive[7] forisfamiliati in vita parentum: et post mortem quidam eorum sunt plenæ ætatis et sui iuris, et quidam infra ætatem et sub tutela sive custodia capitalium dominorum, et quidam sub cura parentum propinquorum, secundum quod inferius dicetur.

De qualitate heredum, qui propinqui, qui propinquiores, et de eorum seisina.

DE eo autem quod superius dicitur quod heredum quidam sunt propinqui et quidam propinquiores, sciendum[8] quod si quis habuerit[9] plures filios, omnes sunt heredes propinqui, postnatus sicut antenatus, quantum ad seisinam parentum, et pares in iure possessionis: dum tamen postnatus per negligentiam vel patientiam antenati in seisina per tantum tempus extiterit
f. 64b] quod sine iudicio a seisina eici non poterit, et sine brevi, quia extunc pares sunt in iure, et par parem non eicit in iure possessionis. Sed extunc recurrendum erit ad ius proprietatis secundum quod inferius dicitur in assisa mortis antecessoris. Si autem postnatus post mortem antecessoris se prius posuerit in seisinam quam antenatus, si statim eiciatur, non recuperabit per assisam novæ disseisinæ, quia liberum tenementum habere non potuit[10] nisi ex longo tempore et pacifica possessione[11] sive[12] seisina, propter ius proprietatis quod est cum antenato. Si autem statim eici non possit ad interrumpendam possessionem suam, si antenatus statim sibi impetraverit per assisam mortis antecessoris[13] et diligenter prosecutus fuerit, tamen non procedat[14] assisa inter eos sicut inter alias quascumque personas, quia

[5] et, V, OB. [6] propinquum id est, V, MB, OB. [7] vel, V, OB, MA, MB, Y, CM. [8] sciendum est, V, CE, Y, MG. [9] haberet, MG, Y, CM. [10] poterit, OA, LA, CE, MC. [11-12] Om., OA, LA, OC. [12] vel, OB, MA, MB. [13] Om., OA, OC, (+ Y, OB). [14] procedit, V, OB, MA, MB; procedet, MG.

sunt de uno stipite, quamvis pares[15] sint[16] quoad ius possessorium antenatus et postnatus, quamvis[17] possessio postnati nulla sit,[18] cum sit interrupta per diligentem impetrationem et diligentem prosecutionem antenati. Cum sit igitur heres propinquus poterit esse heres remotus. Est autem heres remotus, ut si quis haberet[19] plures filios et unicam filiam, masculi erunt heredes propinqui et filia heres remota.[20] Si autem plures filios et nullam filiam, sed nepotes ex filiis, filii erunt heredes propinqui et nepotes heredes remoti. Item dici poterunt remotiores respectu heredum remotorum sicut pronepos, abnepos, atnepos, trinepos, et sic ulterius descendendo in infinitum linea recta. Si autem filii et filia et nepotes defecerint, tunc erit heres propinquus frater et soror ei qui fuerit in seisina hereditatis. Si autem filios habuerit deficiente filia et nepotibus, erit avunculus vel amita in linea transversali heres remotus, et omnes ex illis provenientes[21] in eadem linea transversali erunt heredes remotiores. Filiis autem et filiabus,[22] et nepotibus et neptibus, avunculo[23] et amita deficientibus, tunc erit proavunculus et proamita heres propinquus, et alii superiores remoti et remotiores. Item sunt propinqui et propinquiores. Propinquior autem dici poterit ille ad quem ius proprietatis immediate post mortem antecessoris descendit, vel propter ætatem. Ut si quis plures haberet filios, ius proprietatis semper descendit ad primogenitum, eo quod ipse inventus est primo in rerum natura, et alii remanebunt ei propinqui vel propinquiores, secundum quod liberos habuerit vel non habuerit. Si autem in vita patris decesserit antenatus sine herede de se, frater postnatus locum suum obtinebit, et incipiet esse patri communi heres propinquior, et alii postnati propinqui, et sic fiet de aliis in infinitum. Si autem frater antenatus in vita patris communis obierit, relicto herede de se, nepos vel neptis ex eo incipit[24] esse in potestate avi et heres propinquior avo, propter ius proprietatis quod ei descendit, quamvis gradu remotior, et avunculus vel amita heres propinquus et non propinquior, quamvis gradu propinquior. Et unde si avunculus vel amita extra seisinam petat versus nepotem vel neptem qui fuerit in seisina, obstabit eis[25] exceptio proprietatis, et quod heredes propinquiores esse non poterunt avunculus vel amita. Et eodem modo si petant versus extraneas personas obstabit exceptio proprietatis, quia[26] nepos vel neptis vel alius maius ius habuit.[27] Si autem avunculus vel amita priusquam nepos vel neptis se[28]
f. 65] posuerit in seisinam, tunc fiat per omnia, secundum quod superius

[15-16] Om., LA; pares nunc, OA; pares sunt, V, OB, OC. [17] tamen, V; quia, LA. [18] est, V, OB, MA, MB, CE, OC, LA, MC. [19] habuerit, OA, LA, OC, MC. [20] remotus, OA, LA, OC, MG, CE, CM, MC, MA (corr. r-ta). [21] venientes, MG, Y, CM. [22-23] filiabus nepotibus avunculo, V, OB, MA, MB, CE, Y, CM; nepotibus nepotibus avunculo, MG. [24] incipiet, V, OB, MB; quod incipit, MG. [25] ei, OB, OC, CM, CE, Y. [26] quod, OA, LA, OC, MC. [27] habuerit, OA, OB, OC, LA, MC. [28] Om., MG, CM.

dicitur de fratre postnato, quod procedat inter eos breve de consanguinitate, vel de recto, secundum quod avunculus vel amita seisinam habuerit[1] longam vel brevem. Et quod dicitur de fratre postnato et avunculo vel amita heredibus propinquis, observetur de omnibus aliis heredibus propinquis in casu consimili.

Quid faciat heredem propinquiorem.

ITEM sexus facit heredem propinquiorem. Ut si quis hereditatem habens genuerit[2] ex se filium et[3] filiam, unam[4] vel plures, si omnes fuerint heredes antecessoris, masculus[5] sexus in successione semper præferri debet sexui[6] feminino. Numquam enim ad successionem vocatur femina quamdiu aliquis heres superfuerit ex masculo,[7] nisi contrarium faciat modus donationis. Ut ecce: aliquis dat alicui terram in maritagium cum filia sua et heredibus de corpore eorum[8] procreatis: procreatur filia, moritur maritus, alius ducit matrem in uxorem, generat ex ea filium, moritur mater, filia propinquior erit heres et excludit masculum a successione: et sic facit modus donationis filiam heredem propinquiorem, et excludit a successione sexum masculinum. Item eodem modo facit linea feminam heredem propinquiorem in linea recta descendentem, et excludit masculum in linea transversali. Ut si quis filiam habuerit vel filium, et ex eo neptem[9] et[10] fratrem, filia vel neptis fratri præfertur in successione propter lineam rectam quæ præfertur transversali. Item sanguis facit heredem propinquiorem, et ius sanguinis excludit masculum et præfert feminam. Ut ecce: aliquis ducit uxorem et ex ea generat filium et filiam, et mortua[11] ea postea ducit aliam de qua generat filium: mortuo partre descendit hereditas filio antenato de prima uxore, moritur seisitus sine herede de se, dominus capitalis se ponit in seisinam, soror de eodem patre et eadem matre petit per assisam seisinam fratris sui, et frater de alia uxore eodem modo: soror de eodem patre et[12] eadem[13] matre obtinebit, et ius sanguinis masculum excludit. Item ius sanguinis eodem modo facit heredem propinquiorem, et excludit tam sexum masculinum[14] a successione quam ætatem.[15] Verbi gratia: quidam duxit[16] in uxorem quandam et ex ea generat filium vel[17] filiam, postea mortua prima uxore ducit aliam de qua generat filium et filiam: filius de secunda uxore facit perquisitum,[18] moritur sine herede de se, soror de[19]

[1] habuerint, OA, OB, OC, MC, MA, Y, CE, CM; habeat, MG. [2] et uxorem genuerit, V; et genuerit, LA, MC (habuit); et liberos genuerit scilicet filium, OC. [3] vel, V, OB, MG, CM. [4] unum, OA, LA, MC, OC (unus v. p.). [5] masculinus, MSS. var.; masculini, MC; masculinum, OA. [6] sexu, OC, MG. [7] masculino, MB, CE, LA, MC. [8] Om., OB, MA, MB, MG; suorum, CM; suo, V, Y. [9] nepotem, V, MA, Y, MB, CE. [10] vel, MA, MB, OC, MG, Y, CM. [11] filiam mortua, LA, MC, OB. [12-13] eademque, OA, OC, CE, MC. [14] masculum, MSS. var. [15] femininum, V; *sic,* MSS. [16] ducit, OA, LA, MC, OC, MB; duxit, OB, MA, CE, Y, MG, CM. [17] et, OC, MG. [18] adquisitum, V, OB, MB. [19] ex, OA, LA, OC, MC.

secunda uxore petit per assisam, frater vel soror de prima uxore eodem modo: soror de secunda uxore obtinebit et excludet[20] tam masculum quam feminam ex prima, quod verum est. Sed ea quæ dicta sunt secundum quosdam locum habent de perquisito in utroque casu. De hereditate autem[21] descendente aliud erit, quia habito respectu ad communem antecessorem talium de quo hereditas descendit, ius proprietatis numquam respiciet feminam dum tamen masculus ibi fuerit vel[22] proveniens ex masculo,[23] sive heredes procreati fuerint ex uno patre et eadem[24] matre, vel diversa. Et quod dicitur de heredibus propinquioribus et propinquis observari debet in consimili[25] casu in omnibus aliis heredibus, remotis et remotioribus. Et de hac materia inveniri poterit casus expressus de termino Sanctæ Trinitatis anno regis Henrici tertio, comitatu Sussexiæ, assisa mortis antecessoris, si Radulphus de la Roche. Item[26] de Willelmo de Maundevilla, comite
f. 65b] Essexiæ, et Matilda comitissa Herefordiæ. <Et ad hoc facit de termino Sancti Michælis anno regis Henrici quarto incipiente quinto, comitatu Lincolniæ, de Osberto filio Ricardi et Bartholomeo fratre suo, ubi frater postnatus fuit in seisina et retinuit.> Quod autem idem debeat observari de hereditate descendente quod de perquisito observatur, videtur cum quilibet de seisina propria faciat[27] stipitem et primum gradum, sed re vera non est ita. Verba gratia: aliquis habet duos filios ex diversa matre et duas filias, frater antenatus erit patri suo heres propinquior, et filius postnatus post eum propinquus, et filiæ heredes remoti.[28] Cum autem hereditas descenderit filio antenato ut heredi propinquiori, frater postnatus incipiet esse heres propinquior fratri antenato et sorores heredes propinqui. Mortuo igitur fratre antenato sine herede de se, descendit hereditas propinquiori heredi, hoc est fratri postnato, et non filiabus, licet sint heredes propinqui, nec est multum curandum utrum sint de eodem[29] patre et eadem matre, vel diversa.[30] Si autem frater antenatus de prima uxore vel postnatus de secunda uxore perquisitum fecerint,[31] si sorores habuerint[32] de eadem matre, propter ius sanguinis duplicatum tam ex parte patris quam ex parte matris, erit heres propinquior soror quam frater de alia uxore, licet sit heres propinquus. <Possunt quidam esse pares quoad ius possessionis cum postnati liberum tenementum adquisierint ex tempore, et impares ante. Item eodem modo quoad ius sanguinis quod poterunt[33] heredes esse pares, cum fuerint de uno patre vel[34] eadem[35]

[20] excludit, V, OB, MA, MB, MG, CM, Y, MC. [21] vero, V, OB, MA, MB. [22] Om., MG, Y; vel aliquid, OA, LA, MC, OC (aliquis). [23] masculino, LA, CE, MG, CM, MC. [24] una, V, OB, MA, MB. [25] omni consimili, V. [26] et idem, LA, OC, MC, OA (et item). [27] facit, V, LA, MG, MC. [28] remotæ, V; *sic*, MSS. [29] uno, OA, LA, OC, MC. [30] diversis, OB, MG, Y; (—vel diversa, CM). [31] fecerit, V, OC. [32] habuerit, V, OC. [33] poterint, V, Y; poterit (heres), OB. [34] et, OB, OC. [35] de una, V, MG, Y, OC, CM.

matre a quibus ius descendit. Si autem de diversis, tunc impares. Et erit propinquitas sanguinis sicut propinquitas successionis.> Refert etiam a quo fiat perquisitum, utrum ab extranea persona vel a patre communi, vel ab alio antecessore sicut a fratre antenato. Et poni poterit casus in persona[36] trium fratrum, et[37] sic[38] quod pater communis feoffavit[39] filium antenatum qui est heres suus propinquior, et mortuo primogenito sine herede de se antequam hereditas ei acciderit, succedet[40] ei frater medius de perquisito sicut heres propinquior, et erit postnatus tunc heres fratri medio propinquior. Et si in vita primogeniti descendat ei hereditas paterna, et de perquisito homagium intervenerit, statim pertinebit ad fratrem medium successio et ius successionis, cum primogenitus de perquisito non possit esse heres et dominus. Non enim possunt simul stare perquisitum et dominium propter homagium, homagium enim expellit perquisitum. Si autem perquisitum factum fuerit ab extraneo, ab[41] alio videlicet quam[42] communi antecessore, si hereditas supervenerit, homagium factum de perquisito extraneæ personæ non expellit perquisitum, quia[43] in hoc casu non erit primogenitus heres et dominus. Esto etiam[44] quod facta sit donatio fratri postnato a patre communi vel fratre antenato, et eo mortuo sine herede de se, erit frater antenatus heres propinquior fratri postnato, et cum eo remanebit hereditas si homagium non intervenerit: et quamvis homagium intervenerit et hereditas paterna ei descenderit, semper habebit antenatus primam seisinam per assisam mortis antecessoris, si capitalis dominus vel alia extranea persona fuerit in seisina. Si autem frater medius se prius posuerit in seisinam, tunc consulitur antenato per breve de recto. Et cum
f. 66] antenatus seisinam habuerit et homagium intervenerit, si sit heres propinquior antenato qui petat, non poterit seisina cum eo remanere ratione supradicta, sed descendet[1] ius primo filio vel filiæ liberis[2] antenatis,[3] si liberos habuerit, et[4] consulitur eis[5] si petere velint seisinam per breve de recto, facta computatione et narratione de seisina fratris postnati. Si autem liberos non habuerit frater antenatus, tunc statim fit descensus iure[6] ad fratrem medium, et competit[7] ei actio per breve de recto sicut competiit[8] liberis supradictis. Sed quid si dum frater medius petierit, incipiat frater antenatus heredes procreare? Talibus procreatis cadit actio fratris, et incipit actio competere pueris. Sed quid[9] si frater ante procreationem pue-

[36] personis, OA, LA, OC, MC. [37] Om., OB, MA, MB, Y. [38] sit, OA, MC, LA, CE. [39] feoffaverit, OA, LA, OC, CE, MC. [40] succedit, V, MG, OC. [41-42] vel ab alio quam, MG; vel alio vid. quam, MA; vel ab alio quam ab, Y; vel ab alio vid. quam, OB, MB (quam a com. an.); vel alio non a, OC. [43] Om., LA, MC. [44] enim, V, OB.

[1] descendit, V, OC; descendat, MG, CM. [2-3] libero antenato, OC. [3] antenati, OA, LA. [4] Om., MC, LA. [5] ei, LA, Y, MC (corr. eis). [6] iuris, OA, LA, CE; iur., MSS. var. [7] competet, OA, OB, Y. [8] competit, V, OB, MA, CE, Y, CM. [9] Om., V, OB, MB, MA (+ quid).

rorum seisinam recuperaverit? Non propter hoc erit ei[10] seisina auferenda, sed ei et heredibus suis imperpetuum remanebit.[11] Et vice versa si cum ab initio antenatus pueros habuerit et agere inceperint, et pendente placito esse desierint, extunc statim incipiet actio in persona fratris medii, sicut ab initio si pueri non extarent, et idem ius quod competit fratri medio competit heredibus suis in infinitum. Item esto quod frater medius cum seisinam adquisierit sine herede de se moriatur, adhuc illud idem erit dicendum de fratre medio quod dictum est de postnato, scilicet quod frater antenatus est eius heres propinquior. Sed quid si fratres sine herede decesserint, ut prædictum est, nec antenatus liberos habuerit? Tunc vocandi sunt remotiores. Et quid si nulli omnino apparuerint heredes qui petant? Sic poterit seisina remanere cum antenato non obstante homagio, quia licet actio non deficiat neque ius, deficit tamen probatio cum non sit qui petat. Item esto quod frater medius fecerit perquisitum et moriatur sine herede de se, et capitalis dominus vel extraneus se posuerit in seisinam, adhuc competit assisa mortis antecessoris fratri antenato non obstante homagio, et non fratri postnato. Et cum per assisam recuperavit antenatus, extunc competit actio per brevo de recto, vel pueris antenati[12] vel fratri postnato modo quo prædictum est. Et non ut ex tali placito procedatur[13] ad magnam assisam vel duellum, sed quod fiat propinquitatis et parentelæ computatio. Sed quid si postnatus frater primam habuerit seisinam pacificam et tempus, quod sine brevi et iudicio eici non possit? Extunc competit actio fratri antenato vel[14] eius heredibus si ipse præmoriatur, per breve de recto, ut facta computatione sciatur quis eorum sit heres propinquior. Quo probato, non erit postnatus ut videtur eiciendus[15] per iudicium, quia si constiterit quod frater antenatus sit heres propinquior, tamen quia[16] homagium intervenerit,[17] iudicandum erit in eodem iudicio quod postnatus in seisina remaneat, cum seisina cum antenato non possit propter homagium remanere: nec alia actione opus erit per breve de recto, quod super eodem iure et inter easdem personas veniat actio super actionem, non magis quam assisa super assisam. Sed cum frater antenatus ab initio fratrem postnatum recenter eicere vellet non posset,[18] et statim sibi perquireret[19] per assisam mortis antecessoris, antequam postnatus liberum tenementum habere posset[20] ex tempore, si per assisam obtineret antenatus in iure possessorio et causa possessionis, nihilominus sequi posset actio in persona postnati super iure
f. 66b] proprietatis, nisi sit qui dicat quod[21] contra assisam et contra

[10] Om., V, OB, MA, MB, MC. [11] permanebit, OB, MA, MB. [12] antenatis, V, MB, CM. [13] Om., OB, MB, CE, Y, CM, MG, MA (+ procedant). [14] et, V, OB, MA, MB, Y, MG, CM. [15] Om., MSS. gen.; *sic*, OA; (+ eiectus, MA). [16] quod, MA, MB; et quod, OB. [17] intervenit, LA, CE. [18] possit, V, OB, MB. [19] perquiret, CE; perquirat, MG, Y, CM; adquireret, OC; adquiret, OB, MA, MB; *sic*, OA, LA, MC. [20] poterit, V, OB, MA, MB. [21] Om., OB, MA, MB.

actionem per breve de recto posset postnatus se defendere per exceptionem, scilicet quod antenatus non possit esse simul heres et dominus.

Item propinquiores heredes esse possunt plures sicut unus.

ITEM propinquiores heredes esse possunt plures sicut unus, et quibus[22] ius descendit quasi uni heredi propter iuris unitatem, sicut sunt plures filiæ provenientes de eodem patre et eadem matre a quibus descendit hereditas, et ubi omnes simul et insolidum heredes sunt, eo quod masculus non apparet. Et non refert utrum eundem habuerint patrem et eandem matrem vel diversos, habita tamen distinctione secundum quid prædictum est, utrum sit hereditas descendens vel perquisitum, et utrum fuerint[23] de uno eodem[24] patre et eadem matre vel diversis: et erit hereditas inter illas dividenda in omnibus quæ recipiunt divisionem ratione personarum, pro virilibus portionibus sed[25] non ratione rei. Qualiter autem homagia facere debeant et quibus, et quando, et quibus acapitare, infra dicetur plenius de homagiis. Item possunt esse heredes propinquiores plures in una hereditate, masculi sicut feminæ, sed non ratione personarum sed rei, et non simul et insolidum, sicut[26] feminæ et sicut unus heres, sed sicut heredes plures[27] participes et sicut partem capientes. Sunt enim[28] heredes et coheredes, et[29] coheredum quidam sunt[30] participes et quidam non, scilicet nullam partem cum heredibus[31] capientes. Item possunt esse plures heredes feminæ et participes tam ratione personarum quam rei, ut si quis teneat hereditarie terram aliquam quæ partibilis sit, et plures habuerit filias[32] heredes, et sic erunt filiæ heredes propinquiores, quia participes et capaces hereditatis. Poterit etiam[33] quis habere plures filias de una matre et plures de alia, et si omnes sint participes et capaces quantum ad hereditatem paternam descendentem, non erunt tamen participes et capaces quantum ad perquisitum fratris vel sororis qui fuerint de eadem matre. Illæ vero quæ fuerint de eadem matre erunt heredes propinquiores, particeps et capaces de perquisito fratris vel sororis propter sanguinem. Et illi qui sunt de diversa matre, masculus sive femina, propinqui erunt heredes et recti, et in vita aliorum numquam[34] participes nec capaces in vita talium, sed post mortem. Et regulariter verum est, quod omnes illi propinquiores dicuntur esse heredes ad quos ius proprietatis descendit iure hereditario. Si autem de necessitate per conventionem vel[35] condicionem tacitam vel expressam, vel pro defectu heredum vel propter

[22] quilibet, OB, OC, MB; cuilibet, V; quo, MG. [23] fuerit, V, OB, MG, CM. [24] et eodem, V, OC, MA, MG. [25] licet, OA, LA, OC. [26-27] sicut feminæ sed sicut heredes plures, MA; sicut fem. unus heres sicut her. plur., MB; sicut fem. unius heres sic sicut her. plur., OB; sint fem. sicut heres plur., MG; sicut in feminæ et sicut unus heres plures, CM; sicut femina et sicut unus heres plures, LA, MC. [28] autem, V, OB, MA, MB. [29-30] quia, LA. [30] Om., OA, CE, Y, MC. [31] coheredibus, OA, LA, OC. [32] filias et, V, OC. [33] enim, OB, MA, MB. [34] numquam erunt, LA, MC. [35] et, V, OB, MA, MB, MG, Y (corr. vel).

delictum, ius proprietatis ad donatorem dominum capitalem revertatur qualitercumque ut eschæta, licet heres non sit, et aliquo casu loco heredis propter terram quæ ad ipsum revertitur in dominico, seisina semper sequetur[86] ipsum cum sit loco heredis, licet non sit heres: et cum eo remanebit[87] hereditas ut eschæta, et extinguitur homagium et servitium, cum[88] non sit heres qui petere possit vel qui petat. Cum autem ius proprietatis sic ad donatorem reversum fuerit, licet alius fuerit in seisina ex donatione eius qui donare non potuit, extinguitur omnino warantia, ut si donator ad warantum vocatus fuerit, warantizare non tenetur, eo quod ius habet petendi terram illam in dominico: quod si homagium ceperit et servitium, f. 67] vel confirmaverit tale donum ut supra dictum est, tunc tenebitur ad warantiam. <Et notandum quod heredum quidam sunt veri heredes, et quidam quasi heredes et[1] loco heredum, et pro heredibus habentur: veri heredes ex causa successionis, quasi heredes vel[2] loco heredum vel pro heredibus per modum donationis, sicut sunt assignati, vel loco heredum sicut sunt domini capitales, quibus revertitur hereditas propter defectum vel propter delictum, sicut eschæta propter defectum heredum, cum heredes deficiant in linea descendente: propter delictum, id est propter feloniam, ubi impeditur descensus licet heredes extiterint[3] aut parentes. Item propter modum donationis, ut si donator dicat, *Do tali et heredibus suis de corpore suo procreatis, et si heredes tales non habuerit vel si habuerit et defecerint, tunc do tali et heredibus suis quos de corpore suo habuerit,* et sic in infinitum de pluribus, tales succedunt[4] non ex causa successionis, et heredes erunt per[5] modum donationis.>

De gradibus successionis et parentelæ.

DICTUM est supra de qualitate heredum et differentia, et qui vocantur ad successionem, et qui aliis in successione præferuntur, sicut heredes propinquiores. Sed quoniam hereditas et ius successionis descendit per gradus, ideo videndum est[6] de gradibus successionis et parentelæ, et qualiter ius descendat[7] et per quas personas ad eum qui in iure proprietatis seisinam petierit alicuius antecessoris. Et sciendum quod cognationum sive parentelarum aliæ sunt supra, aliæ sunt infra, aliæ sunt ex transverso sive a latere. Parentes vero qui sunt supra dici poterunt antecessores et parentes, sed qui[8] mortui sunt et heredes antecedunt, id est cedunt ante, et heredes eis cedunt sub, quasi succedunt. Est enim cedere quasi recedere, et est cedere

[86] sequitur, OC, Y, MG; (— semper sequetur, CM). [87] permanebit, V, OB, MA, MB. [88] et cum, MA, MB, CE, Y, CM, MG.

[1] in, OB, MA, MB, V. [2] et, V, Y, OB, MA, MB. [3] constiterint, LA, MC. [4] succedent, Y, CE, CM, OA (corr. s-dunt); succederet, OC. [5] sed per, OB, MA, MB. [6] Om., OA, LA, CE, MC. [7] descendit, V, OB, MA, MB, MG, Y, CM. [8] quia, OA, LA, MC.

alio sensu venire. Illi vero qui sunt infra, recta[9] linea vel transversali,[10] dici poterunt[11] cognati et heredes. Illi vero qui sunt[12] supra in linea transversali dici poterunt recte parentes et heredes, deficientibus illis qui inferiores[13] sunt, et alio modo quamvis improprie cognati dici poterunt et heredes, eo quod antecessores succedunt pro defectu inferiorum. Superior autem cognatio parentum seu antecessorum qui mortui sunt in linea recta ascendente est, et incipit a primo gradu, videlicet a patre vel matre ascendente[14] usque ad avum: a secundo gradu, scilicet ab avo usque ad proavum: a tertio gradu, videlicet a proavo usque ad abavum: et sic a quarto gradu, scilicet ab abavo usque ad atavum: et sic a quinto gradu, scilicet ab atavo usque ad tritavum[15] qui obtinet in computatione sextum[16] gradum. Ulterius autem non fit computatio ascensus, quia talis computatio excederet[17] memorias hominium. Et sic resolvendo a tritavo[18] computato pro patre, vel tritavia[19] pro matre, fieri poterit descensus iuris usque ad trinepotem. Et est inferior cognatio: et[20] facienda est[21] computatio liberorum et heredum recta linea descendentium a primo gradu, scilicet a[22] patre et[23] matre usque ad trinepotem et[24] trineptem, ut a patre vel matre usque ad nepotem vel neptem, et a nepote vel nepte usque ad pronepotem vel proneptem, et sic de f. 67b] gradu in gradum usque ad trinepotem, et ulterius si necesse fuerit. In[25] quo casu nullus debet vocari ad successionem in linea transversali, descendendo vel ascendendo, masculus vel[26] femina, quamdiu aliquis heres superstes fuerit[27] in linea recta descendente, sed illis omnino deficientibus in parentela, de necessitate revertitur ius proprietatis ad eos qui sunt in linea transversali descendentes. Et incipienda erit[28] computatio parentelæ in[29] primo gradu per omnes gradus et heredes ad quos ius proprietatis descenderit,[30] sicut a communi stipite eorum qui utrumque ius habuerunt,[31] videlicet possessionem et proprietatem, per omnes gradus et personas illas quas seisina sequi deberet, si vivi peterent, vel tempus quo heredes esse potuissent expectassent. <Id est si aliquid ad eos descenderit mortuis antecessoribus.> Et in[32] quocumque gradu in linea recta descendente heredes defecerint, revertitur de necessitate ius proprietatis ad eos qui sunt in linea transversali, id[33] est[34] ad fratrem patris vel matris vel[35] sororem, et[36]

9-10 rectam lineam vel transversalem, V, MA, MG. 11 poterunt recte, V, MG, Y. 12 Om., OA, LA, MC, CE, OC (qui sub prima linea). 13 inferius, V, OB, MA, MB. 14 ascendendo, OA, LA, OC, MC. 15 triavum, OB, MA, MB, CE, LA, MC. 16 quintum, Y, OB, MG, MB, MA, CM. 17 excluderet, OB, MA, MB. 18 triavo, MSS. var. 19 triavia, MSS. var. 20 Om., OB, MA, MB. 21 Om., OA, OC, LA; est etiam, MA; etiam, OB. 22 Om., Y, MG. 23 vel, V, OB, OC, MA, MB. 24 vel, V, OB, MB. 25 et, OA, LA, OC. 26 nec, V, Y, LA, OB, MB, MC. 27 superfuerit, V, OB, CE, MC. 28 est, V, OB, MA, MB. 29 a, OA, LA, OC. 30 descendit, OA, LA, MC, MG, CM; ascendit, OC. 31 habuerint, MSS. var. 32 Om., OB, MA, MB, CM, MG. 33-34 scilicet, V, OA, LA, OC, MC. 35 et, MSS. var. 36 et sic, OA, LA, OC, CM, MC.

per medium quasi per plures gradus. Si autem nullus omnino provenerit[37] heres a primo gradu in linea recta descendente, <et frater antenatus obierit in vita patris communis sine herede, vel si heredem[38] habuerit et in vita patris defecerint[39] omnes fratres præmortui> tunc fiat computatio a primo gradu immediate, sicut a communi stipite, a patre vel[40] matre existentibus in seisina, usque ad fratrem vel sororem in linea transversali: qui quidem cum seisinam suam obtinuerint, faciunt stipitem et[41] lineam rectam descendendo quantum ad suos heredes. Si autem tempore descensus filius et[42] filia defecerint et heredes habuerint recta linea descendendo, scilicet[43] nepotes vel neptes vel ulterius,[44] et quidam defecerint et quidam non, per omnes gradus et per omnes personas per quas ius descendisse debuit si viverent, fiat computatio descensus et iuris ad illum qui superstes est[45] et petit. Si autem tales aliquando extiterint, et defecerint omnino in tali linea descendente in vita antecessoris, tunc quia ius revertitur de necessitate ad alios qui sunt in alia linea transversali, fiat computatio parentelæ et descensus a primo gradu et communi stipite usque ad talem, per omnes gradus et personas ad quas ius descendit dum viverent, vel descendere debuit si expectarent quod heredes essent, omissis[46] illis omnibus qui mortui sunt in vita antecessoris, ac si numquam essent in rerum natura.[47] Et si ulterius ad aliquem ius descenderit, fiet[48] per omnia ut supra dictum est de heredibus inferioribus recta linea vel transversali venientibus. Illis autem omnino deficientibus ad quos ius descendit[49] inferius in linea recta descendente vel transversali, oportebit de necessitate quod ius proprietatis descendat ad parentes seu[50] cognatos qui sunt in linea transversali ascendente, sicut ad fratrem avi, et sic in linea descendente per omnes heredes suos usque ad illum qui petit: et si omnes tales defecerint, tunc ad superiores, videlicet ad fratrem proavi et omnes heredes suos, et sic de gradu in gradum et herede in heredem, usque ad illum qui petit. Dividitur quandoque[51] computatio descensus per plures lineas et per plures gradus, propter heredum pluralitatem qui cadunt in descensum, videlicet ubi hereditas descendit pluribus filiabus, quarum omnes sunt coheredes, participes et capaces. Et ubi[52] dividitur ius proprietatis in personas plures, et plura capita, et quandoque
f. 68] bifarie, trifarie,[1] quadrifarie per subdivisiones, secundum quod inferius in narratione iuris per breve de recto manifestius apparebit. Et ubi quælibet persona facit sibi stipitem in primo gradu et lineam rectam

[37] pervenerit, V, OB, MA, MB, MG, Y, CM. [38] heredes, OA, CE, OB. [39] defecerit, MA, MB, Y, MG, CM. [40] vel a, V, CE. [41] in, LA, MC. [42] vel, V, OB, MA, MB. [43-44] Om., LA. [45] Om., OB, MB. [46-47] Om., OC, LA. [48] Om., OA; fiat, V, Y, MA. [49] succedit, Y, MG, OB, MA, MB, MC. [50] vel, V, Y, OB, MA, MB, MG, CM. [51] aliquando, OB, MA, MB; autem aliquando, V. [52] ibi, V, OB, MA, MB.

[1] trifarie et, OA, LA, OC, MC.

descendentem. Non autem per omnes personas quæ aliquando heredes extiterint,[2] licet propinquiores, facienda est computatio descensus, nisi tantum per illas quæ expectaverunt[3] mortem antecessorum, per quam ius proprietatis ad eas descendit, vel saltem ad heredes de corpore suo venientes: quia si quis plures habuerit filios et filias, et antenatus heres propinquior in vita patris communis sine herede de se decesserit, postnatus post eum statim est[4] heres propinquior ex[5] quo nihil iuris descendit fratri antenato dum vixit, ac si numquam esset in rerum natura, non fiat mentio de[6] persona[7] sua, sed immediate fiat computatio descensus ad fratrem postnatum qui expectavit quod ius ei descendit. Idem[8] etiam[9] erit si frater antenatus liberos ex se habuerit, et in vita patris communis omnes decesserint antequam aliquod ius eis descenderit. Si autem frater antenatus, vel liberi si quos habuerit, patrem communem supervixerint, saltem per[10] unam horam, et sic expectaverint descensum iuris ad eos, et sic statim obierint, oportebit[11] facere mentionem in descensu de[12] persona ipsius ad quem ius descendit. Et eodem modo si plures sint personæ et heredes ad quod ius[13] descendit gradatim et successive, de singulis oportebit facere mentionem in descensu: sic incipiendo a communi stipite, et unde talis antecessor fuit seisitus in dominico ut de feodo etcetera. Et de talibus[14] ut quidam dicunt, descendit et descendere debuit tali ut filio et heredi, et de talibus[15] usque ad talem, et sic de herede ad[16] heredem usque ad petentem, quod quidem dici non poterit de eo qui sine herede in vita patris decesserit, vel si heredes haberet, omnes in vita patris decesserint,[17] antequam aliquod ius eis descenderet.[18] Si autem frater antenatus relicto herede in vita patris decesserit, tunc fiat ita computatio descensus, et unde talis antecessor fuit seisitus etcetera, et de tali antecessore descendere debuit ius tali ut filio et heredi. Sed dici non debet[19] quod aliquid[20] ei[21] descendit, cum non expectaret quod descenderet. Et ideo sic facta mentione de eo qui in vita patris sic obiit, dicatur, et quia talis filius non expectavit ut ius ei descenderet a tali antecessore, descendit ius tali ut nepoti vel nepti, et sic deinceps descendendo usque ad petentem. <Sed re vera sive antenatus moriatur in vita patris vel alterius antecessoris, et sive liberos habuerit sive non, semper fieri debet mentio de eo in quolibet descensu, propter ius quod ei descenderet si mortem antecessoris expectaret.>

[2] extiterunt, OA, LA, CE, OC. [3] expectaverint, V, MG, CM. [4] incipit esse, OA, LA, OC, MC. [5] et ex, OA, LA, OC, MC. [6-7] Om., Y, CE, MG, OB, MA, MB. [8] item idem, OB, MB; item, OA. [9] Om., MA. [10] Om., OB, MA, MB, CE, Y, MG. [11] oportebit de necessitate, OA, LA, OC, MC; oporteret, MG; oportet, V, OB, MA, MB, CE, Y. [12] in, OB, MA, MB, Y, CE, MC. [13] Om., OB, MA, MB. [14] tali, OA, LA, OC. [15] tali, OA, LA, OC. [16] in, OC, Y. [17] decesserunt, OA, OC, CE, MC. [18] descenderit, V, OB, Y, MA, CM, MG. [19] debuit, OB, MA, MB, CE, Y, MG, CM, MC. [20-21] aliquid ei, OB, MB, LA, MC, OA, CE; aliquis, MA; aliquod ius ei, Y, MG, CM; alicui, OC; aliquid ius ei, V.

De personis eorum qui aliis succedere debent et de ordine successionum.

FACTA mentione de gradibus bonum est videre de personis succedentium, et qui in successione aliis præferuntur, a primo gradu usque ad ultimum. In primo vero gradu sedent pater et mater qui faciunt stipitem communem. In secundo vero gradu in linea descendente sunt filius[22] et filia.[23] In tertio, nepos et neptis, et sic deinceps in infinitum, secundum quod supra dictum est in parte, et ubi omnes propinquiores remotioribus præferuntur. Et istis omnino deficientibus, tunc in secundo gradu in linea transversali sunt frater patris vel[24] matris et soror, et eorum[25] heredes in infinitum descendentes. Item in linea recta ascendente, avus et[26] proavus, et sic ulterius secundum quod prædictum est, et eorum heredes a latere provenientes in
f. 68b] infinitum, ut supra dictum est. Item frater patris et soror dicuntur patruus et amita, et si ex amita procedat filius vel filia, dici poterunt quantum ad nepotem proprior amitivus et proprior amitiva, et sic eorum filii et filiæ, nepos et neptis, et ulterius descendendo in infinitum. Illi vero qui ex patruo procedunt, filius vel filia, patrueles nuncupantur, et sic deinceps eorum filius et filia in infinitum descendendo. Item in linea recta descendente et[27] transversali, ex parte filiæ alicuius, soror filiæ vel frater de uno eodem patre et diversa matre, consobrina dici poterit, et frater ex talibus consobrinus, et horum[28] filius et filia, nepos et neptis, et sic deinceps. Item soror filiæ vel frater de una et eadem matre sed diverso patre, soror uterina et frater uterinus dici poterit,[29] et sic eorum filius et filia, et sic deinceps ut supra. Item soror patris dicitur amita, et soror matris matertera, et eorum filius et filia, et sic in infinitum. Et istis omnibus deficientibus, ad superiores fiet descensus, sicut ad fratrem avi vel aviæ vel sororem in linea transversali, sicut ad patruum magnum vel[30] amitam magnam, et ad eorum heredes filium et filiam, et sic deinceps. Et illis omnino deficientibus, tunc ad fratrem proavi ex parte patris qui dicitur propatruus[31] magnus, vel eius sororem quæ dicitur proamita magna, et sic deinceps ad filios et filias[32] et eorum[33] nepotes et neptes. Illis autem deficientibus ex parte patris, tunc vocantur[34] fratres abavi vel[35] abaviæ, qui dicuntur abpatruus magnus et abamita magna, et eorum heredes in infinitum. Et istis deficientibus ex parte patris, frater atavi et ataviæ, qui dicuntur atpatruus magnus et atamita magna, et eorum heredes in infinitum. Quibus deficientibus, vocantur ex parte patris frater et soror tritavi[36] et[37] tritaviæ,[38] qui dicuntur tri-

[22-23] filii et filiæ, LA, MC. [24] et, V, MG, Y, CM. [25] Om., MG, Y. [26] Om., OB, MA, MB, CE, CM, MG, Y. [27] vel, V, OB, MA, MB. [28] eorum, LA, MC. [29] poterunt, V, MG, Y, MA, CM; poterint, OB. [30] et, OA, LA, OC, MC. [31] paternus, MA, MB, OB (paterinus). [32-33] filias ipsorum, MC, OA, LA, CE; filias eorum, V, OB, MB, MG, Y; filias earum, MA. [34] vocentur, V, OB, MA, MB. [35] et, V, OB, MA, MB. [36-38] triavi et triaviæ, V, OB, MA, MB. [37-38] Om., OA, LA, OC.

patruus magnus et triamita magna, et eorum heredes in infinitum. Et[39] alia parte transversali ex parte matris, si avunculus et matertera et omnes alii inferiores heredes defecerint, tunc vocentur[40] fratres vel[41] sorores avi vel aviæ ex parte matris, qui[42] dicuntur avunculus magnus et[43] matertera magna, et eorum heredes in infinitum. Et illis deficientibus, tunc vocantur ex parte matris frater proavi et proaviæ vel soror, qui dicuntur proavunculus magnus et promatertera magna, et eorum heredes in infinitum. Et sic gradatim vocandi sunt abavunculus magnus et abmatertera magna, et atavunculus magnus et atmatertera magna. Item triavunculus magnus et trimatertera magna ex parte matris in linea transversali ascendendo, et eorum heredes in infinitum. Et qualiter gradus cognationis computentur,[44] et quoto[45] gradu quis distet ab alio in linea descendente vel ascendente, in figura inferius depicta[46] manifestius quasi ad oculum apparebit.

De heredibus qui succedunt non ex successione sed substitutione per modum donationis.

SUCCEDIT quis alteri vel quasi succedit non quidem iure hereditario ut heres, sed propter defectum heredum[47] vel delictum,[48] sicut capitalis dominus feoffator in eschætam suam, de quo superius fit mentio in titulo de donationibus. Succedit etiam quis alteri vel quasi, non quidem iure hereditario vel iure successionis ut heres, sed ex causa substitutionis per modum donationis, de quo etiam superius fit mentio in eodem titulo. Ut si dicat donator in donatione facienda, *Sciant*[49] *etcetera, quod dedi*[50] *tali tantam terram*[51] *cum pertinentiis, habendam et tenendam sibi et heredibus suis de* f. 69] *corpore suo procreatis tantum.* Et quo casu cum omnes heredes remotiores excludantur, sit terra reversura ad donatorem per condicionem tacitam vel expressam, si tales heredes defecerint, adiciat donator in carta donationis, *Et si talis tales heredes non habuerit, vel si habuerit et defecerint, quod terra illa revertatur ad* (alium fratrem vel extraneum), *habenda et tenenda sibi*[1] *et heredibus suis de corpore suo procreatis,* ut prædictum est, et sic deinceps pluribus successive. Si tales heredes non habuerit primus feoffatus, ad substitutum non descendit[2] aliquod ius per quod competat ei[3] assisa mortis antecessoris[4] de seisina primi feoffati in iure posses-

[39] ex, OA, LA, MC, OC; et ex, V. [40] vocantur, V, OB, MA, MB, OC, CE. [41] et, MA, MB, Y, MG, CM. [42] et, OB, MA, MB. [43] Om., OA, LA, OC. [44] computetur, OB, MA, MB, CE, Y, MC. [45] quo, V, OC; quarto, OB, MA, MB, CE, MC. [46] depicta, OA, LA, OB, MA, MB, CE, Y, MG, MC; deputata, OC, CM. [47] heredis, OB, OC. [48] propter delictum, OA, LA, OC, MC. [49] sciatis, OC. [50-51] dedi tali talem terram et tantam, MB; dedi tali talem rem et tantam, MA; dedi (+ enim) talem terram et tantam, OB.

[1] tali, OA, LA, OC, MC. [2] descendet, LA, MC. [3] eis, OA, LA, OC, MC (corr.). [4] Om., OA, OC.

sionis, nec breve de recto super iure proprietatis. Et unde quod res magis valeat quam pereat, et quod effectu habeat donatio quæ de voluntate donatoris processit, si post mortem primi donatorii substitutus[5] se iuste posuerit in seisinam et donator petierit vel eius heres, contra actionem suam substituto dabitur exceptio de modo donationis. Si autem extra seisinam positus substitutus petat, non consulitur ei nisi per breve formatum de substitutione facta per modum donationis, quod in se modum contineat. Breve autem tale erit, ut[6] liquere poterit.[7]

De partu supposito, et cum uxor se fecerit prægnantem cum non sit, ad exheredationem veri heredis.

DICTUM[8] est[9] supra quod præsumitur quod quis sit heres eo quod nascitur de uxore, et quod heres est quem nuptiæ demonstrant. Et quoniam aliquando supponitur partus ab uxore quæ se facit prægnantem cum non sit, et aliquando a custode qui mortuo vero herede supponit extraneum, et nutrit ut[10] heredem[11] ad hereditatem[12] et[13] ad[14] exheredationem veri heredis cum non sit filius nec heres, ideo de partu supposito videndum, et qualiter huiusmodi malitia in curia regia convincatur. Esto igitur quod uxor alicuius in vita viri[15] se prægnantem fecerit cum non sit, vel post mortem viri prægnantem se fecerit cum non sit, ad exheredationem veri heredis, vel forte cum prægnans sit, non sit verisimile[16] quod partus possit esse viri[17] defuncti. Et in duobus primis casibus ubi se fecerit prægnantem cum non sit, ad querelam veri heredis, per præceptum domini regis, faciet vicecomes talem mulierem venire coram eo et coram custodibus placitorum coronæ, vel coram aliquo quem dominus rex iustitiarium constituerit,[18] et faciet eam videri a discretis mulieribus, et tractari per ubera et per ventrem, ad inquirendam veritatem, et si suspicio habeatur alicuius falsitatis qualiter debeat custodiri. Et de hac materia inveniri poterit in rotulo de termino Sancti Hillarii et de termino Paschæ, anno regis Henrici quinto, comitatu Norfolciæ, de Petro constabulario de Meautona et Muriella quæ fuit uxor f. 69b] Willelmi de Meautona. Et in quo casu necesse erit inquirere ab uxore de tempore conceptus sui, et de morte viri vel recessu suo ab ea. Forma autem[19] brevis talis erit.

Breve de videnda muliere ut sciatur utrum prægnans sit vel non.

REX vicecomiti salutem. Præcipimus tibi quod omni dilatione et occasione postpositis[20] venire facias coram te et coram custodibus placitorum coronæ

[5] Om., OB, MA, MB, MG, Y, CE. [6-7] Om., OA, LA, OC, MC. [8-9] dicitur, OA, LA, MC, CE, OC. [10-11] Om., MA. [10-13] Om., CM. [12] exhereditatem, CE; heredationem, Y. [12-14] Om., OA, LA, OC. [15] viri sui, CM, Y, MG. [16] verissime, OB, MA, MB. [17] veri, OB, CM, MA, MC, Y; om., MB. [18] ad hoc constituerit, OA, LA, OC, MC. [19] Om., OB, MA, MB, Y, MG, CM. [20] postposita, OB, MA, MB, OC.

nostræ[21] in pleno comitatu tuo, vel coram tali quem ad hoc[22] iustitiarium nostrum constituimus, A. quæ fuit uxor B. et quæ se facit prægnantem, et coram prædictis custodibus facias eam videri per legales et discretas mulieres, per quas veritas melius sciri poterit,[23] et diligenter tractari a prædictis mulieribus per ubera et per ventrem, modis omnibus quibus inde melius possint[24] certiorari utrum prægnans sit necne. Et si prædicti custodes et mulieres viderint quod prægnans sit, vel inde dubitaverint, tunc illam poni faciant in castro nostro tali, et ita quod nulla domicella quæ prægnans sit vel alia de qua suspicio haberi possit alicuius falsitatis faciendiæ sit cum ea, et in castro illo moram faciat[25] quousque de partu eius[26] constare possit. Provideas etiam quod in castro illo ita discrete custodiatur, ne in custodia illa de partu eius[27] possit falsitas evenire. Mandavimus enim constabulario tali quod eam[28] in prædicto castro recipiat. Teste etcetera. Et si alius ad hoc quam vicecomes constituatur iustitiarius ut prædictum est, tunc addatur in fine clausula ista, Quia mittimus prædictum talem ut cum ipso et per ipsum negotium illud perducas ad effectum. Breve autem quod dirigitur constabulario quod eam recipiat, tale erit.

Breve constabulario quod recipiat eam in castro suo.

REX tali constabulario salutem. Præcipimus tibi quod talem mulierem quæ se facit prægnantem in tali castro cum ad[29] te venerit[30] recipias, et ita quod in eodem castro moram faciat ad custum suum proprium, et sint duæ mulieres vel tres de progenie tali si[31] voluerint visum de ea facere singulis diebus semel in die in prædicto castro, hoc eis permittas. Teste etcetera. Et[32] hoc ita fiat si uxor prægnantem se fecerit in vita viri.[33] Si autem post mortem viri prægnantem se fecerit cum non sit, et[34] ad exheredationem veri heredis petat se mitti in possessionem nomine ventris, ad malitiam convincendam fiat tale breve ad querelam heredis.

Item de eodem ad querelam heredis quod videatur.

REX vicecomiti salutem. Monstravit nobis A. frater B. quod cum talis femina quæ fuit uxor prædicti B. prægnans non sit, ipsa falso se dicit esse prægnantem[35] de prædicto B., ad[36] exheredationem ipsius A. de[37] terra quæ fuit prædicti B., quæ[38] ad ipsum A. iure hereditario descendere debet ut dicit, tamquam ad fratrem et heredem ipsius B. si prædicta talis de eo pro-

[21] Om., MA, MB, OB (et). [22] Om., OB, MA, MB, LA. [23] possit, OA, LA, OC, MC. [24] possunt, LA, CE, MC; possit, MG, V; poterit, MA. [25] faciet, OB, MA, MB; facit, OC. [26] suo, OB, MA, MB, MG, CM, Y, V. [27] suo, OB, MA, MB, Y, MG, CM, V. [28] Om., OB, MA, MB. [29-30] pervenerit ad te, V, OB, MA, MB, Y, MG, CM. [31] Om., OA, LA. [32-33] Om., OB, MA, MB. [34] Om., OB, MA, MB, MG, CM. [35] impraegnantem, OC; impraenatam, OA; prægnantem vel imprægnatam, CE, Y; prægnantem vel prægnaturam, MG; prægnantam vel imprægnatam, MC. [36] et ad, OB, MA, MB, CE. [37] desicut, OA, LA, OC, MC. [38] Om., OA, LA, OC, CE, MC.

lem non habuerit. Et quoniam tantam excogitatam malitiam volumus impedire, tibi præcipimus quod assumptis tecum discretis et legalibus militibus et discretis et legalibus mulieribus de comitatu tuo, in propria persona tua accedas ad ipsam talem, et coram prædictis militibus facias eam videri a prædictis mulieribus, et diligenter tractari per ubera et per ventrem, modis omnibus quibus melius et honestius inde poterunt[39] certiorari. Et si ipsam invenerint prægnantem,[40] diligenter inquirant de tempore conceptus, quo, quando, et ubi, et quo[41] illa crediderit se esse parituram. Et inquisitionem quam inde feceris scire facias iustitiariis nostris apud Westmonasterium tali die, evidenter et distincte et aperte, per litteras tuas[42] sigillatas, f. 70] et per discretos milites ex illis qui inquisitioni illi interfuerint.[43] Et[1] cognita veritate fiat inde quod iuste fuerit faciendum. Et interim prædicta talis salvo custodiatur in castro tali vel alibi tuto loco, ad omnem suspicionem tollendam alicuius falsitatis faciendæ donec de partu ipsius constiterit. Et habeas ibi hoc breve et nomina militum et mulierum per quorum sacramentum inquisitionem illam feceris. Teste etcetera. Si autem talis mulier venire debeat coram iustitiariis apud Westmonasterium, tunc fiat breve in hac forma quod vicecomes habeat corpus eius.

Item de eodem quod vicecomes faciat eam venire coram iustitiariis apud Westmonasterium.

REX vicecomiti salutem. Præcipimus tibi quod omni occasione postposita habeas coram iustitiariis nostris apud Westmonasterium tali die, corpus A. quæ fuit uxor B. quæ dicit se esse prægnantem[2] cum non sit, ad respondendum C. quare falso se facit[3] prægnantem[4] cum non sit, ad exheredationem ipsius C. Teste etcetera. Cum autem mulier sic caute fuerit custodita, et omni suspicione per talem custodiam sublata, si forte prægnans extiterit et peperit, de facili perpendi poterit utrum partus ille fuerit viri[5] defuncti vere vel præsumptive, vel alterius, computato tempore a[6] tempore quo[7] dicebat se concepisse, et etiam a morte viri usque ad diem pariendi. Dicunt enim quidam, licet alii sint in contraria opinione, quod mulier tempus pariendi etiam per unum diem excedere non potest, nisi forte partus in utero mortuus sit, vel[8] ad monstrum declinaverit cum discrimine matris. Anticipare tamen[9] potest[10] tempus pariendi et parere præmature, et si monstrosum vel prodigiosum enixa fuerit, partus ille inter liberos non com-

[39] poterint, OB, CM; possint, MB. [40] impraegnantem, OC, MG; impraegnatam, OA, CE, Y, CM, MC. [41] quando, V, Y. [42] nostras, OA. [43] interfuerunt, LA, OC, Y, V.

[1] ut, OA, LA, OC. [2] impraegnatam, OA, CE, MC; praegnatam, Y, CM; impraegnantem, MG. [3] fecit, MG, Y. [4] praegnatam, OC; impraegnatam, OA, OB, CE, CM, Y, MC; impraegnantem, MB, MG. [5] viri sui, OA, LA, OC, MC. [6-7] a patre quo, OC; et a tempore quo, MA, MB; tempore et a quo, OB. [8] et, OB, MA, MB, MG, Y, CE. [9] non, OB, MA, MB, CM. [10] poterit, OA, LA, OC, MC.

putabitur[11] vel[12] connumerabitur quantum ad successionem. Partus autem[13] qui membrorum officia ampliavit, ut si sex digitos habeat in una manu, vel minuit,[14] ut si non[15] nisi quatuor tantum, tamen quia aliquatenus videtur esse effectus ut homo, inter liberos connumerabitur quoad successionem. Et notandum secundum quod in parte superius dictum est, quod si cohabitaverint vir et uxor, nec sit impedimentum ex aliqua parte quin generare possint,[16] et uxor de alio quam de viro conceperit, partus legitimus erit, sive ipsum vir advocaverit sive deadvocaverit, et legitimus erit propter præsumptionem eo quod nascitur ex uxore. Talis enim præsumptio non admittit probationem in contrarium. Si autem simul habitaverint vir et uxor, et vir propter aliquod impedimentum legitimum quod probari possit generare non possit, si uxor de alio conceperit, propter cohabitationem præsumitur quod partus sit legitimus eo quod nascitur de[17] uxore, et standum erit tali præsumptioni donec probetur in contrarium. Et sic in istis duobus casibus præsumptio præfertur veritati. Et si pater semel[18] partum advocaverit, iterum illum deadvocare non poterit si hoc probetur. Si autem cum generare non possit propter legitimum impedimentum, partum in utero vel editum deadvocaverit, et ut decet a domo sua amoverit, nihilominus tamen standum erit præsumptioni[19] quod partus legitimus sit, eo[20] quod nascitur ex uxore. Admittitur tamen probatio in contrarium si certis indiciis doceatur quod legitimum extiterit impedimentum, et sic vincit præsumptionem talem veritas et probatio vera. Et licet[21] post talem probationem partus fuerit[22] advocatus a patre, partus numquam efficietur[23] legitimus, cum[24] hoc esset in præiudicium veri heredis. Si autem cum diu simul non cohabitaverint, per biennium vel ultra, sive vir generare possit
f. 70b] sive non, et uxor concipere vel non, si uxor ab alio conceperit[25] vel partum supposuerit, ita[26] quod vehementer præsumi possit[27] propter temporis intervallum et distantiam locorum quod vir talem partum non generavit,[28] sive talem partum advocaverit sive non, numquam efficietur[29] partus legitimus. Et licet præsumatur quod legitimus sit eo quod nascitur ex uxore, tamen non erit standum tali præsumptioni, nec erit necesse probare contrarium, cum ipsa veritas, si de ea constiterit quod simul non cohabitaverint,[30] doceat contrarium.

11-12 Om., OA, LA, OC. 13 tamen, OA, MC, OC; cum, LA. 14 diminuit, OB, MA, MB, MG, Y, CM. 15 Om., Y, CM. 16 possent, OB, MA, V. 17 ex, OB, MA, V. 18 Om., OB, MA. 19 præsumptione, OA, MC. 20 ex eo, MC, LA. 21 Om., OB, MA, MB, MG, CE, Y. 22 fuerat, OB, MA, MC, CE, CM, Y; om., MB. 23 efficitur, MG, CM, Y, CE. 24 Om., MA, MB; quia, OB. 25 conciperet, OB, MA, MB, CM, MG, Y, V. 26 et ita, OA, LA, OC. 27 poterit, MG, Y, CM. 28 genuerit, OB, MA, MB, V; generat, MG. 29 efficitur, Y, CM. 30 cohabitaverunt, MA, V; cohabitaverit, MG.

De eo qui nutriverit aliquem in domo sua ut filium et heredem qui nec est filius nec heres.

DICTUM est supra de uxore quæ falso se facit[31] prægnantem in vita viri[32] vel post mortem, cum non esset. Nunc autem dicendum est[33] si vir et[34] uxor nutriverint[35] aliquem ut filium et heredem qui nec est filius nec heres, ad exheredationem veri heredis, sive partus sit suppositus sive ab alio conceptus: et ad querelam veri heredis summoneantur quod sint coram iustitiariis[36] per tale breve.

Breve de habendo corpus talis et uxoris suæ coram iustitiariis.

REX vicecomiti salutem. Præcipimus tibi quod habeas coram iustitiariis nostris etcetera, corpus A. et B. uxoris suæ, vel corpus alterius ipsorum, ad respondendum C. filio vel nepoti vel alteri heredi ipsius A., qui[37] se gerit pro herede ipsius A.,[38] quare nutriri faciunt D. sicut filium et heredem ipsius A.,[39] ad exheredationem ipsius C., qui nec est filius nec heres ipsius B., nec esse potest, ut idem C.[40] dicit. Et habeas ibi hoc breve. Teste etcetera. Et quo casu[41] comparuerit[42] pater vel mater, vel eorum alter, et talem nutritum produxerint, tunc si talem in iudicio ad filium et heredem recognoverint, et præsumptio sit pro eis quæ non admittit probationem in contrarium, ut si nascatur de uxore quæ concipere potest, licet ab alio quam a[43] viro[44] concipiatur, vel si forte supponatur cum simul cohabitaverint, nec sit impedimentum ex parte viri quin[45] generare possit, nec impedimentum ex parte mulieris quin concipere possit propter sterilitatem vel senectutem,[46] talis partus[47] erit legitimus. Si autem verus heres docere[48] possit contrarium aliud erit, licet parentes aliud in iure confessi sint,[49] dum tamen hoc probetur. Debet enim confessio facta in iure naturæ et veritati convenire. Pendente tali placito antequam de[50] partu constiterit, moritur partus et substituitur ei[51] alius et nutritur ut heres: ad querelam igitur veri heredis fiat tale breve.

Item si cum verus heres infra ætatem moriatur, supponat custos alium extraneum vel habeatur suspicio quod mortuus sit, breve quod producatur et videatur.

REX vicecomiti salutem. Ostendit[52] nobis et consilio nostro A. frater[53] B., qui se facit heredem ipsius B. si C. uxor D. et filia ipsius B. sine herede de

[31] fecit, OA, LA, OC. [32] viri sui, OB, MA, MB. [33] Om., OA, LA, OC. [34] vel, OB, MA, MB, CE, Y, MG, V. [35] nutriverit, MA, MB, OB. [36] iustitiariis nostris ad respondendum, OA, LA, MC. [37-38] Om., OB, MA, MB, CE, Y. [37-39] Om., MG. [40] se, OA, CE. [41] casu si, OB, CE; casu cum, OC, V, MC. [42] comparuerint, OA, LA, OC, MC; computaverit, MA, MB, (— OB). [43-44] viro suo, OB, MB; a viro suo, MA. [45-46] Om., OB, MA, MB, MG, Y, CE. [47] filius et partus, V, MG, Y, CM; partus semper, OA, LA, OC, MC. [48] dicere, OB, MA, MB, Y, MG. [49] sunt, V, Y, OC; fuerint, MC, LA, CM. [50] de tali, V, OB. [51] Om., OB, MA, MB. [52-53] ostensum est . . . ex parte A. fratris, MG, Y, CM.

corpore suo decesserit, quod cum placitum sit in curia nostra etcetera,[54] inter ipsum D. et prædictam C. uxorem eius ex una parte et eundem A. ex altera,[55] et ipsi D. et C. in eodem placito fecerint attornatum, et ad clamorem ipsius A.[56] et multarum gentium, habita aliquando suspicione quod eadem C. mortua sit, et dictum sit multotiens attornatis[57] ipsius C. quod ad suspicionem talem tollendam ipsam producerent coram iustitiariis et vivam exhiberent, ipsi eam nullatenus produxerint,[58] propter quod iam maior suborta est suspicio quam solebat quod mortua sit, et mors eius concelata ad exheredationem ipsius A. Et ideo ne falsitas veritati præferatur, tibi præcipimus quod assumptis tecum quatuor militibus de comitatu tuo, quos ad hoc legales esse videris, in propria persona tua simul cum prædicto A. accedas apud talem locum ubi prædicta C. moram facit, sicut[59] attornati sui in curia nostra[60] nuper cognoverunt,[61] et eam[62] a prædictis f. 71] militibus simul cum prædicto A. et aliis quos idem A. de familia sua secum adducet, eam[1] videri facias si adhuc superstes sit et viva: et si viva sit, tunc in quo statu eam inveneris, et secundum quod eam inveneris, certos reddas nos vel[2] iustitiarios nostros tali loco tali die, evidenter, distincte et aperte, per litteras tuas sigillatas sigillo tuo et sigillis quatuor militum prædictorum. Et habeas ibi[3] nomina militum et hoc breve. Teste etcetera.

Item cum verus heres mortuus sit et supponatur alius a custode vel marito fraudulenter.

ITEM cum legitimus heres mortuus fuerit in custodia capitalis domini alicuius, et ille dominus capitalis alium extraneum supposuerit loco talis, tunc ad querelam veri heredis vel alterius forte ad quem pertineat[4] hereditas ut eschæta, ut si verus heres[5] qui mortuus est teneret de domino rege in capite vel de alio, tunc fiat tale breve in persona regis.

Breve si hereditas heredis mortui debeat esse eschæta domini regis.

REX vicecomiti salutem. Præcipe A. et B. uxori eius quod iuste etcetera, reddant nobis tantam terram cum pertinentiis etcetera[6] quam clamamus ut eschætam nostram, et quia as nos reverti debet ut[7] eschæta nostra, eo quod C. filia et heres D. qui de nobis tenuit in capite obiit sine herede, et in quam prædicti A. et B. non habent ingressum, nisi per hoc quod prædictus A. prædictam B. duxit in uxorem, postquam falso et ad exheredationem

[54] et cum, OB, MA, MB, Y, CE. [55] alia, OA, LA, MC. [56] C., OB, MA, MB, MG, CE, Y, V. [57] attornato, MG, MC (corr.), V. [58] produxerunt, OA, LA, MC, CE. [59] si, OB, MB, MA. [60] Om., OB, MA, MB. [61] recognoverunt, CE, MB, Y, V; recognoverint, OB; cognoverit, MC. [62] eandem, MC, LA.

[1] eam, OA, OC, CE, LA, CM, MC; etiam, OB, MA, MB, Y; et, MG, V. [2] et, OB, MA, MB. [3] Om., OB, MA, MB, LA. [4] pertinet, OB, MA, MB, Y, V. [5] dominus, OB, MA, MB. [6] inter, OB, MA, MB. [7] tamquam, OA, LA, OC, MC.

nostram supposuit[8] prædictam B. loco prædictæ C. quæ mortua est, et fecit eam nominari C. et nutriri, ac si esset filia et heres prædicti D. qui nec est filia nec heres eius, sed filia talis ut dicitur, et nisi fecerit,[9] etcetera. Et quid si prædicta B. supposita prius homagium fecerit domino regi vel alteri cuius eschæta terra esse[10] debet?[11] Quæritur an obstare debeat homagium. Et est verum quod non, propter errorem personæ, cepit enim homagium talis personæ sicut filiæ et heredis talis, quæ nec fuit filia nec heres. Item de tenemento quod de eo tenere debuit cepit homagium, sed nullum tenementum de eo tenere debuit cum non esset filia nec heres D., et ideo homagium nullum propter errorem, quia qui errat non consentit. Cum autem mulier quæ se facit[12] prægnantem, in iudicio convicta sit vel confessa quod prægnans non sit, tunc habeat verus heres tale breve capitali domino directum de capiendo homagium suum.

Cum talis mulier in iudicio convicta fuerit vel confessa quod prægnans non sit, breve de faciendo seisinam vero heredi.

Rex tali capitali domino salutem. Sciatis quod A. quæ fuit uxor B., dedit nobis et[13] consilio nostro intellegi quod prægnans fuit de prædicto B. viro suo, et quoniam hoc dicebat ad exheredationem C., fratris et heredis ipsius B. si prædicta A. prolem ab ipso B. non haberet, ut idem C. dicebat, nos ad querelam ipsius C. fecimus eam teneri sub custodia, quousque sciri possit[14] secundum debitum naturæ utrum prægnans esset necne. Et post multas inquisitiones tandem didicimus per confessionem ipsius A., publice factam in iudicio coram iustitiariis etcetera, et per legales et discretos homines et mulieres a quibus visa fuit per præceptum nostrum, quod non fuit prægnans, sed quod decepta fuit, credens se esse imprægnatam[15] cum non esset. Et ideo vobis mandamus quod propter illam deceptionem non omittatis quin capiatis homagium prædicti C., qui in curia nostra pronuntiatur heres prædicti B. legitimus, et secundum regni nostri consuetudinem seisinam de hereditate sua quam de nobis tenere debet[16] sine dilatione habere faciatis. Teste etcetera.

De heredibus instituendis.

f. 71b] Mortuo tenente alicuius, imprimis debet dominus capitalis seisire in manum suam feodum suum et tenementum quod de eo immediate tenetur, et tenere in manu sua donec ei constiterit si defunctus heredem habuerit vel non: et hoc dico si vacuam invenerit possessionem. Si autem heres[17] apparens sit, tunc aut unus aut plures, plures[18] qui sunt quasi unus heres vel

[8] supponat, MA; supponitur, MB; supponit, OB. [9] fecerint, OB, MB, (— MA). [10-11] esset, V, OB, MA, MB. [12] fecit, OA, LA, MC. [13] de, MA, LA. [14] posset, OA, OC, CE; poterit, MB. [15] prægnatam, LA; prægnantem, MA; imprægnantem, MB. [16] debet ei, OA, LA, OC, MC, V. [17] Om., OB, MA, MB. [18] Om., OC, MG, Y, CM.

contendunt se esse heredes cum non sint, et nescitur quis eorum propinquior,[19] quo casu licitum erit domino capitali tenere feodum suum in manu sua quousque discussum fuerit inter coheredes quis eorum rectus[20] et[21] propinquior. Si autem in seisina invenerit aliquem qui se facit heredem, talem eicere non poterit quin faciat disseisinam. Tenere tamen se poterit in seisina cum tali donec talis, si heres fuerit, ipsum recognoscat ad dominum, secundum quod inferius dicitur in assisa mortis antecessoris in principio. Cum autem sit heres apparens, unus vel plures unum ius habentes ut prædictum est, et sint plenæ ætatis, sive inveniantur in astro sive non, imprimis[22] capiat eorum homagium et rationabile relevium, et postea habeant seisinam hereditatis. Et qualiter hoc fieri debeat inferius dicetur plenius. Si autem heres vel heredes plures fuerint infra ætatem, qui recogniti fuerint ad heredes,[23] non prius habeat capitalis dominus custodiam heredum et maritagium antequam ceperit eorum homagium, et capto homagio, tunc remaneant in custodia dominorum sicut de feodo militari, usque ad legitimam ætatem suam. Et de custodia et maritagio inferius dicetur plenius post tractatum de homagio capiendo et relevio.

Si fieri debeat partitio inter coheredes.

Cum autem plures sint heredes unum ius habentes, et dividi debeat hereditas inter eos ratione rei vel ratione personarum, tunc statim post homagium captum fiat divisio hereditatis et partitio[24] inter coheredes. In partitione vero facienda nullum debet esse placitum inter coheredes qui ad heredes recognoscuntur, licet inter eos sit contentio quod aliquis eorum plus habuerit ad partem suam quam ad ipsum pertineat[25] habendum, quia nihil aliud sequitur nisi quod facta extensione quilibet habeat partem suam rationabilem. Sed si antequam contentio terminetur ille qui plus habuerit seisitus moriatur, heres suus, sive sit maior sive[26] minor, sine brevi non respondebit propter seisinam antecessoris, sive[27] iustam vel iniustam. f. 72] Cum autem plures sint heredes ut prædictum est, et inter eos convenire non possit[1] de partitione facienda, tunc fiat breve quod nullum placitum contineat, sed quod conveniant[2] ad[3] partitionem faciendam si sibi viderint expedire. Sed quoniam partitio fieri non potest inter coheredes nisi facta extensione et appretiatione, et extensio et appretiatio fieri non possit[4] sine militibus qui faciant extensionem cum vicecomite, et qui aliquando

[19] est propinquior, MG; sit propinquior, V. [20-21] Om., OB, MA, MB, Y; est, CE; sit, MG. [22] Om., OB, MA, MB, Y, CE. [23] heredem, OB, MA. [24] (et al.) participatio, CE, Y, CM, MG, MB, MA; in partitione, LA. [25] pertinet, MG, Y, CM. [26] sive sit, OB, MA, MB. [27] sui, OA, LA, MC, OC, CE, V.

[1] possint, OB, MA, MB, CE, MC; possunt, Y. [2] conveniat, CM; conveniatur, OB, MA, MB, CE, MG, Y (corr. c-ant). [3] per, OB, MA, MB. [4] possit, V, OA, LA, OC, CE, MC; potest, OB, MA, MB; possunt, MG, CM, Y.

dicuntur iustitiarii cum constituuntur a rege, aliquando eliguntur a partibus de consensu communi, ideo imprimis videndum est[5] qualiter a rege constituuntur, et per quod breve. Breve tale[6] est.[7]

De iustitiariis constituendis ad partitionem faciendam.

REX dilectis et fidelibus suis A. B. C. D. salutem. Sciatis quod constituimus vos iustitiarios, ut coram vobis omnibus vel aliquo ex vobis, si omnes interesse non possitis, fiat extensio per talem et talem de talibus honoribus, secundum quod prædictis talibus et sociis suis per litteras nostras[8] patentes significavimus.[9] Et ideo vobis mandamus quod tali die conveniatis apud talem locum, et per sacramentum prædictorum talium, vel quorundam ex illis si omnes electi per communem assensum partium non intersint, legaliter, discrete et rationabiliter extendatis, et appretiari faciatis omnes terras et omnia tenementa de prædictis honoribus N. cum omnibus pertinentiis suis, scilicet in dominicis, villenagiis, in[10] servitiis liberorum hominum, in pratis, pasturis, boscis et planis, et[11] omnibus aliis rebus ad terras illas et tenementa illa pertinentibus. Et si forte omnes extensores electi ad diem illum non venerint, vel cum venerint extensionem illam facere noluerint, tunc alios[12] legales et discretos homines loco illorum[13] ponatis, quos[14] ad hoc inveneritis magis utiles, et per eorum sacramentum extensionem illam et appretiationem fieri faciatis, secundum quod prædictum est, ita quod extensio illa ultra diem illum nullo modo differatur. Et sciatis quod prædictus talis et talis manuceperunt habendi suos extensores, scilicet a partibus electos et superius nominatos, ad eundem diem. Et[15] extensionem et appretiationem illam evidenter, distincte et aperte scire faciatis nobis vel[16] iustitiariis nostris talibus tali loco, tali die, sub sigillis prædictorum extensorum. In cuius rei testimonium etcetera. Teste etcetera. Item alia forma de eodem, et si illi de comitatu illo sint rebelles, qualiter[17] alii loco eorum[18] assumendi sunt de alio comitatu ad faciendam extensionem.

De iustitiariis constituendis ut intersint partitioni.

REX dilectis et fidelibus suis[19] salutem. Sciatis quod constituimus vos iustitiarios nostros, ut intersitis extensioni et appretiationi faciendæ inter tales et tales de tali honore cum pertinentiis, ita quod extensio illa et appretiatio fiat coram vobis tali die apud talem locum, per A. B. C. D. electos ex parte tali,[20] et[21] per[22] E. F. G. electos ex parte tali,[23] si omnes tunc coram

[5] Om., OA, LA, OC. [6-7] erit tale, MA, MG; autem tale erit, OB, MB. [8] Om., OA, LA, OC, OB, MA, MB, CE, MC. [9] signavimus, OA, LA; significamus, OB, MA, MB, CE, CM, MG. [10] et, MSS. var.; suis et, MB. [11] et in, OA, LA, MC. [12] alios et, OA, LA, MC. [13] eorum, OA, LA, OC, MC. [14] quod, MA, MB, OB. [15] ad, OB, MA, MB. [16] et, OB, MA, MB, CM. [17] quare, OB, MA, MB, CE. [18] illorum, OB, MA, MB, CE, MG. [19] suis talibus, OA, LA, CE, MC. [20] talis, OA, MC, OC, V. [21] Om., OA. [21-22] Om., OB, MA, MB, MC, Y. [22] Om., CE. [21-23] Om., MG, CM. [23] talis, OA, MC, OC, V.

vobis præsentes fuerint: et si non, vel si præsentes fuerint et sint rebelles quo minus extensio illa fieri possit, tunc alios legales milites assumatis[24] vobis ex illis quos vicecomes noster talis coram vobis ibidem venire faciet[25] loco prædictorum militum, per quos extensio et appretiatio illa melius fieri poterit,[26] et qui nec prædictum talem et talem aliqua affinitate attingant, et per eorum sacramentum fieri faciatis[27] extensionem et appretiationem illam in[28] hac forma, scilicet quod omnes terræ et omnia tenementa extendantur secundum quod prædictum[29] est. Præcipimus vicecomiti nostro tali quod venire faciat coram vobis ad prædictum diem tam milites quam alios[30] legales homines, per quos negotium illud melius expediri possit. Et ideo vobis mandamus quod omni occasione postposita, prædictis[31] loco et die f. 72b] conveniatis ad prædictam extensionem et appretiationem faciendam secundum formam prædictam. Et cum facta fuerit, tunc valorem omnium terrarum[32] et tenementorum imbreviari faciatis, et illam imbreviationem habeatis coram iustitiariis nostris tali loco et[33] tali die, et quam cito extensio illa et appretiatio facta fuerit, vos una cum prædicto vicecomite nostro statim habere faciatis prædicto tali plenariam seisinam de prædicto honore cum pertinentiis, exceptis[34] terris et tenementis quæ prædictus talis aliis[35] inde dedit in feodo, et quæ quidem appretientur[36] et extendantur per se, et inde[37] valores per se similiter imbreviantur, ut nos vel[38] iustitiarios nostros tales inde reddere possitis certiores. Teste etcetera. Cum autem extensores ex[39] consensu[40] partium eliguntur ad extensionem et appretiationem faciendam, tunc fiat breve extensoribus electis in hac forma ex parte regis.

Breve cum partes elegerint aliquos de communi consensu ad partitionem faciendam.

Rex A. B. C. D. salutem. Sciatis quod A. de N. et B. de N. in curia nostra[41] etcetera, elegerunt vos ut per sacramentum vestrum extendantur et appretientur[42] omnes terræ et omnia tenementa de tali honore unde contentio fuit inter eos, et unde concordati sunt in curia nostra coram iustitiariis nostris[43] talibus, et ita quod si unus vestrum interesse non possit, quod alius talis ponatur loco eius, et sic de omnibus aliis nominatis. Et ideo vobis mandamus firmiter præcipientes, quatenus[44] tali die conveniatis apud talem

[24] assumptis, OB, MA, MB; assignatis, MC. [25] Om., CM; faciat, MB; fac., OB, MA, MG. [26] possit, OA, LA, OC, MC. [27] facias, MB; faciant, MG, Y. [28] et in, MG, CM, Y. [29] supradictum, OA, LA, OC, MC, V. [30] Om., OB, MA. [31] prædicto, OB, MB. [32] terrarum illarum, OA, LA, OC, MC, V. [33] Om., OA, LA, OC, V. [34] et exceptis, OB, MB, MG, CE, Y. [35] alius, OA, MC, OC; om., MG. [36] appretientur, Y; appretiantur, OA, LA, OC, OB, MA, MB, CE, MC, MG, CM. [37] unde, OA, LA, OC, MC. [38] et, MG, Y, CM. [39] de, CM, MG, Y. [40] communi assensu, OB, MA, MB. [41] nostra coram, OA, LA, OC, MC, V. [42] appretiantur, OA, OB, OC, MA, MB, CM, Y (corr. a-entur). [43] Om., OA, LA, OC, MC. [44] quod, MG, CM, Y.

locum vel alibi, ubi melius et facilius convenire possitis, et facto sacramento coram vicecomite tali legaliter, discrete, et rationabiliter extendatis et appretiari faciatis omnes terras et[45] tenementa de prædicto honore, et tam illa tenementa quæ prædictus A. inde dedit quam alia, scilicet in dominicis, villenagiis etcetera, ut supra. Et illam extensionem et appretiationem scire faciatis iustitiariis nostris talibus, tali[46] die et tali loco.[47] Mandavimus etiam vicecomiti nostro tali, quod ad prædictos diem[48] et locum[49] vobis occurat ad sacramentum vestrum capiendum, et quod tunc coram vobis venire faciat omnes illos de prædicto honore, et alios de comitatu tuo[50] quos viderit[51] esse vocandos, et per quorum sacramentum auxilium habere possitis ad extensionem illam et appretiationem faciendam. Et scire faciatis iustitiariis[52] nostris ad prædictum diem, quot homines et quos[53] idem B. feoffaverit,[54] et de quibus tenementis, et valor et pretium illorum tenementorum per se imbrevietur. Et si omnes interesse non possitis, tot ex vobis ad minus intersint ad prædicta exequenda. In cuius rei testimonium mittimus vobis istas litteras nostras[55] patentes. Teste etcetera. Item aliud breve de eodem, et ubi causatur partitio[56] eo quod minus bene facta est, et ubi constituuntur iustitiarii propter præsumptionem extensorum.[57]

Breve alterius modi sed de eodem, ubi partitio minus rite facta est per alios.

Rex[58] dilectis et fidelibus suis talibus[59] salutem. Sciatis quod nos ad petitionem talium[60] dilectorum et fidelium nostrorum A. et B., constituimus vos iustitiarios nostros[61] ad faciendam extensionem et partitionem[62] inter prædictum B. et tales filias et heredes talis, quæ sunt in custodia ipsius A. de omnibus terris et tenementis quæ fuerunt C. de N. in comitatu tali, et unde prædicti A. et B. questi sunt quod partitio prius inde facta per præceptum nostrum, facta[63] fuit minus rationabiliter quam deberet. Et ideo vobis mandamus quod assumpto[64] vobiscum vicecomite nostro tali, cui dedimus in mandatis quod una vobiscum sit ad partitionem illam faciendam, quam[65] citius[66] poteritis accedatis[67] ad omnes terras et tenementa quæ
f. 78] fuerunt prædicti C. in prædicto comitatu, et convocatis coram vobis duodecim vel sex legalibus hominibus de qualibet villa, secundum quod

[45] et omnia, OA, LA, OC, MC, V. [46-47] tali loco tali die, OA, LA, MC, OC, V. [48-49] locum et diem, OA, LA, MC, OC, V. [50] suo, CE, Y; om., MG. [51] videris, LA, MB; videret, OB. [52] præfatis iustitiariis, OA, LA, MC, OC. [53] quot, OB, MA, MB, CE, MC, MG, Y; quot terras, OC. [54] feoffavit, OB, MA, MB, Y, MG. [55] Om., OB, MA, MB, MG, Y. [56] participatio, MSS. var. [57] Om., OB, MA, MB, MG, CE, Y. [58] This writ follows that which it here precedes in, OB, MA, MB, MG, CM, CE, Y, MC. [59] Om., LA, MC, (+ MA). [60] Om., OA, LA, MC, OC, V. [61] Om., OA, MC, LA, CE, MG, Y. [62] appretiationem, OB, MA, MB. [63] Om., OB, MA, MB. [64] assumptis, LA, OC, MC. [65-66] quam citius, OA, LA, MC, OC, V; et quam cito, OB, MA, MB, MG, CE, CM, Y. [67] Om., OB, MA, MB, CE.

melius expediri videritis, per eorum sacramentum[1] extendi et appretiari faciatis quamlibet villam per se in dominicis,[2] villenagiis etcetera, ut supra, secundum quod modo sunt, et in eodem statu quo[3] nunc sunt in omnibus rebus quæ extendi et appretiari possunt et debent. Et facta taliter extensione, quælibet[4] villa per medium dividatur, ita quod medietas cuiuslibet villæ æqualis sit alteri medietati eiusdem villæ. Et facta sic divisione, mittatur sors super utramque medietatem et[5] per sortem assignetur utrique parti sua medietas, salva tamen ipsi A. sua æsnescia, et computentur eidem A. in parte sua omnes terræ et omnia tenementa quæ idem A. dedit, secundum valorem illarum terrarum datarum. Et ad omnem contentionis occasionem tollendam quæ oriri possit[6] inter eos et ballivos eorum, et ut sic in qualibet villa terræ partitæ et divisæ inter eos sine contentione remaneant, de consensu partium provisum est et[7] concessum quod unicuique ipsorum habere[8] faciatis partem per se, et ita quod portio quæ per sortem acciderit prædictis filiabus in aliqua villa, quæ si integra remaneret competens esset ipsi A. et necessaria cum sua parte, tunc[9] eidem A. integra[10] remaneat partitio illa cum parte sua,[11] et ita quod[12] integre habeat totam villam illam. Et eodem modo vice versa fiat[13] in illa[14] villa de parte ipsius A., quæ si villa integra remaneret, competens et necessaria esse posset prædictis filiabus, et assignetur portio[15] ipsius[16] A. in villa illa ad valentiam illius[17] portionis quam prædictus A. habuerit[18] de portione prædictarum[19] filiarum in illa[20] prædicta villa, secundum quod quælibet terra extensa fuerit, et ita quod prædictæ filiæ integre habeant totam villam illam. Et si portio unius in una villa minor sit portione alterius in alia villa, ei quæ[21] minus habuerit id quod defuerit, perficiatur alibi in loco competenti de portione eius qui[22] plus habuerit, ita quod quilibet[23] eorum[24] æqualem habeat portionem computatis terris datis etcetera. Et salva ipsi A. æsnescia sua. In cuius rei testimonium etcetera. Teste etcetera. Est[25] aliud breve quod istud breve præcedit, et ubi iustitiarii minus rite processerunt, et de quo sequitur istud breve præcedens, quod tale est et quod directum fuit vicecomiti.

Breve de eodem.

Rex vicecomiti[26] salutem. Scias[27] quod reddimus A. ad opus filiarum et

[1] sacramenta, MB, V. [2] dominicis et, OA, LA, OC, MC, V. [3] in quo, OA, LA, OC, MC. [4] qualibet, OA, OC, MC, CM; in qualibet, MG. [5] quia, MB, Y, MG; quæ, OB; et sors, CM. [6] posset, OA, LA, MC; potest, MB. [7] etiam et, MG, Y, CM. [8] Om., OB, MA, MB. [9-10] tunc idem, MG. [9-11] Om., MA, LA. [10] integre, V, OA, OC. [12] Om., LA, MA. [13] Om., CM, MG, (+ Y). [14] alia, V, LA, OC, MC; nulla, MG; om., CE. [15] participatio, OC, MG, CE, CM, Y. [16] prædicti, OA, OC, LA, MC, CE. [17] ipsius, OB, MA, MB, Y, MG, CM. [18] habuit, V, OB, MA, MB, MG, LA. [19] dictarum, OB, MB. [20] alia, LA, OA, MC, OC; om., MA. [21] qui, MG, Y, CM. [22] quæ, OB, MA, MB. [23] quælibet, OB, MA, MB. [24] earum, V, MA, MB, CM, OC; om., CE. [25] est et, OA, Y; est etiam, V, OC. [26] vicecomiti tali, OA, LA, MC; vicecomitibus talibus, OC. [27] sciatis, OB, MA, MB, OC, CE, CM, MG, Y.

heredum B. quarum custodiam idem A. habet per finem quem[28] fecit nobiscum, et custodiam medietatis omnium terrarum et tenementorum cum pertinentiis quæ fuerunt C. in balliva tua, et[29] rationabilem portionem prædictarum[30] terrarum et tenementorum dictarum filiarum,[31] quæ eas contingit de hereditate ipsius C., et unde D. qui habet aliam medietatem earundem terrarum quæ fuerunt eiusdem[32] C. est particeps earum de prædicta hereditate. Et unde convenit in curia nostra coram etcetera, inter prædictos D. et A. quod omnes terræ illæ cum omnibus pertinentiis suis quæ fuerunt ipsius C. extendantur et appretientur,[33] et postea inter eos[34] dividantur, salva tamen eidem D.[35] æsnescia sua. Et cum terræ illæ extensæ fuerint et appretiatæ, idem D.[36] habeat partem suam per se sine parte quam idem A. habet cum eo, et ita quod omnes terræ cum omnibus suis[37] pertinentiis, quas prædictus D.[38] prius dedit de terris quæ fuerint prædicti C. computentur eidem D. in parte sua, secundum valorem illarum terra-
f. 78b] rum datarum, et ita etiam quod cum medietas prædictarum terrarum assignata fuerit eidem A., idem[39] A.[40] faciat habere eidem D. de medietate quam recuperat ad opus prædictarum[41] filiarum tantundem terræ in loco competenti. Et ideo tibi præcipimus quod assumptis tecum discretis etcetera, per quos extensionem et appretiationem et partitionem[42] illam melius facere poteris,[43] in propria persona tua accedas apud talem locum tali die, et per eorum sacramentum terras illas cum pertinentiis in omnibus rebus extendi et appretiari facias, et unicuique ipsorum A. et D. partem suam habere facias et assignari, salva eidem D.[44] ut prædictum est æsnescia sua, et salvo eidem[45] tanto[46] terræ[47] de[48] medietate[49] ipsius A. per eandem extensionem per quam idem A. recuperavit. Præcipimus etiam tibi quod de exitibus medietatis eiusdem terræ quam cepisti in manum nostram per præceptum nostrum, et qui inde provenerint[50] dum fuit in manu nostra, habere facias unicuique ipsorum secundum partem suam quam habuerit[51] per[52] prædictam partitionem.[53] Et sive prædicti A. et D. venerint sive non, non remaneat propter absentiam alicuius[54] ipsorum, quin terræ illæ extendantur et appretientur[55] et dividantur modo quo prædictum est. Et ita te

[28] quam, LA, Y, MC. [29] ut, OA, LA, MC, OC; in, CM. [30-31] prædictarum filiarum, OA, OC, LA. [32] eius, OB, MB, Y, CE. [33] appretiantur, OC, MA, MB, MG, V. [34] eas, V, MG, Y (by corr. from eos). [35] A., OB, OC, MB, MC, MG, Y, CE, CM; om., MA. [36] B., OB, MG, Y, CE. [37] Om., OA, LA, OC. [38] A., OB, MA. [39-40] Om., OB, MA, MB, Y, LA, MG. [41] dictarum, OB, MB. [42] participationem, MSS. var. [43] poterint, OB; poterunt, MA; non poterunt, MB. [44] Om., OB, MA, MB; A., MG. [45] eidem D., MG, Y, CM. [46-47] tanta terra, OB, MA, MB. [48-49] per medietatem, OB, MB; pro medietate, MA. [50] provenerunt, OA; pervenerunt, V, LA; pervenerint, OB, MC; pervenerit, MG; provenerit, CM. [51] habuit, LA, Y, OB, MC. [52] secundum, OB, MA, MB. [53] participationem, MSS. var. [54] Om., OB, MA, MB. [55] appretiantur, OB, MA, MB.

habeas in hoc negotio etcetera. Teste etcetera. Est etiam[56] alia forma brevis de extensione facienda de consensu partium per concordiam, et dirigitur vicecomiti.

Breve de seisina facienda coheredibus cum convenerit inter eos de partitione.

REX vicecomiti salutem. Scias[57] quod convenit inter A. petentem et B. tenentem de tali manerio cum pertinentiis in tali comitatu, et[58] de alio manerio cum pertinentiis in alio comitatu tali,[59] et sic si plura fuerint[60] maneria in diversis comitatibus de quibus fieri debeat partitio[61] inter partes. Et tunc sic[62] dicatur scilicet, quod medietas omnium terrarum prædictarum remaneat ipsi A. et heredibus suis quiete[63] de ipso B. et heredibus suis imperpetuum, et alia medietas cum pertinentiis in omnibus rebus remaneat eidem[64] B. et heredibus suis quiete de ipso A.[65] et heredibus suis imperpetuum, ita tamen quod cum omnes terræ et feoda omnium prædictorum honorum[66] in omnibus rebus per legales homines, de consensu ipsorum A. et B. electos, extensa fuerint et appretiata rationabiliter, A. et heredes sui habebunt medietatem suam de tali honore et tali, et[67] B. et heredes sui habebunt suam medietatem de tali honore et tali.[68] Et si alicui ipsorum aliquid defecerit in prædictis honoribus de medietate sua, id quod ei defuerit, perficietur ei de tali honore loco competenti. Et ideo[69] tibi præcipimus quod assumptis tecum etcetera, ut supra. Item aliud breve de eodem si per concordiam.

Item aliud de eodem si particeps tenens recognoverit participi partem suam, et quod fiat extensio.

REX vicecomiti salutem. Scias[70] quod cum A. in curia nostra etcetera peteret versus B. tantam terram cum pertinentiis in tali villa, ut rationabilem partem suam, quæ eum contingebat de hereditate C., patris vel alterius antecessorum prædictorum A. et B., cuius heredes ipsi sunt, idem B. venit in eadem curia et recognovit totam prædictam terram cum pertinentiis esse ius ipsius A., ut rationabilem partem suam quæ eum contingebat de prædicta hereditate, habendam et tenendam eidem A. etcetera. Et ideo tibi præcipimus quod assumptis tecum legalibus et discretis hominibus de proximo visneto talis villæ, in propria persona tua accedas ad talem terram, et per eorum sacramentum terram illam extendi facias et appretiari in dominicis, villenagiis, et servitiis liberorum hominum, in pasturis, boscis,

[56] et, OA, LA, MC, MG. [57] sciatis, OA, OB, OC, MA, MB, LA, CM. [58-59] Om., OB, MA, MB, CE, Y, MG. [60] Om., OB, MA, MB; fuerunt, LA. [61] participatio, MSS. var. [62] si, OB, MA, MB, Y, MG, CM. [63] Om., OB, MA, MB, CE, Y, MG. [64] ipsi, OB, MA, MB. [65] Om., OA, LA, OC, MC, CE, OB. [66] bonorum, CM, MG, Y. [67-68] Om., OA, OB, LA. [69] Om., OB, MA, MB, Y. [70] sciatis, OA, OB, MA, MB, OC.

et[71] omnibus aliis rebus. Et cum extensio illa et appretiatio facta fuerit, f. 74] tunc per eorundem sacramentum totam terram illam cum pertinentiis æqualiter partiri facias in duas partes, et ita quod quælibet pars æqualis sit alteri. Et facta sic partitione,[1] unicuique ipsorum partem suam habere facias et assignari, salvo tamen eidem B. tanto terræ quam sibi et heredibus suis retinet sine parte, salva etiam eidem æsnescia sua. Et quid et ubi et per quas particulas unicuique ipsorum partem suam assignaveris, scire facias nobis vel iustitiariis nostris etcetera, tali loco tali die, evidenter, distincte et aperte per litteras tuas sigillatas, et per quatuor legales homines ex illis per quos partitio illa facta fuerit. Et habeas ibi hoc breve et nomina illorum per quorum sacramentum partitionem illam feceris. Teste etcetera. Item est[2] aliud breve de eodem vicecomiti dirigendum, sed alterius modi.

Breve quod quis sit ad capiendum sacramentum de extensoribus, si facienda sit extensio extra comitatum.

Rex vicecomiti salutem. Præcipimus tibi quod omni occasione postposita, sis tali die et tali loco ad capiendum sacramentum de tali et sociis suis[3] electis ad extensionem et appretiationem faciendam de terris et tenementis de[4] tali honore, secundum quod in litteris nostris patentibus quæ tibi inde ostendentur[5] continetur. Et si opus fuerit, coram eisdem militibus venire facias alios de eodem honore quos prædicti milites ad hoc vocare voluerint, ut eisdem militibus super sacramentum suum sint auxiliantes ad prædictam extensionem et appretiationem faciendam. Et cum extensio illa et appretiatio facta fuerit rationabiliter, plenariam seisinam habere facias tali de omnibus terris et tenementis de prædicto honore cum pertinentiis. Teste etcetera. Milites quandoque ad primum mandatum regis non veniunt ad faciendam extensionem, vel forte cum venerint vicecomes negligenter facit quod ei iniunctum[6] est. Et unde si[7] milites[8] non venerint, fiat eis iterum tale breve.

Breve ubi extensores nihil fecerint ad primum mandatum.

Rex dilectis et fidelibus suis A. B. C. D. salutem. Satis recolimus vobis alias[9] dedisse in mandatis quod A. et B. in curia nostra coram etcetera, eligerunt vos de communi assensu[10] eorum, ut per sacramentum vestrum extendantur[11] et appretientur omnes terræ et omnia tenementa de tali honore,

[71] et in, OB, MA, MB.

[1] appretiatione, OB, MA, MB; participatione, MSS. var. [2] est et, OA, CE, MC, MG, Y; om., OC. [3] eius, OA, LA, MC. [4] et de, OB, MA, MB, Y, CM. [5] ostendent, OB, MA, MB. [6] iunctum vel iussum, V; iustum vel iniustum, OB, MB; iustum et iniustum, MA; iustum vel iussum, CE; iussum, Y; visum, MG. [7-8] similiter, OA, CE, MC; similiter cum, LA. [9] Om., LA, (+ OA). [10] consensu, OA, LA, OC, V. [11] extendentur, OB, MA, MB.

unde contentio etcetera, ut supra. Et quia tunc ad mandatum nostrum nihil inde fecistis, iterato vobis mandamus et in fide qua nobis tenemini firmiter præcipimus, quatenus omni occasione et dilatione postpositis, conveniatis tali loco tali die, et facto sacramento coram vicecomite nostro tali, vel coram dilectis et fidelibus nostris A. et B. quos ad hoc iustitiarios constituimus, vel altero ipsorum si ambo interesse non possunt, legaliter, discrete et rationabiliter extendatis et appretiatis omnes terras et tenementa etcetera, ut supra. Et extensionem et appretiationem illam scire faciatis iustitiariis nostris apud Westmonasterium, vel prædictis A. et B. iustitiariis ad hoc constitutis, vel alteri ipsorum sub sigillis vestris, ut ipsi iustitiarii iustitiarios nostros apud Westmonasterium ad diem eis datum plenius certificare possint.[12] In cuius rei testimonium etcetera. Teste etcetera. Si autem cum milites venerint, vicecomes[13] negligens extiterit,[14] tunc fiat vicecomiti tale breve.

Breve si milites venerint et vicecomes negligens fuerit.

Rex vicecomiti salutem. Mandavimus per litteras nostras patentes talibus militibus quod tali die convenirent apud talem locum, et facto sacramento coram te, legaliter, discrete, et rationabiliter extenderent[15] et appretiari facerent omnes terras et omnia[16] tenementa de tali etcetera,[17] unde concordia facta[18] fuit inter A. et B., secundum quod in litteris nostris patentibus quas eisdem militibus[19] transmissimus plenius continetur. Mandavimus etiam tibi quod omni occasione postposita, esses ibidem ad eundem diem ad capiendum f. 74b] sacramentum prædictorum militum, ad extensionem et appretiationem illam[20] faciendam de terris et tenementis prædicti honoris, et secundum quod continebatur plenius in litteris nostris patentibus. Et quod facta extensione plenariam seisinam habere facias[21] prædicto A. de omnibus terris etcetera, ut supra. Exceptis[22] terris etcetera, ut supra.[23] Et unde ostensum est nobis ex parte prædicti A. quod prædicti milites nihil inde fecerunt, et quod tu per negligentiam tuam permisisti prædictos A. et B. et[24] prædictos milites recedere sine die, negotio penitus infecto.[25] Et quia minus diligenter et minus discrete te tunc habuisti in negotio illo, iterato tibi præcipimus sicut tunc tibi præcepimus, quod in fide qua nobis etcetera, sis apud talem locum tali die etcetera, ut supra. Et si aliquis ex prædictis militibus electis ex parte alicuius prædictorum A. et B. ad prædictum diem coram te non venerint, tunc alios ponas loco illorum[26] ad extensionem et appretiationem

[12] possunt, LA, MC, V; possit, MA. [13] et vicecomes, OB, MA, MB. [14] fuerit, MG, Y, CM, V. [15] ut extenderent, OB, MA, MB, CE, Y, MG; extenderent tali die apud talem locum, OB, MB, MA (— talem). [16] Om., MG, V. [17] Om., OA, LA, OC; villa, CM. [18] Om., OB, MB. [19] militibus inde, OA, OC, LA, MC. [20] Om., OB, MA, MB. [21] faceres, OA, LA, MC; facies, OC. [22-23] Om., OB, MA, MB. [24] Om., OB, MA, MB. [25] infecto, OA, LA, MC, CE, V; non facto, OC; imperfecto, OB, MA, MB, MG, Y, CM. [26] eorum, OA, LA, MC; eius, OC.

illam faciendam, et redditus et exitus terrarum illarum salvo custodiantur. Teste etcetera. Aliud breve de eodem, ubi vicecomes negligens fuerit et ubi causatur extensio.

Breve si extensio minus sufficienter facta fuerit.

Rex vicecomiti salutem. Bene recolimus alias tibi præcepisse quod assumptis tecum duodecim etcetera. Et ita inseratur totum factum ut supra, et in fine dicatur, Et unde nihil inde[27] fecisti ut audivimus. Vel aliter, Et unde prædictus A. queritur quod prædicta extensio et partitio[28] minus sufficienter facta fuit, eo quod eidem A. non assignasti ad partem suam nisi tertiam partem illius terræ, et ubi ei assignasse[29] debuisti medietatem, vel quid tale. Et ita quod tota querela conquerentis inseratur. Et ideo tibi præcipimus sicut alias tibi præcepimus quod assumptis tecum duodecim etcetera, ut supra. Et in fine addatur istud comminatorium, Et ita te habeas in hoc negotio ne pro negligentia tua, vel pro contemptu huius[30] præcepti nostri, nos ad te graviter capere debeamus. Et notandum quod semper variantur brevia ad extensiones faciendas secundum varietatem iudiciorum[31] et concordiarum, secundum quod inferius plenius dicetur in tractatu de actionibus et[32] excambiis faciendis. Si autem milites venire debeant de uno comitatu usque[33] ad alium comitatum, ad faciendam extensionem et appretiationem cum aliis militibus de alio comitatu, et quod dicitur breve interlaqueatum, tunc fiat in hac forma.

Breve interlaqueatum, ubi milites de duobus comitatibus convenire debent ad faciendam extensionem.

Rex vicecomiti salutem. Præcipimus tibi quod ad diem et locum quem dilecti et fideles nostri tales[34] tibi[35] scire facient,[36] venire facias coram eisdem octo tam milites quam alios liberos etcetera, per quos negotium melius expediri possit, ut per eorum sacramentum simul cum duodecim in tali comitatu electis, extendantur et appretientur[37] tales terræ in dominicis, villenagiis etcetera, ut supra, et secundum quod in litteris nostris patentibus eisdem talibus iustitiariis nostris ad hoc constitutis directis plenius continetur. Et habeas etcetera. Teste etcetera. Item aliud breve de eodem, et ubi causatur partitio et extensio cum partitio facta fuerit.

Item breve de eodem.

Rex vicecomiti salutem. Præcipimus tibi quod sine dilatione eligas duodecim milites de comitatu tuo vel de comitatibus tuis, qui[38] secundum con-

[27] Om., OB, MA, MB, MG, Y, (+ OA). [28] participatio, MSS. var. [29] assignare, OB, MA, MB, MG, CE, Y, CM, LA, MC; assignasse, OA, OC, V. [30] huiusmodi, OB, OC, CM; om., MA, MB. [31] iudiciorum recordorum, OA, LA, OC, MC. [32] in, V, OA, LA, MC. [33] Om., OB, MA, MB. [34] Om., MG, CM. [34-35] tales vel, OB; tales vobis, MA, MB. [36] faciant, MG, V. [37] appretiantur, MA, MB. [38] Om., OB, MA, MB.

suetudinem regni nostri Angliæ faciant partitionem[39] de dominicis terris quæ fuerunt A. in comitatu tuo, et quæ hereditarie contingunt B. et C. sororem suam. Et tunc prædictis B. et C. facias habere rationabiles partes suas, secundum quod partitio illa facta fuerit per eosdem milites. Teste etcetera. Et postea si causetur partitio illa quod minus rationabiliter facta sit, iterum præcipiat vicecomiti quod extensionem et partitionem illam cor-
f. 75] rigat et emendet, vel[40] si suspectus habeatur, constituantur[1] iustitiarii, secundum quod superius sumi poterit exemplum. Si autem partes interesse noluerint forte extensioni et appretiationi, vel partitioni ad partem suam recipiendam, nihilominus procedant ad præceptum domini regis iustitiarii vel vicecomes per[2] tale breve, cum unus particeps[3] negetur esse coheres.

Breve de querela filiæ primogenitæ et participis quæ non habet rationabilem partem suam nec æsnesciam, et de partitione rationabiliter facienda per milites.

REX vicecomiti salutem. Ostensum est nobis ex parte A. et B. uxoris eius, quod cum ipsa B. particeps sit et coheres C. et D., filiarum et heredum E.[4] de tota hereditate ipsius E., et filia ipsius E. primogenita, ipsi A. et B. æsnesciam ipsius B. non habent nec partem suam rationabilem, ut deberent secundum regni nostri[5] consuetudinem. Et cum teneamur unicuique de regno nostro iustitiam exhibere, tibi præcipimus quod scire facias prædictis C. et D. quod sint coram nobis vel te[6] tali loco tali die si voluerint, et sibi viderint expedire, et audituræ partitionem illius hereditatis, et partem suam rationabilem si voluerint recepturæ. Alioquin in partitione illa et assignatione facienda, prout iustum fuerit, nihilominus ad diem illum procedemus vel procedas. Teste etcetera. Et quo casu tales venerint post summonitionem, inquirendum erit ab eis imprimis si aliquid sciant dicere, quare ipsi querentes participes esse non debeant et partem suam cum eis habere, secundum quod quilibet eorum maior fuerit natu[7] vel minor, scilicet antenatus vel postnatus, et quare ille qui queritur habere non debeat æsnesciam suam. Et si nihil dicere sciant in contrarium cum venerint, vel si summoniti non venerint, secure procedat partitio, habita tamen ratione meliorationis et deteriorationis in persona cuiuslibet heredis, de tempore quo quilibet ipsorum[8] habuerit[9] in manu sua partem suam. Si autem extensores non venerint ad certificandum regem vel vicecomitem de extensione, appretia-

[39] participationem, MSS. var. [40-1] vel si suspectus habeatur constituantur, V, OC, MG; vel suspectus habeatur constituantur, MA, CE, Y, OA, CM, MB, MC, LA (suspensus), OB (constituatur).

[2-3] per C. B. particeps, OB, MA; per B. C. per particeps, MB. [4] et, OB, MA, MB, CE, Y, MG. [5] Om., MA, MB, Y, MG, CM; et, OB. [6] de, OB, MA; etc., MB. [7] natus, V, MG, CM, MA. [8] eorum, MG, Y, CM. [9] habuit, V, CE, Y; habeat, MG.

tione, et partitione facta, tunc habeat vicecomes corpora eorum per tale breve.

Breve de habendis corporibus extensorum ad certificandum.

REX vicecomiti salutem. Præcipimus tibi quod habeas coram etcetera, tali loco tali die, corpora A. B. C. D. extensorum talis manerii, ad certificandum eosdem[10] iustitiarios nostros, qualiter et[11] quibus rebus et per quas particulas et per quam appretiationem fecerunt extensionem illam, et unde prædictus A. dicit quod prædicti extensores extenderunt tali viginti libratas terræ pro decem. Et tu ipse tunc sis ibi simul cum prædictis extensoribus ad certificationem illam faciendam. Teste etcetera. Et notandum quod si inveniri possit quod vicecomes negligens fuerit,[12] tepidus vel remissus in executione præcepti[13] domini regis, pro defectu eius præcipietur coronatoribus quod ipsi exequantur, ut de termino Paschæ anno regis[14] Henrici octavo, comitatu Wiltoniæ,[15] de Thoma de Gymeges, etcetera. Item et si tales negligentes extiterint, tunc præcipiatur custodibus eschætarum.

De officio extensorum.

OFFICIUM autem extensorum est in rebus hereditariis extendendis et appretiandis, quod imprimis videant[16] quid et quantum sit in dominico in quolibet manerio, scilicet quot acræ terræ[17] arabilis, vel quot virgatæ, et quantum valeat acra vel virgata per annum. Item quot acræ in pastura et quid quælibet acra valeat per annum. Item quid et quantum sit in vasto. Item quot acræ prati et quo anno falcari possint,[18] et quo non. Item quot acræ bosci et quid valeant per annum, cum pessona vel sine. Item appretientur[19] gar-
f. 75b] dina. Item vivaria et piscariæ si ibi fuerint appretientur. Et in summa omnia alia[20] quæ sunt de corpore manerii, et de quibus commodum posset[21] evenire. Item quid et quantum sit in villenagio et quot virgatæ,[22] et quantum valent per annum[23] in redditibus et tallagiis, et omnibus aliis rebus. Postea vero extendantur servitia liberorum hominum et redditus. Si autem[24] advocatio ibi fuerit, extendatur et appretietur,[25] simul cum[26] aliis rebus hereditariis,[27] scilicet pro qualibet marca, secundum valorem ecclesiæ, extendantur duodecim denarii, ut si ecclesia singulis annis secundum communem æstimationem valeat centum marcas, appretietur advoca-

[10] eos, OB, MA, MB, Y, MG; nos vel, V, CE; *sic*, OA, OC, MC, LA; om., CM. [11] et in, OA, LA, MC, V. [12] sit, OA, LA, MC, CE, OC, V. [13] præceptorum, OA, LA, MC, OC, V. [14] regni regis, LA, OC, MG, V. [15] Wilton., CE, LA, MB, OB, MG, CM; Wilt., OA, OC; Wyltes., MC; Winton., Y; Will., MA. [16] videat, OB, MA, MB, CE, MG. [17] Om., OB, MA, MB, MG, CM, Y. [18] possunt, OB, MA, MB, CE, HA, V. [19] appretiantur, OC, V. [20] illa, OB, MA, MB, CE, Y, MG, HA; om., CM. [21] possit, MG, Y, CM. [22-23] virgatæ et quid valeat quælibet virgata per annum, OA, MC, LA, OC, V. [24] Om., OB, MA, MB, HA, MG, (+ Y). [25] appretietur advocatio, OA, LA, MC, OC, V. [26-27] cum omnibus hereditariis, OB, MA, MB, CE, MG, HA, Y (+ rebus).

tio ad centum solidos. Facta autem extensione et appretiatione ut prædictum est, causari poterunt[28] et calumniari multis modis, quod non rite forte, quia ad plus vel ad minus appretiatæ sunt res hereditariæ quam[29] valeant, ut cum talis res non valeat nisi tantum, vel cum plus valeat quam tantum, appretiata est ad tantum. Item causari poterit assignatio sicut appretiatio, scilicet cum tale manerium tantum valeat, extensores non assignaverunt tali qui queritur nisi tale quid[30] minimum.[31] Et ideo si causatio iusta fuerit, alia extensione et[32] appretiatione vel assignatione opus erit, secundum quod inferius plenius dicetur. Cum autem extensio et appretiatio rite[33] facta fuerit, fiat rerum hereditariarum partitio æqualiter in duas[34] partes vel plures,[35] secundum numerum coheredum participum, et ita quod quælibet pars[36] per omnia æqualis sit alteri, et facta sic partitione cuilibet coheredum assignetur pars sua, non ut quilibet post alium eligat partem suam, sed huiusmodi[37] distributionis fortunam faciant iudicem, ut quilibet habeat partem illam quæ per sortem ei acciderit. Ita quod in pluribus schedulis scribantur nomina coheredum[38] et particularum, et quasi[39] ex improviso tradantur omnes schedulæ particularum alicui laico qui omnino litteras ignoret,[40] et ipse tunc tradat cuilibet participi schedulam unam, et quilibet eorum erit contentus de[41] parte illa quæ in schedula illa continetur, velit nolit. Et hoc ita erit nisi forte de consensu ita evenerit[42] quod quilibet[43] post alium habeat electionem secundum ætatis prærogativam, scilicet primogenitus primam, et postnatus aliam, et sic deinceps. Et sive sic sive sic, statim irrotuletur quid, et cui, et ubi, et per quas particulas fuerit pars quælibet assignata, in terris et tenementis et feodis militum et redditibus, et omnibus aliis rebus ad perpetuam memoriam. Item et si aliqua terra sit quæ post tempus ad heredes reverti debeat, sicut dos vel alia quæcumque, fiat irrotulatio quis quid tollere debeat, et tunc statim capiantur homagia cum fuerint servitia attornata. Non autem veniunt in divisionem omnes res hereditariæ, aliquando propter privilegium, propter personam cui competit ratione ætatis, sicut propter primogenituram et æsnesciam, secundum quod inferius dicetur. Item propter ipsam rem quæ divisionem non recipit, tum[44] propter consensum coheredum[45] qui desiderant quod aliqua res hereditaria remaneat in communi. Imprimis autem videndum[46] quæ veniant in divisionem, et hoc viso de facili perpendi poterit quæ non veniant. Et

[28] poterint, OB, CM; poterit, MG, Y, HA. [29] quantum, OB, CM. [30] quod, MA, MG, V. [31] minimum est, MG, V. [32] vel, CM, V. [33] Om., OB, MA, MB. [34-35] plures partes, OA, LA, OC; duas partes plures, MC. [36] partitio, OB, MA, MB. [37] huius, OA, LA, V. [38-39] coheredum et quasi, LA; coh. part. et nomina (* ta) et quasi, OA; coh. et tunc in quolibet nomine conscribatur quædam pars certa et nominata et quasi, OC. [40] ignorat, LA, MC. [41] ex, OB, MA, MB. [42] venerit, MG, CM. [43] Om., OB, MA, MB. [44] cum, OB, MB, V; tam, CM; tamen, MA; om., MG. [45] heredum, OB, MA, MB, Y. [46] videndum est, MG, CM, Y, HA, V.

sciendum quod in divisionem veniunt tam dominica quam villenagia quæ dici poterunt dominica. Item veniunt servitia liberorum hominum et homagia. Item veniunt in divisionem plura capitalia mesuagia, et unum, sive fuerint[47] in[48] diversis[49] baroniis constituta sive non. Non enim poterit aliquis particeps ratione primogenituræ et æsnesciæ sibi vindicare omnia capi-
f. 76] talia mesuagia, habet tamen privilegium propter æsnesciam quod primam habebit electionem, ut[1] si plures sint ibi participes coheredes et plura capitalia mesuagia, primogenitus primo eligat et postea postnatus, et sic tertius et quartus in infinitum, quamdiu superfuerit[2] unicum capitale mesuagium. Sed[3] si cum[4] plura ibi fuerint non tamen tot quod quilibet habeat unum, tunc illis qui expertes sunt de communi hereditate satisfiat[5] ad valentiam. Si autem plura ibi fuerint, postquam quilibet habuerit suum,[6] tunc reincipiat primogenitus suam electionem, et sic postnatus, et quilibet post alium ut prædictum est, et sic pluries[7] fiat[8] electio si mesuagia sufficiant, et si unus expers fuerit, tunc provideatur ei ut supra. Item facta electione cum quilibet habuerit unum, et unicum remanserit,[9] illud inter partes dividatur nisi consenserint quod totum uni remaneat, ita quod aliis satisfiat[10] proportionaliter in aliis de valore. Item cum plura ibi fuerint capitalia mesuagia, non sunt tamen tempore assignationis deliberata. Sunt enim qui de concessione antecessorum tenent ad vitam quacumque ratione, sicut nomine dotis vel huiusmodi, tunc primogenitus primo eligat ut prius, vel mesuagium quod deliberatum est, vel illud quod[11] non est deliberatum, et ei qui tunc fuerit sine mesuagio, ad tempus assignetur aliquid ad valentiam loco mesuagii in tenantia, donec suum ei fuerit deliberatum. Si liber sokemannus moriatur pluribus heredibus relictis et participibus, si hereditas partibilis sit et ab antiquo divisa, heredes quotquot erunt habeant partes suas æquales, et si unicum fuerit mesuagium illud integre remaneat primogenito: ita tamen quod alii habeant ad valentiam de communi. Si autem non fuerit hereditas divisa ab antiquo, tunc tota remaneat primogenito. Si autem fuerit socagium villanum, tunc consuetudo loci erit observanda. Est enim consuetudo in quibusdam partibus quod postnatus præfertur[12] primogenito, et e contrario. Cum autem liberum tenementum teneatur per servitium militare, et plures sint ibi coheredes et unum capitale mesuagium, inter coheredes[13] dividatur secundum quod vallatur fossato vel heya, secundum

[47] fuerit, OB, MB; fuerunt, MA; sint, V. [48-49] Om., OB, MA, MB.

[1] et, MG, CM. [2] fuerit, OB, MA, MB. [3-4] sed cum, CE, MA; sed sicut, OB, Y; sed si tum, LA; sed si tamen, CM, MC. [4] Om., HA, MG. [5] satisfaciat, OB, MA. [6] unum, V, MG, CM, Y, HA. [7] plures, OC, MA, Y, MC (corr.). [8] fiet, OB, MA, MB, CE, Y, MG, HA; fieret, CM; electiones fiant, OC. [9] remaneat, MG, Y, CM. [10] satisfaciat, OB, MA, MB, OC, Y (corr. s-fiat). [11] vel illud quod, OA, OC, LA, CE, MC; vel quod, OB, MA, MG, Y, CM; vel mesuagium quod, MB. [12] præfert, OB, MB. [13] heredes, OB, MA, MB, CE, Y, MG, CM.

quod includitur cum gardinis et vivariis: ita tamen quod facta partitione[14] primogenitus vel primogenita habeat electionem propter æsnesciam. Dividitur enim[15] quandoque aula in duas partes vel plures, quandoque camera dividitur ab aula, et sic fiat[16] de pluribus domibus in curia existentibus. Uxor autem post mortem viri sui in assignatione dotis nihil capiet de capitali mesuagio cum heredibus pluribus vel uno, ubi non fuerit nisi unicum capitale mesuagium, sed habebit electionem de uno mesuagio quod tenetur in villenagio. Si autem nullum tale fuerit, tunc assignetur ei loco curiæ ad valentiam tertiæ partis capitalis mesuagii, in latum et in[17] longum, et ædificabitur de communi: et hoc erit nisi ubique[18] dotata fuerit de tertia parte, et si aliter fiat[19] quandoque, hoc non erit de iure sed de gratia vel per ignorantiam. Nec etiam aliquid capiat de advocatione ecclesiarum ratione tertiæ partis suæ non magis quam de mesuagio, nisi forte dotata fuerit de aliquo manerio integre[20] cum pertinentiis, nulla facta exceptione, vel nisi in constitutione dotis adiuncta fuerit specialiter advocatio sua tertiæ parti. De hoc autem quod dicitur quod de feodo militari veniunt in divisionem f. 76b] capitalia mesuagia, et inter coheredes dividuntur, hoc verum est nisi capitale mesuagium illud sit caput comitatus propter ius gladii, quod dividi non debet, vel caput baroniæ, castrum, vel aliud ædificium. Et[21] hoc ideo ne si caput per[22] plures particulas dividatur, et pluries[23] iura comitatuum et baroniarum deveniant ad nihilum, per quod deficiat regnum quod ex comitatibus et baroniis dicitur esse constitutum. Si autem plura sint ibi ædificia quæ sunt capita baroniæ, dividi possunt inter coheredes facta electione salvo iure æsnesciæ, quia[24] cum plura sint ibi iura, quodlibet per se integre poterit observari, quod quidem non est in uno ut prædictum est, licet a quibusdam dicatur quod in aliis regionibus aliquando de consuetudine dividatur. Sed quod dividi non debeat, numquam in Anglia visum fuit[25] contrarium. Et erit consuetudo regionis observanda, ubi hereditas est[26] quæ petitur et personæ nascuntur quæ petunt: et unde si dicatur quod in regno[27] Angliæ aliquando[28] facta fuit[29] partitio, hoc fuit iniustum. Item veniunt iura in divisionem, unum vel plura, sed tamen non dividuntur quia divisionem non recipiunt, sicut sunt advocationes ecclesiarum et servitutes prædiorum. Plures enim advocationes dividi possunt inter plures cohere-

[14] participatione, MSS. var. [15] autem, MG, Y, CM. [16] fiet, MG, Y, CM, V. [17] Om., OB, OC, Y, MG, CM; (in latitudine et longitudine, OC). [18] ubique, OC, MA, MB, MC, CE, Y, CM; ubicumque, OB; ubi, MG; ubi ubique, OA, LA; ubique ubi, V. [19] fiet, OB, MA, MB. [20] integro, MA, MG, V; om., MB. [21-22] et ideo hoc cavendum ne sit per, MA; et hoc ideo ne sit cavendum per, MB; ne castrum sit per tales, OB. [23] plura, OC, MG, V. [24] quæ, OB, MA, MB; qui, V. [25] est, Y, CM; non est, MG; visum est fuit, MB. [26] Om., OB, MA, MB, Y, CE, MG, MC. [27] regione, OB, MA, MB. [28-29] aliquando fuerit, MA, MB, OB.

des, et quolibet ius poterit esse integrum et per se, quia sunt ibi plura iura et diversa. Unica autem advocatio dividi non poterit, quamvis ecclesia quæ est quasi subiectum in plures partes dividatur, duas, tres vel quatuor, ratione diversarum baroniarum, et hoc ut prædictum est ab antiquo. Et unde cum unica sit advocatio, et unum[30] ius et plures coheredes quasi unum corpus propter unitatem iuris quod habent, aut omnes simul præsentent aut nullus, nec potest aliquis eorum alteri præferri ratione æsnesciæ, nisi ita inter eos convenerit ab initio quod quilibet post alium præsentet successive. Item nec præfertur numerus, ut si plures consentiant, dum tamen sit unicus qui reclamet. Et quo casu nisi infra sex menses convenerint,[31] ordinarius loci providebit ecclesiæ viduatæ. Item si servitutes a fundo qui dividitur fundo vicino[32] debeantur, partitio facta servitutem debitam minuere non debet nec mutare. Si autem servitus debeatur a fundo vicino fundo qui dividitur, una erit servitus quantum ad fundum qui debet servitutem, plures vero[33] erunt servitutes quantum ad fundum cui debetur propter plures particulas,[34] et plura erunt ibi iura integra, et quilibet uti poterit per se simul vel successive, dum tamen modum debitum non excedat,[35] quod fundus vicinus[36] in quo constituta est servitus plus debito non oneretur. Sunt etiam aliæ res hereditariæ quæ veniunt in partitionem, quæ cum commode dividi non possint[37] uni conceduntur,[38] ita quod alii coheredes alibi de communi hereditate habeant[39] ad valorem: sicut sunt vivaria, piscariæ, parci, et huiusmodi: vel[40] saltem quod partem habeant pro defectu, sicut[41] secundum piscem, tertium, vel quartum: vel secundum tractum, tertium, vel quartum, secundum numerum coheredum: ita de parcis, secundam, tertiam, vel quartam bestiam. <Si autem[42] non sit ibi nisi unicum castrum, illud integre remaneat primogenito, ita tamen quod postnato pro parte sua satisfaciat[43] ad valentiam alibi, uni vel pluribus secundum numerum personarum. Si autem plura, primogenitus habeat electionem sicut de capitalibus[44] mesuagiis.[45]> Item cadit in partem terra prius data in maritagium alicui sororum et coheredum, nec est terra sic data prædeducenda,[46] quia aut maritagium conferat vel recedat sine parte. Sed quid si maritagium excedat partem illam quam habitura esset de communi hereditate? f. 77] Si maritagium contribueret numquid poterit ad hoc compelli?

[30] unicum, OC, V. [31] convenerit, LA, CM; evenerit, MA, MB, CE, Y, MG, OB (corr. convenerint); venerint, OC. [32] vicini, OB, MA, MB; vicine, Y; om., MG. [33] enim, CM, MG; om., MB, MA, Y, CE. [34] articulos, OB, MA, MB. [35] excedant, MG, CM, Y. [36] unicus, OB, MB, MG, Y, CM; unitus, MA; om., CE. [37] possunt, MA, MB, MG, Y, CM, OC, V. [38] concedantur, MG, Y, CM. [39] habebunt, OC, CM. [40] et, MA, MB, MG, Y, CE. [41] Om., LA, OC; (sicut vel secundum tractatum, MC). [42] Om., OB, MA, MB, MG, CM, (+ Y). [43] satisfiat, OA, LA, MC, OC, V; sufficiat, MA. [44-45] capitali mesuagio, CE, OB, MB. [46] præducenda, OA, LA, MC, CM; producenda, OC; præceducenda, MA; *sic*, OB, MB, CE, Y, MG, V.

Non.[1] Habet enim[2] electionem conferendi vel non. Et sic cadit generaliter in partem id quod datur alicui mulieri coheredi et participi in maritagium, de communi hereditate patris vel matris quæ dividi debet inter coheredes, et hoc sive sit hereditas descendens sive perquisitum, ex quo perquisitum sicut[3] hereditas descendit ad heredes. Et quod maritagium cadat[4] in partem habetis in rotulo de primis placitis post guerram, comitatu Essexiæ, de H. de Abecot[5] et participibus suis per breve[6] *Qui nuper*[7] *obiit,* de proparte[8] sororum. Et quid si mater dederit uni[9] ex[10] filiabus suis[11] in ligia[12] viduitate sua totum maritagium suum? Adhuc erit illud idem dicendum quod prius. Item si pater vel mater vel uterque totam hereditatem suam dederint[13] in maritagium, non cadit aliquid in partem, quia nihil remanet inter coheredes dividendum. Si autem cum homagium intervenerit post tertium heredem vel ante fiat partitio, adhuc cadit maritagium in partem ut prius, quod computato ei qui[14] tenet[15] maritagio suo, propter homagium perficiatur ei quod defuerit de communi hereditate. Sed quid si pater vel mater aliquem ex coheredibus pure feoffaverit[16] pro homagio et servitio[17] nulla facta mentione de maritagio? Quæritur an feoffamentum veniat in divisionem sicut maritagium, et quidquid ab aliis dicatur. Videtur quod non, quia cum dicatur quod maritagium cadit[18] in partem, adeo de facili dici poterit quod feoffamentum caderet, quod est inauditum. Et quod maritagium cadere debeat et non feoffamentum, videtur[19] prima facie, quia maritagium reverti poterit[20] et remanere[21] cum feoffatore vel eius heredibus, et partiri inter coheredes ex quo homagium non intervenerit:[22] quod quidem non est de puro feoffamento propter homagium, quia sic essent quasi domini et heredes, nisi sic fiat ut prædictum est, quod feoffamentum computetur feoffato in parte sua. Et[23] quid si particeps feoffatus sit pro servitio tantum sine homagio, vel pro homagio et servitio tenendo de capitali domino? Item si fiat donatio viro et uxori simul[24] in maritagium, adhuc erit quod maritagium cadat[25] in partem. Item si fiat viro sine uxore pura donatio pro homagio et servitio[26] sibi et heredibus suis, tale feoffamentum non cadit in par-

[1-2] Non enim habet, MA, MB, CM, MG, Y; Non habet enim, CE, OC, MC. [3] sit, OB, MA, MB; om., OC. [4] cadit, OC, CM, MG, Y, V; om., OB, MA, MB. [5] Abecot, OA, LA, V; Abecoth., OB, CE; Abetot, OC, MC; Abetouch., CM; Aletouch., MG; Abetoth., MB; Abaton., Y; Albetochi, MA. [6-7] breve quod dicitur nuper, V; breve quod nuper, CM; breve qui dicitur nuper, MA. [8] parte, OB, MA, MB, CE, Y, MG. [9-10] Om., OB, MA, MB, MG, Y. [11] Om., OB, MA, MB. [12] legitima, V, MA, MB, MG; liberima, OB. [13] dederit, OC, V. [14-15] Om., OB. [15] Om., MA, MB. [16] feoffaverint, OA, LA, Y, MC. [17] servitio suo, MB, (* OB). [18] cadat, MB, Y, MG, CE. [19] Om., OB, MB, MG, (+ Y); (prima facie poterit videri, CM). [20] Om., OB, MA, MB, MG, CM, (+ Y); possit, V. [21] remanere debet, OB, MG. [22] intervenit, OA, LA, OC, MC. [23] sed, OA, MC, LA, OC, V. [24] quod simul, MG; quia simul, CM, Y. [25] cadit, OC, MA, V. [26] servitio suo, OB, MA, MB, CE, MC.

tem, quamvis terra descendat heredibus uxoris. Et idem[27] erit si fiat pura[28] donatio extraneæ personæ, quæ[29] post feoffamentum unam ex filiabus et participibus duxerit in uxorem. Dictum est quod æsnescia semper est præferenda propter privilegium ætatis. Sed esto quod filia primogenita, relicto herede nepote vel nepte in vita patris vel matris a quibus hereditas descendit, decesserit, præferenda erit soror antenata nepoti vel nepti ex filia primogenita quantum ad æsnesciam, quia mortem parentum expectavit.[30] Sed quid dicetur de seriantia? Videtur quod dividi non debeat, ne cogatur rex servitium suum recipere per particulas. Facta autem[31] ut prædictum est partitione et per sortem assignatione, adita hereditate, omnia iura hereditaria transeunt ad heredes ex civili aditione. Possessio tamen nisi naturaliter fuerit apprehensa, videlicet animo et corpore, proprio vel alieno sicut procuratorio, prius ad ipsos non pertinebit. Et unde cum in curia domini regis facta fuerit partitio, statim habeant breve ad vicecomitem de seisina sua habenda, secundum quod partitio facta fuerit inter eos in curia domini f. 77b] regis per tale breve.

Breve vicecomiti de seisina facienda coheredibus post partitionem.

REX vicecomiti salutem. Scias[32] quod cum extensio et appretiatio omnium terrarum et tenementorum quæ fuerunt talis patris vel matris talium facta inter eos partitione, tali progenitæ[33] acciderunt[34] per sortem talia maneria quæ sunt capita baroniæ propter æsnesciam, et talia mesuagia per electionem, tot terræ et tot[35] tenementa, tot advocationes et tot feoda militum, et similiter tali[36] talis pars, et sic de aliis. Et ideo tibi præcipimus quod prædictis talibus de prædictis terris et tenementis et feodis, et[37] secundum quod prædictum est, sine dilatione plenariam seisinam habere facias. Teste etcetera. Cum autem unus ex[38] pluribus coheredibus et participibus sine herede de corpore suo moriatur, facta partitione eius portio accrescet[39] superstitibus per ius accrescendi.

De homagiis faciendis et capiendis.

CUM[40] quis post mortem antecessorum a capitali domino recognitus fuerit ad heredem, ante assignationem vel post, sive heres plenæ ætatis extiterit sive non, statim ab initio capitalis dominus capiat[41] homagium suum, antequam habeat custodiam vel relevium. Sunt enim quidam heredes qui tenentur ad homagium faciendum et ad sacramentum fidelitatis, quidam tantum ad

[27-28] idem fiat si sit pura, OB, MA, MB, Y. [29] qui, LA, OC, V. [30] non expectavit, OB, MA, MB, MG, Y, CM. [31] Om., OA, LA, OC, V. [32] sciatis, OB, MA, MB, CM. [33] primogenitæ, OA, LA, MC. [34] acciderint, OB, MA, MB, CE; accidunt, LA; acciderit, OC, MC, CM; accederunt, V. [35] Om., OB, MA, CE, CM, MG, Y. [36] Om., MG; talis et, OB, MA, CE, Y; similiter et, MB. [37] Om., OB, MA, MB. [38] et, OB, MB; om., MA. [39] accrescat, OA, OC; accrescit, CM. [40] cum autem, MA, MB. [41] capiet, MG, CM, Y.

sacramentum fidelitatis, secundum diversitatem tenementorum. Oportet igitur quod distinguantur genera tenementorum, ut per hoc sciri possit diversitas tenentium et heredum. Tenementorum autem aliud tenetur per servitium militare, aliud per seriantiam, de quibus homagium erit faciendum domino capitali propter servitium forinsecum quod dicitur regale, et quod pertinet ad scutum et militiam ad patriæ defensionem. Est etiam[42] aliud genus tenementi eius, scilicet quod tenetur in socagio libero, et ubi[43] fit servitium in denariis capitalibus dominis, et nihil inde omnino datur ad scutum et servitium regis. Et dici poterit socagium a socco,[44] et inde tenentes qui tenent in socagio dici poterunt sokemanni, eo quod deputati sunt ut videtur tantummodo ad culturam, et quorum custodia et maritagium ad propinquiores parentes iure sanguinis pertinebit. Et si aliquando inde de facto capiatur[45] homagium,[46] quod pluries[47] contingit, non[48] propter hoc habebit dominus capitalis custodiam et maritagium, quia non semper sequuntur[49] homagium, licet quandoque. Est etiam aliud genus socagii, quod
f. 78] dicitur socagium villanum, ubi nullum omnino competit homagium, sed fidelitatis sacramentum sicut de villanis,[1] quod si[2] de facto fecerint per negligentiam vel stultitiam dominorum, hoc erit ipsis dominis præiudicium,[3] et ideo inde cavendum. Est etiam aliud genus tenementi quod datur in maritagium, et ubi non fit homagium ante tempus, scilicet ante tertium heredem inclusive positum propter commodum donatoris per reversionem, quod si de facto prius fiat, tenet quamvis hoc sit ad damnum donatoris. Et ut videtur datur tempus usque ad tertium heredem et non ultra, quia cum sint heredes tres de herede in heredem, extunc vix poterunt deficere, et ideo tunc sequitur homagium absque damno et periculo donatoris. Item non capitur homagium ante tempus propter ius accrescendi, ut si hereditas prius descendat heredibus[4] fratribus vel sororibus, nullus eorum homagium faciet[5] fratri vel sorori antenatis, quia si aliquis ex pluribus coheredibus sine herede de corpore suo decedat,[6] pars decedentis[7] accrescet superstitibus, et cum illis remanebit si homagium non intervenerit, quod si fecerit, de manibus coheredum descendet ad heredes inferiores. Cum autem plures fuerint heredes[8] ut prædictum est, omnes acapitabunt[9] filiæ primogenitæ, et maritus primogenitæ homagium faciet[10] domino capitali de toto feodo, et postnatæ primogenitæ vel eius marito sacramentum facient fide-

[42] et, OA, LA, MG, CE, MC. [43] nisi, OA, CM. [44] socco, MA, Y, CM; soco, MG, MC; soko, OA, LA; sok., OB; socko, CE, V, OC, MB. [45-46] capiantur homagia, OB, MA, MB, MG, CM, Y. [47] plures, OA, OB, LA, MB; capitalibus, OC. [48] non tamen, OA, LA, MC, OC, V. [49] sequentur, OB, MB, Y; sectentur, CM; sequitur, V, MC.

[1] villano, MA, V. [2] Om., OB, MA, MB, CM, (+ Y). [3] in præiudicium, OB, MA, MB. [4] coheredibus, OA, LA, MC, OC, V. [5] faciat, LA, CE, MC, MG; facit, CM. [6] descendat, MG, OC; discedat, CE. [7] descendentis, V, OC, MB, MG, CM; descedentis, CE. [8] coheredes, OA, LA, MC, OC, V. [9] accapitabunt, V, MG, CM, Y. [10] facit, OC, MG.

litatis, et totum servitium suum, et primogenita vel eius maritus inde capitali domino respondebit,[11] ne dominus capitalis cogatur servitium suum recipere per particulas.[12] Habebit etiam dominus capitalis custodiam et maritagium postnatarum, et non primogenita nec eius maritus, ut ovis a[13] luporum morsibus eruatur propter spem et eventum successionis, quod evenire posset si infra ætatem morerentur ex aliqua machinatione. Et hæc vera sunt si plures sorores de alio[14] tenuerint quam de domino rege, quia si de domino rege tenuerint in capite, tunc primogenita omissa[15] omnes[16] acapitabunt[17] et homagium facient domino regi. Et cum de alio tenere debeant quam de domino rege, et quælibet[18] per se de facto acapitaverit capitali domino, hoc revocari poterit[19] a primogenita vel[20] eius marito, sed semper quod factum est tenebit, quia capitalis dominus quod ei oblatum est non recusabit. Sed sive tenuerit[21] de domino rege sive de alio, cum homagium factum fuerit, sive ante tertium heredem sive[22] post, statim sequentur[23] relevia et alia servitia. Videndum est inter cetera quid sit homagium, qualiter contrahatur, quis teneatur[24] homagium capere, et quis homagium facere, quando, et quotiens, et de[25] quibus rebus. Item per quas personas. Item qualiter capiatur et per quæ verba. Et per quæ verba fieri debeat sacramentum fidelitatis. Item qualiter et per quantum tempus teneat inter dominum et tenentem homagium: et cum ambo moriantur vel unus ipsorum, et cadat ex utraque parte vel alia, et dissolvatur per mortem, teneat obligatio et relevetur tenementum cum homagio in personis heredum. Item cum semel[26] factum fuerit homagium,[27] qualiter dissolvatur et omnino extinguatur,[28] propter defectum[29] vel propter delictum[30] domini vel tenentis. Domini, quod dominium[31] amiserit[32] quod dominus esse non possit. Tenen-
f. 78b] tis, quod tenementum reverti debeat ad dominum, secundum quod tenens illud tenuerit in dominico vel servitio. Item si dominus[33] possit attornare homagium et servitium, vel istorum unum, contra voluntatem sui tenentis. Item si dominus homagium sui tenentis recusaverit, vel cum homagium ceperit,[34] tenentem suum de servitio versus suum dominum superiorem non adquietaverit, sed propriæ bursæ totum infuderit,[35] quid iuris?

[11] respondebunt, OA, LA, CE, MC. [12] particulas; particularis enim solutio non minimum habet incommodi., V. [13] et, LA, OC, MC (corr.). [14] aliquo, LA, MG, MC. [15] emissa, LA; commissa, MA. [16] Om., OB, MA, MB, MG, (+ Y). [17] accapitabunt, V, MC, MG, CM, Y. [18] quilibet, LA, OC, CM, MC. [19] non poterit, V. [20] et, OA, LA, OC, V. [21] tenuerint, OA, LA, OC, MC. [22] vel, OA, LA, OC, MC. [23] sequuntur, LA, MA, MG, CM, MC; consequenter facit, OC. [24] tenetur, MG, CM, Y. [25] Om., OB, MA, MB. [26-27] semel fit homagium, OB, MA, MB. [28] distinguatur, OB, MA, MB. [29-30] defectum vel delictum, OB, MG (et), Y, CM; def. vel defectum, MA. [31] dominus, MG, Y. [31-32] dominus non amiserit, OB, MA (— dominus), MB, CE. [33] Om., OB, MA, MB. [34] receperit, OB, V. [35] infundit, OC, MA; infunderit, OB, MB.

Quid sit homagium et qualiter contrahatur.

QUID sit homagium? Sciendum[36] quod homagium est iuris vinculum quo quis tenetur et astringitur ad warantizandum, defendendum, et adquietandum tenentem suum in seisina sua versus omnes per certum servitium in donatione nominatum et expressum, et etiam vice versa quo tenens reobligatur et astringitur ad fidem domino suo servandam[37] et servitium debitum faciendum. Item contrahitur homagium de utriusque voluntate[38] tam domini quam tenentis per contrariam utriusque voluntatem dissolvendam si uterque voluerit. Non enim[39] sufficit si unus tantum hoc voluerit, quia nihil tam conveniens est[40] naturali æquitati etcetera. Est itaque tanta et talis connexio per homagium inter dominum et tenentem suum, quod tantum debet dominus tenenti quantum tenens domino præter solam reverentiam.

Quis teneatur homagium capere.

ITEM quis teneatur homagium capere? Et sciendum quod dominus feodi et feoffator, sive sit masculus sive femina, maior vel minor. Nec si dum minor fuerit homagium ceperit, maior factus allegare potuit[41] ætatem, et quod deceptus fuit quando infra ætatem homagium cepit, quia in captione homagii semper subintellegendum erit quod hoc fit salvo iure cuiuslibet: et unde si falsa carta intervenerit, cum minor ad ætatem pervenerit, argui poterit falsitatis[42] non obstante homagio. Sed[43] si contra actionem excipiatur[44] de homagio, contra[45] homagium replicetur de minori[46] ætate, quod[47] quidem[48] esse non[49] poterit in maiore, qui[50] ignorare non debet cuius condicionis sit ille cuius homagium ceperit.

Quis teneatur homagium facere.

ITEM videndum[51] quis potest homagium facere. Et sciendum quod liber homo tam masculus quam femina,[52] clericus et laicus, maior et minor, dum tamen electi in episcopos post consecrationem homagium non faciant,[53] quidquid fecerint[54] ante, sed tantum fidelitatem. Conventus autem[55] homagium non facit[56] de iure, sicut nec abbas nec prior, eo quod tenent nomine alieno, scilicet nomine ecclesiarum, sicut videri poterit[57] in ipsa donatione in principio donationis, ut si dicatur, *Sciant etcetera, quod dedi etcetera, tali ecclesiæ et tali rectori*, vel *tali priori*, vel *tali*[58] *abbati et monachis ibi-*

[36] sciendum est, CE, MG, CM. [37] observandam, MG, CM, Y. [38] voluntate scilicet, MG, Y, CM. [39] enim hoc, MC, LA. [40] Om., OB, MG, CM, Y, CE. [41] poterit, MG, CM, Y. [42] falsitas, OB, MA, MG; falsitatem, CM. [43] Om., OA, LA, OC, MC. [43-44] sed accipiat actionem, MB, MA (sed si); sed si excipiatur actioni, Y; et si excipiatur, OB. [43-45] sed actioni excipiatur. contra, CE. [46] maiore, MG, CM. [47-48] Om., MG, (+ Y), MB. [47-49] Om., MA. [48] Om., OB. [50] quæ, LA, MC. [51] videndum est, MG, CM, Y, CE. [52] femina et, MG, CM, Y. [53] facient, CM, Y, MG. [54] fecerant, LA, MC. [55] etiam, MG, CM, Y. [56] faciet, MG, V; faciat, MB. [57] potest, MG, CM. [58] Om., OA, LA, OC.

dem deo servientibus. Videtur et verum est, quod primo et principaliter fit donatio ecclesiæ, et secundario rectoribus et personis. Et unde si aliquando fiat homagium de facto in ipsa prima donatione, quod sæpius fit propter warantiam, numquam postea sequetur[59] relevium, vel aliud homagium, vel custodia de iure, licet aliud de consuetudine, vel per modum donationis observetur. Quia si plures sint ibi abbates et priores successive, et mutentur omnes canonici[60] in alias personas et alia capita, semper erit corpus f. 79] idem, et idem conventus ad similitudinem gregis etcetera. Item si plures sint abbates et priores successive, nullus debet narrari[1] descensus iuris[2] de abbate in abbatem, sicut de herede in heredem, quia iure hereditario[3] nullus succedit alteri, quia sunt in possessione nomine alieno. Et licet tales ad homagium[4] non teneantur de iure, faciunt tamen[5] tota die de consuetudine, et dant relevia infra certa tempora, scilicet infra tricesimum annum, sicut in Normannia de consuetudine observatur, ne capitales domini debitiis servitiis defraudentur: hoc tamen inter præmissa observato, quod si minor homagium fecerit, nullum tamen iuramentum fidelitatis antequam ad ætatem pervenerit præstabit. Et qualiter poterit minor homagium facere vel capere, cum sit necessarius hinc inde consensus et expressio verborum.

Item quando.

ITEM quando quis possit homagium facere? Et sciendum quod in principio donationis, tam ante seisinam habitam quam post seisinam. Sed si ante et seisina non sequatur, homagium effectum non habebit, vel si nec in vita donatoris, nisi donatio ratificata fuerit[6] ab herede.

Item quotiens.

ITEM quotiens? Et sciendum quod semel ab initio. Et pluries[7] successive capi poterit homagium, sicut fieri, quia cum ab initio factum fuerit[8] homagium a tenente et captum a domino, semper tenet homagium quousque uterque simul, vel alter ipsorum moriatur, et tunc per mortem decedentis[9] solvitur[10] sive[11] dissolvitur, quia mors omnia solvit ex parte decedentis,[12] sive dominus sive tenens.[13] Sed tenet homagium in persona superstitis, et si cadat in persona morientis: tenet tamen obligatio in persona heredis, et[14] in persona heredis[15] cum homagio relevatur tenementum, et in persona domini innovatur[16] homagium quod tenuit ab initio. Et unde si[17] plura fiant homa-

[59] sequitur, OA, LA, MC; s-atur, OC. [60] monachi, MG, CM, Y.

[1] variari, LA, V. [2] iuris, OA, CE, V; iure, OB, LA, MG; iur., OC, MA, MB, MC, Y; de iure, CM. [3] hereditarie, MG, CM, Y. [4] homagia, OA, LA, OC, MC. [5] Om., OA, LA, CE, OC, MC. [6] fuerit per confirmationem, OA, LA, OC, MC. [7] plures, OB, OC, MB, CM, MA (corr. pluries). [8] sit, OB, MB. [9] decendentis, MB; descendentis, OA, CM; disc-, OC; desc-, CE. [10-11] Om., OA, LA, OC, MC. [12] decendentis, MA; descendentis, CM; desc-, CE; disc-, OC. [13] tenens fuerit, MG, V. [14-15] Om., LA, Y, MG, CM, MA, MC. [16] renovatur, MG, CM, Y; inveniatur, MB. [17] Om., OB, MA, MB.

gia ab heredibus pluribus successive, plura erunt ibi homagia ratione plurium heredum, et per hoc plura relevia, et ratione unius domini qui pluries homagium ceperit non erunt ibi plura homagia, sed unum, licet pluries innovetur. Vice versa cum tenens superstes fuerit, et cum homagium[18] fecerit, moriatur capitalis dominus, cadit homagium ex[19] parte illa, durat tamen oligatio homagii in persona heredis, et in persona eius[20] relevabitur homagium, ita quod de novo erit capiendum ab herede, et de novo faciendum a tenente. Et sic fieri poterit de pluribus dominis capitalibus decedentibus[21] et eorum heredibus: in[22] quo casu plura erunt homagia ex parte dominorum, et non nisi[23] unum ex parte tenentis qui semper superstes est, sed plures homagii innovationes propter pluralitatem dominorum et eorum heredum: ideo non dabitur nisi unicum relevium a tenente. Item de uno et eodem tenente,[24] simul et semel non possunt plura fieri homagia pluribus dominis capitalibus, sive tenens tenere debeat tenementum de pluribus dominis in communi vel tantum ab[25] uno, quia si a pluribus in communi, et unus sit heres,[26] primogenitus ex pluribus homagium capiat ab uno. Item si plures tenere debeant[27] in communi de uno vel pluribus, primogenitus homagium faciet pro omnibus. Si autem unus vel plures qui tenent in communi de uno tantum tenuerint, et alicui cui non tenentur per ignorantiam vel dis-
f. 79b] trictionem iniustam homagium fecerint, erit eis subveniendum. Si autem per malitiam et fraudem ad exheredationem domini sui, non sic, quia ibi de iure amittere debent[28] tenementa, extincta penitus obligatione[29] homagii propter fraudem. Eodem modo cum semel homagium fecerint vero domino, per fraudem recesserint[30] ab eo. Si autem ab initio homagium fecerint non domino, et postea per iudicium recuperavit verus dominus ratione alicuius finis vel attornationis in casibus exceptis, et tenens noluerit ei homagium facere cui tenetur de iure, sed se tenuerit ad homagium ad quod non tenetur nisi de voluntate, cum verus dominus postea recuperaverit homagium et servitium de iure, non liberabitur tenens ab eo cui adhæsit de voluntate, sed inde faciat ad melius quod poterit. Item poterit quis[31] de pluribus tenementis plura facere homagia uni domino simul vel successive, vel diversis et pluribus, et sic poterunt plures domini plura capere homagia ratione plurium tenementorum, dum tamen unus ex pluribus dominus sit præcipuus et ligius,[32] quia feoffator primus, et propter[33] primum feoffamentum et capitale. Et talis semper habebit maritagium heredum propter primum feoffamentum, nisi tenens in capite tenuerit de

[18-19] Om., OB, MA, MB. [20] eius heredis, MG, CM, Y. [21] descendentibus, CM, MG. [22] et, OA, LA, OC; et in, MC. [23] ibi nisi, OB, MA, MB. [24] tenemento, V, OC, MC; ten., OA, CE, Y, CM. [25] de, OB, MA, MB. [26] tenens, OA, LA, OC. [27] debent, MG, CM. [28] deberent, V, OA, LA, MC, OC. [29] obligationem, OA, OC. [30] recesserunt, OC, V. [31] Om., OB, MA, MB, (+ Y). [32] legitimus, V, MG; dignus, CM. [33] primus propter, MG, CM, Y.

domino rege. Et si inter dominos suos capitales inimicitiæ oriantur, in propria persona semper stabit cum eo cui fecit ligeantiam, et per attornatum cum aliis, vel salvo eis servitio[34] in quo eis[35] tenetur de tenemento quod de eis tenet.

De quibus rebus.

De quibus rebus? Et sciendum quod de terris et tenementis, redditibus et omnibus aliis quæ tenentur per servitium militare, sive[36] servitium militare[37] magnum sit vel[38] minimum, etiam si non daretur ad scutagium nisi obolus unus, et semper sequetur tale servitium custodia heredis[39] et maritagium, et non tantum propter homagium factum, sed propter regale servitium, et quia non ad omne homagium sequitur custodia et maritagium, quia homagium fit aliquando[40] de tenemento quod tenetur in socagio. Item fit homagium de tenementis[41] quæ tenentur[42] per seriantiam, et ibi sequitur custodia et maritagium, maxime si seriantia illa respiciat regem et patriæ defensionem, et secus est si privatam personam, et in nulla parte ipsum regem vel exercitum suum. Sunt enim plures seriantiæ quæ respiciunt privatas personas et non ipsum regem, ut si quis debeat equitare cum domino suo de manerio in manerium, et tales dicuntur Rodknights,[43] vel si teneat tenementum aliquod per seriantiam tenendi placita sua, vel portandi brevia sua infra certa loca, et huiusmodi. Et tales si aliquando faciant homagia, non prætextu talis homagii pertinebit ad capitalem dominum custodia et maritagium. De feodo vero vel redditu qui datur ex camera, sive tenemento de quo possit redditus provenire,[44] non fit homagium. Nec pro solo dominio fiunt[45] homagia[46] nisi soli regi vel principi, sine tenemento vel servitio. Admittitur tamen quandoque quod campiones faciunt homagium domino suo, sed hoc esse non debet nisi pro dominio tantum. Nec valet homagium si redditus sit annuus et de camera, nisi constituatur et proveniat[47] ex[48] certo tenemento. Tenementum vero certum quod datur alicui in feodo per ser-
f. 80] vitium militare obligat tenentem ad homagium. Quod quidem si omnino ab alio evincatur a tenente, per hoc homagium omnino[1] dissolvitur et extinguitur,[2] nec revocari poterit nec resuscitari nisi ex nova causa, et quamdiu talis fuerit in possessione, licet alius[3] ius habuerit, durat homagium inter tenentem et non dominum qui feoffavit, donec tenens evincatur

[34] forinseco servitio, OC, V. [35] Om., OB, MA, MB, CM. [36-37] Om., OA, (+ Y), MG, MA, CM. [38] sive, V, OB, MB, MG, Y, CM; vel per, LA, MC (* per). [39] heredum, OA, LA, MC, OC. [40] aliquando ut supra dictum est, V, OA, LA, MC, OC. [41-42] de tenemento quod tenetur, OB, MA, MB, V. [43] Rodenightes, OB; Rodknithes, CE; Rodknychtes, MB; Rodoniches, MA; Rodcingthes, Y; Rodchnitts, CM; Rodchintes, MG; Rodnintes, OC; Rodcinthes, OA; Fodcinthes, LA; Rodtinthes, MC. [44] pervenire, OC, V; evenire, CM, MG. [45-46] fit homagium, V, MG, CM. [47-48] proveniatur de, OB, MB.

[1] Om., OB, MB, MG. [2] distinguitur, OB, MA, MB, CM, MG. [3] aliud, OC, MA, V.

et ulterius non. De nullo autem tenemento quod tenetur ad terminum fit homagium, fit tamen inde fidelitatis sacramentum.

Per quas personas.

Per quas personas? Et sciendum quod non per procuratores nec per litteras fieri poterit homagium, sed in propria persona tam domini quam tenentis capi debet et fieri, quia in quibuscumque casibus persona necessaria fuerit, negotium per procuratorem vel per litteras expediri non poterit.

Item qualiter et per quæ verba.

Item qualiter et per quæ verba fieri debeat[4] homagium?[5] Et sciendum quod ille qui homagium[6] facere[7] debet obtentu reverentiæ, quia[8] debet hoc[9] domino suo, adire debet dominum suum ubicumque inventus[10] fuerit in regno, vel alibi si commode possit adire:[11] et non tenetur dominus quærere suum tenentem. Et sic debet homagium ei facere: debet quidem[12] tenens manus suas utrasque ponere inter utrasque manus domini sui,[13] per quod[14] significatur[15] ex parte domini protectio, defensio et warantia, ex[16] parte tenentis, subiectio[17] et reverentia. Et dicere debet hæc verba, *Devenio homo vester de tenemento quod de vobis teneo,* vel aliter, *quod de vobis tenere debeo, et fidem vobis portabo de vita et membris et terreno honore,* secundum quosdam, vel aliter secundum alios, *de corpore et catallis et terreno honore, et fidem vobis portabo contra omnes gentes, quæ*[18] *vivere*[19] *poterunt et mori* secundum[20] quosdam,[21] *salva*[22] *fide debita domino regi et heredibus suis.*[23] Et statim post[24] faciat[25] domino suo sacramentum fidelitatis hoc modo.

De sacramento fidelitatis.

Hoc audis[26] *domine N. quod fidem portabo de vita et membris, corpore et catallis et terreno honore, sic me deus adiuvet et hæc sancta.* Et quidam[27] hic[28] adiciunt in sacramento et bene, quod fideliter et sine diminutione, contradictione, vel impedimento et dilatione iniusta, terminis statutis faciet[29] servitium suum domino suo et heredibus suis. Et fieri debet homagium non privatim, sed loco[30] publico et[31] communi, coram pluribus in comitatu,[32] hundredo, vel curia,[33] ut si forte tenens per malitiam homagium vellet dedi-

[4] debet, MG, Y, CM. [4-5] debeant homagia, MB; debent homagia, OA, LA, CE, MA, OB, MC. [6] homagium suum, OA, LA, CE, OC, MC. [7] facit facere, OB, MA, MB. [8] quam, V, MG; quod, OA, LA, OC, CM. [9] Om., OA, LA, OC, MA, CM. [10] Om., OA, LA, OC. [11] adiri, V, OA, CE. [12] enim, OB, MA, MB, CM, Y, MG. [13-14] sui et per hoc, MG, CM, Y. [15] signatur, MC, LA; significabitur, CM. [16] et ex, OA, MC, LA, OC, V. [17] obiectio, MA, MB. [18] qui, LA, MC, V; om., OA. [18-19] ubi venire, OC. [20-21] Om., OB, MA, MB. [22-23] Om., OA. [24] Om., OB, MA, MB. [25] fiat, OB, MG, Y, CM; veniat, OC. [26] auditis, OB, MB, CE, Y, CM, MC. [27] quidem, OB, OC, Y; quid., MA, MB, CM, MG. [28] hoc, OA, LA, MC, V; om., OC. [29] fiet, MA, MB, CE, Y; fiat, CM; facies, LA; facient, MC. [30] in loco, CM, V. [31] in, OB, MA, MB, CE, Y, MG, CM; et in, MC. [32-33] comitatibus hundredis vel curiis, OA, LA, MC.

cere, posset dominus facilius probationem habere de homagio facto et servitio recognito: quia homagium faciendum præcedere debet diligens examinatio, si ille qui heredem se facit sit filius naturalis eius cuius heredem se facit, et heres rectus et propinquus quantum ad ius possessionis, et non solum rectus et propinquus, sed si[34] sit[35] heres propinquior quantum ad ius proprietatis. Quilibet autem heres propinquior utrumque ius habere debet, possessionis videlicet et proprietatis, quamvis eo alius maius ius habuerit.

Quæ sunt inquirenda et tenenda in sacramento fidelitatis.

ITEM inquiri debet quale et quantum tenementi[36] teneat, pro[37] quo et de quo obligatur homagium facere. Item quid in dominico, et quid in servitio, et utrum totum tenementum teneat in dominico vel totum in servitio, vel partem in dominico et[38] partem in servitio. Item per quod servitium et qualiter descendat ei hereditas, quod heres esse possit, ne[39] in captione f. 80b] homagii contingat[40] dominum per negligentiam decipi vel[41] errorem.

Quis effectus homagii.

EFFECTUS vero homagii est, quod si quis homagium alteri fecerit domino vel non domino, a tali domino vel homagio suo recedere non poterit sine iudicio quamdiu tenuerit tenementum, per quod obligatur ad homagium, in dominico vel servitio. Item nihil poterit tenens facere propter obligationem homagii, quod vertatur domino ad exheredationem vel[42] atrocem iniuriam,[43] nec dominus tenenti e converso.[44] Quod si fecerint, dissolvitur et extinguitur[45] homagium omnino et homagii connexio et obligatio, et erit[46] iustum iudicium cum venerint[47] contra homagium et fidelitatis sacramentum. <Quod[48] in eo in quo delinquunt[49] puniantur, scilicet in persona domini quod amittat dominium, et in persona tenentis quod amittat tenementum, secundum quod inferius dicetur plenius. Et sic dissolvi poterit homagium.[50]>

Qualiter homagium dissolvitur et extinguitur.

QUALITER autem dissolvatur homagium, ex una parte vel ex[51] utraque, domini et tenentis, ita quod ex una parte teneat et[52] ex altera[53] non, vel ex utraque parte deficiat, videndum. Et sciendum quod aliquando tenet homagium et homagii connexio in persona tenentis, et omnino[54] dissolvitur et ex-

[34] Om., LA, CM. [35] Om., MA, CE. [36] tenementum, V; ten., MA, MB, CM, OB. [37] et pro, MG, CM, Y. [38] Om., OA, LA, MC, CE; per, OB; vel, CM. [39] Om., MA, MB; quia, OB. [40] contingit, OB, MB, (contra, MA). [41] vel per, V, CM, MG, Y. [42] vel aliam, V, CM, MG, OB (corr. alias); vel alias, MA, MB. [42-43] vel alias atroces iniurias, CE. [44] nec e converso, OB, MA, MB, CM, MG, Y. [45] distinguitur, LA, MC, MB, OA (corr. ex-). [46] erit inde, MG, V. [47] venerit, MG, V. [48-50] Om., OB, MA, MB, CE, Y, MG, CM; *sic*, OA, LA, OC, MC. [49] delinquitur, LA, MC. [51] Om., OA, LA, OC, CM. [52] Om., CE, CM, Y, MG. [53] alia, V, OA, LA, OC, MC. [54] Om., MG, Y, CM; ideo, MA, MB, OB.

tinguitur in persona domini capitalis propter defectum vel propter delictum ipsius[55] domini.[56] Sed relevatur et vivificat[57] in persona alterius domini superioris.[58] Propter defectum, ut[59] si capitalis dominus qui homagium tenentis sui ceperit omnino sine herede decesserit, vel si heredes habuerit et defecerint,[60] et[61] cum heredes habuerit, alteri homagium et servitium attornaverit in casibus licitis et concessis, vel alio modo de voluntate tenentis: et[62] quo casu extinguitur homagium quoad ipsum dominum et in persona alterius reviviscit, et semper durat in persona tenentis. Item propter delictum, ut si dominus capitalis feloniam fecerit, vel aliquid ad exheredationem tenentis sui, propter quod ipse dominus iusto iudicio debeat exheredari, et unde ipse omnino de medio tollitur, et quod superior dominus capitalis prius habuit per medium in servitiis et consuetudinibus, nunc[63] habet immediate propter delictum sui tenentis, sicut superius habet per defectum: et sic incipit obligatio homagii inter tenentem et capitalem dominum superiorem. Et tenetur talis dominus superior homagium capere velit nolit, quia si recusare posset et wayviare feodum suum, et homagium et servitium tenentis sui, tale sequeretur inconveniens quod numquam fieret alicui tenenti warantia. Numquam enim faceret aliquis warantiam et excambium de centum libratis terræ pro servitio unius denarii, si posset pro voluntate sua feodum suum wayviare, et homagium et servitium sui tenentis recusare. Obicere tamen posset dominus[64] capitalis tali tenenti homagium suum offerenti, quod illud recipere non debeat, cum talis tenens non sit feoffatus ab eo, sed ab alio, et ideo quod[65] nihil clamat in homagio suo et servitio, sed quod hoc ei valere non debeat videtur. Quod[66] cum plures possint[67] esse capitales domini et feoffatores ascendendo, ita sunt plures feoffati tenentes descendendo, et superior dominus omnium habet infimum[68] sibi obligatum propter feodum suum quod talis tenet quamvis per medium, quo sublato erit tenens suus sine medio, et ipse dominus suus capitalis erit quasi principalis feoffator: et sic durabit inter eos obligatio homagii per medium vel
f. 81] sine medio. Ut si feoffavero A., et A., B., et B., C., et sic in infinitum, omnes tenentes de tenente in tenentem a primo usque ad ultimum descendendo erunt tenentes mei, et ab ultimo feoffato et tenente de capitali domino in capitalem dominum ascendendo gradatim, erit capitalis dominus ultimi feoffati ab ultimo feoffatore usque ad primum, sed per medium ut dictum est. Quo sublato vel quibus, incipiet ultimo feoffatus esse primus feoffatus sine medio. Item eodem modo tenere poterit homagium in per-

[55-56] Om., MG. [56] Om., MA, MB, CE, Y. [57] vivificatur, MG, CM, V; vivicat, MA. [58-59] superioris propter defectum. Ut, MSS. var. [60] defecerit, MG, CM. [61] vel, OA, LA, MC, OC, V. [62] in, MG, Y, V. [63] unde, LA; tunc, MA; non, MG; nihil, OC. [64] talis dominus, OA, LA, MC, OC, V. [65] quia, CM, MG, OC. [66] quia, V, OB, MA, MB, MG. [67] possent, OB, MA, MB, CE; possunt, Y, CM. [68] infimum tenentem, OA, LA, MC, OC, V.

sona domini vice versa, et dissolvi et extingui in persona tenentis et convalescere in persona alterius, ut si tenens cum homagium fecerit domino suo, se dimiserit ex toto de hereditate sua et alium feoffaverit tenendi de domino capitali. Et quo casu tenens absolvitur ab homagio, et extinguitur homagium velit nolit dominus capitalis, et incipit in persona feoffati qui obligatur propter tenementum quod[1] est feodum domini capitalis. Item homagium quod sic extinguitur in persona tenentis iterum revivisci poterit in persona eiusdem, sed ex alia causa, ut si feoffatus ab eo idem[2] tenementum ei[3] restituat tenendum de eodem capitali domino. Item extingui poterit homagium et obligatio dissolvi ex utraque parte multis modis, quod tenementum datum pro homagio et servitio remanebit capitali domino tamquam eschæta sua in dominico, tum propter defectum, tum propter delictum. Propter[4] defectum,[5] ut si tenens et feoffatus sibi et heredibus suis certis vel incertis sine heredibus decesserit omnino, vel sine herede[6] de se: et quo casu extinguitur omnino homagium et obligatio, quod[7] tenementum cadit in dominicum. Homagium,[8] quia non sunt partes inter quas contrahi possit, cum contrahi non possit nisi inter duas personas: obligatio, quia deficiunt heredes in personis quorum possit[9] homagium suscitari. Et qualiter hoc fit in pluribus casibus dicetur infra de eschætis plenius. Item propter delictum, ut si tenens alicuius feloniam fecerit vel aliquid[10] aliud propter quod debeat exheredari, et quo casu extinguitur homagium et dissolvitur obligatio ex utraque parte ratione prædicta, et revertitur tenementum[11] ad capitalem dominum in dominico ut eschæta sua. Item extinguitur homagium de iure et dissolvitur obligatio et vinculum fidelitatis, ut cum quis homagium fecerit domino suo et servitium illum[12] malitiose deadvocaverit omnino, quod nihil tenuerit de eo, ad exheredationem domini sui cui per homagium obligatus fuerat et fidelitatis[13] sacramentum: et quo casu licet homagium[14] et obligatio teneat ex parte domini si voluerit, non tamen tenet ex parte tenentis cum[15] per abnegationem domini sui homagium et vinculum fidelitatis infringit. Et competunt domino in hoc casu duo remedia ut videtur, vel quod petat tenementum tenentis sui, quod de eo tenere debuit in dominico, quia deadvocatus est per tenentem in cuius persona deficit obligatio, vel quod petat servitium eo quod tenet obligatio in persona sua, et remittat tenenti de[16] gratia tenementum. Refert tamen per quod breve. Si autem per breve de recto ut quidam dicunt, videtur quod non possit, sive[17] ipse

[1] quod tenet quod, OA, LA, MC, OC, V. [2-3] Om., OB. [3] Om., MA, MB. [4-5] Om., OB, MA, MB. [6] heredibus, OB, MA. [7] quia, OA, LA, OC, MC, CM, V. [8] pro defectu homagii, MG, V. [9] posset, V, OA, LA, OC. [10] quid, OA, LA, OC, MC. [11] Om., OB, MB, CE, MG, Y. [12] illud, V, MG, CM, MB, Y; ille, OC. [13] Om., OB, MA, MB. [14] hoc homagium, OB, MA, MB. [15] qui, OA, LA, V; quia, OC. [16] ex, OB, MA, MB. [17] sive, OA, OC, LA, MA, MB, MC, Y, CE; nisi, OB, MG, V; sive alias nisi, CM.

vel antecessores sui in seisina fuerint de tenemento illo in dominico vel[18] servitio. Et si aliquando extiterint in seisina, tamen incongrue petet per aliquem descensum, cum tenens extiterit in possessione per descensum ab antecessoribus suis, nisi sit qui dicat quod licet nihil iuris[19] ei descendat, tamen[20] quod ei descendere debuit cum sit deadvocatus. Sed melius esset ut f. 81b] videtur petere per breve de eschæta, cum deficiat homagium et obligatio ex parte tenentis, quod tale esse poterit. Præcipe tali quod iuste et sine dilatione reddat tali tantam terram vel tot feoda, quæ prædictus talis de eo tenuit, et inde homagium ei fecit et servitium, et quæ debent esse eschæta sua, eo quod prædictus talis[21] contra homagium suum et fidelitatis[22] sacramentum[23] quod ei inde fecerat, ipsum malitiose et ad exheredationem suam deadvocaverit. Et nisi fecerit etcetera. Et unde ut videtur cum sic probatum fuerit per inquisitionem et iuratam, non erit necesse ulterius quærere de aliquo iuris descensu. Et sive agatur per tale breve sive per breve de recto, non erit locus magnæ assisæ neque[24] duello, sed capietur iurata et inquisitio ad similitudinem magnæ assisæ per hæc verba: utrum videlicet ille qui tenet, maius ius habeat tenendi tenementum illud vel feodum in dominico, an ille qui petit, et cui idem tenens vel aliquis antecessorum inde homagium et servitium fecit, et quem postmodum contra homagium et fidelitatem suam malitiose deadvocavit. Et si hoc probatum fuerit et tenens tenuerit in dominico, recuperabit petens in dominico. Si autem in servitio, recuperabit in servitio, ut tenens tollatur de medio, ita quod de cetero non sit medius, et tenens suus per obligationem tenementi quod de eo prius tenuerat adiungatur primo feoffatori sine medio. Item idem ius ubi eadem ratio, si tenens domino suo atrocem fecerit iniuriam, vel si steterit cum inimico domini sui consilio vel auxilio contra dominum suum, excepto principe et capitali domino suo cui fecit ligeantiam.[25] Item[26] si aliquid fecerit contra dominum suum ad exheredationem domini sui: et quo casu iustum[27] iudicium quod tenens exheredetur propter obligationem homagii quam infringit. Item[28] si manus violentas iniecerit in dominum suum etcetera.[29] Et[30] plura his similia tenentem exheredant. Et in fine sciendum quod inter tenentem et dominum semper tenet et stat homagium quamdiu heredes ex utraque parte extiterint, et quamdiu tenens tenementum tenuerit in dominico vel servitio quod obligationem homagii inducit. Sed istis deficientibus vel aliquo istorum, deficit homagium et numquam

[18] vel in, OA, MC, LA; vel si in, OC. [19-20] iuris extiterit quod ei descendat cum, MG, CM. [21] talis tenens, OA, LA, MC, OC, CM, V. [22-23] fidelitatem sacramenti, OA, LA, OC, MC. [24] nec, OB, MA, MB, MG, V. [25-26] ligeantiam. Item si manus violentas iniecerit in dominum suum etcetera. Item, OB, MA, MB, MG, CE, CM, Y. [27] iustum est, LA, MG, MC. [28-29] Om., OB, MA, MB, MG, CE, CM, Y. [30] Om., OA, LA, OC, MC.

reviviscit,[31] nisi hoc sit ex nova causa et in personis[32] aliorum. Item notandum quod non potest dominus capitalis wayviare homagium et[33] recusare servitium contra volutatem tenentis sui,[34] quo minus teneatur ad warantiam vel[35] excambium. Nec etiam tenens vice versa, quo minus faciat domino suo servitium debitum, quamdiu tenuerit tenementum propter quod obligatur ad servitium. Sed potest dominum suum deadvocare cum tenementum tenuerit. Sed hoc ut prædictum est erit suum damnum. Poterit etiam wayviare tenementum, cum causa vel sine, et sic dissolvetur homagium. Item reddere poterit domino suo homagium suum simul cum tenemento propter capitales inimicitias, ut liberius prosequatur appellum suum, et sic dissolvitur homagium.

Si dominus attornare possit homagium et servitium tenentis sui contra voluntatem tenentis.

ITEM videndum si dominus attornare possit alicui homagium et servitium tenentis sui contra voluntatem ipsius tenentis. Et videtur quod non, et maxime homagium, quia tale sequeretur inconveniens quod posset eum subiugare capitali inimico suo, et per quod teneretur sacramentum fidelitatis facere ei qui eum damnificare intenderet. Levis autem inimicitia non impedit in quibusdam casibus exceptis,[36] in quibus poterit[37] dominus capitalis homagium et servitium liberi hominis sui alteri attornare contra voluntatem tenentis velit nolit, scilicet[38] per finem factum in curia domini regis, ubi summonendus est ille cuius homagium et servitium alteri conceditur,[39] ut f. 82] ibi recognoscat homagium et servitium suum, et ubi[1] ostendere possit rationem quare non debeat homagium facere, quod si non possit attornabitur velit nolit. Item in alio casu, ut si quis terram dederit in maritagium cum filia sua cum homagio et servitio alicuius liberi hominis. Item si pro redemptione corporis sui, et in quibus casibus attornabitur velit nolit, nisi causas prætendere[2] poterit[3] quare non debeat. Est et alia causa quare homagium et servitium attornari[4] non poterit,[5] ut si velit homagium attornare tali qui nihil habeat[6] in bonis unde posset[7] warantizare, defendere, et excambium facere. Ex hoc enim[8] posset[9] quilibet dominus capitalis exonerare se[10] pro voluntate sua, ne[11] suo feoffato teneretur ad warantiam et excambium de centum libratis terræ pro uno denario de servitio. Et ideo in hoc

[31] reviviscet, OA, MC, V. [32] persona, OB, MA, MB, MG, CE, CM, Y. [33] vel, OA, LA, MC, OC, V. [34] Om., OB, MA, MB. [35] et, OA, LA, OC, Y (corr.), V. [36] superius exceptis, MG, V. [37] posset, CM, Y; potest, MG. [38] sed, OB, MB, CE, Y; si per, MA; licet per, MG. [39] concederet, OB, MA, MB; concedetur (ubi hom. rec. hom.), MG; concederetur, Y; vult concedere, CE.

[1] nisi, OB, CE, Y, MG, CM, MC. [2-3] præcedere possit, OA, LA, OC; prætenderit, OB, MA, MB, MG, Y; præcedit, CM. [4] attornare, V, MA, MG, Y. [5] possit, V, MG, CM, Y. [6] habet, MG, CM, Y. [7] possit, OA, LA, OC, MC. [8] Om., MG, CM, Y. [9] possit, MG, OC. [10] Om., OB, MA, MB. [11] ut, MA, MB; ut . . . non, OB.

casu non magis poterit attornare homagium et servitium quam wayviare feodum suum, quia dominus velit nolit warantizabit et defendet propter homagium. Et quod homagium attornare non poterit nisi in casibus superius exceptis, habetis de termino Paschæ anno regis[12] Henrici septimo comitatu Herefordiæ,[13] de itinere, et uno tenemento in comitatu Cantiæ,[14] de Willelmo filio Benedicti cive Londoniarum, et Galfrido de Lucy tenente, et Willelmo de Mandevilla comite capitali domino, de tenemento N. de Gingesvilla.[15] Et cum idem Galfridus tenens attachiatus esset vel summonitus ad faciendum eidem Willelmo homagium et servitium suum, quod idem comes ei dederat,[16] et prædictum Galfridum eidem Willelmo attornaverat, idem Galfridus noluit ei attornari,[17] sed ipsum in curia penitus deadvocavit, et dixit quod nihil de eo tenuit, nec tenere voluit, nec recedere a domino suo qui eum feoffavit. Propter quod summonitus fuit prædictus comes ad ostendendum quid iuris clamaret in servitio prædicti Galfridi, qui venit et cognovit quod dederat prædicto Willelmo homagium et servitium ipsius Galfridi de tenemento quod de eo tenuit[18] in prædicta villa. Ad quod respondit Galfridus quod noluit attornari[19] prædicto Willelmo nisi curia consideraret. Dixit etiam quod tenuit de dicto[20] comite duo tenementa, unum in villa prædicta et aliud alibi, et simul et semel feoffatus fuit de eisdem tenementis per unicum homagium et servitium, nec voluit homagium suum dividere, et facere duo ubi prius non fecit nisi unum, nisi curia consideraret, nec attornari[21] prædicto Willelmo. Et quia comes cognovit et concessit quod idem Galfridus faceret servitium eidem Willelmo de prædicto tenemento in prædicta villa in omnibus rebus, et quia idem Galfridus nihil ostendit in curia quare servitium illud eidem Willelmo facere non posset vel non deberet, consideratum fuit quod Willelmus haberet seisinam suam de prædicto servitio, salvo dicto comiti homagio de toto prædicto feodo. Et hoc ideo ut videtur, quia[22] homagium dividi nec attornari non[23] potuit contra voluntatem tenentis, licet servitium dividi posset[24] et attornari. Et sic videtur quod servitium attornari poterit in omni casu, et contra voluntatem tenentis, licet homagium non possit nisi in casibus supra dictis. Et unde si cum dominus servitium attornare voluerit, tenens noluerit attornari, et ipse cui attornatus fuerit districtionem fecerit, poterit tenens si voluerit illum[25] deadvocare cui fuerit attornatus. <Et iuste propter

[12] regni regis, OC, MG. [13] Hertfordiæ, OA, MC, CE. [14] Lancastriæ, MG; Cantuariensi, OC. [15] Gygeswille, OA; Gygenvilla, LA; Gingevilla, OB, MB, CM; Gyngeville, MC; Gisevilla, OC. [16] dederit, OB, MA, MB. [17] attornare, V, MG, Y, CM (corr. a-ri). [18] tenet, OA, LA, OC, MC. [19] attornare, OC, MG, CM, MB, V. [20] domino, OB, MA, MB, CM, MG, Y, CE, V. [21] attornare, MG, CM, MB, MA. [22] quod, OB, MB. [23] Om., OB, MA, MB, CM, MG, Y, CE. [24] possit, OB, MA, MB, MG, CM, Y. [25] ipsum, MG, CM, Y.

homagium quod durat adhuc inter dominum qui servitium attornavit et tenentem[26] suum.[27] Sed tamen propter hoc cessare non debet districtio pro[28] servitio,[29] quia districtio pertinet ad servitium habendum et non ad homagium quod[30] dominus retinuit. Et qui concedit alicui servitium, per consequens concedit districtionem, quia servitium concedere sine districtione nihil f. 82b] est, non magis quam si diceret quis, *Concedo tibi haustum in fonte meo, sed nolo quod habeas accessum ad fontem.* Et sic nulla erit concessio: et multa sunt exempla. Et unde si tenens deadvocaverit illum qui distringit pro servitio, non tamen cessare debet districtio pro[31] servitio, quia ista simul stare possunt, deadvocatio et districtio. Sed si[32] simul homagium[33] cum servitio, et sic fiat deadvocatio, dicunt quidam quod cessat districtio, nisi sit qui dicat quod si donatio et concessio stare non possit[34] ex[35] una causa,[36] videlicet[37] homagium,[38] tamen valere[39] debeat de servitio: et ita non deberet[40] cessare districtio[41] si ita[42] cum[43] unum tenere possit invito tenente, et aliud non, et nisi ita sit quod homagium dedicere non possit, et si dicat,[44] *Iniuste deadvocatus sum,* et hac ratione, quia finis inde factus est, vel homagium in curia regis recognitum et convictum, et[45] huiusmodi.> Et quo casu oportet quod sibi caute prospiciat, vel per breve de fine facto, vel per breve de warantia, et quod sequatur finis et cirograffum, vel ut paulo ante dictum est quod tenens summoneatur ad ostendendum cui faciat servitium suum, et similiter ille dominus qui attornavit, ad cognoscendum quid iuris clamat in prædicto[46] servitio, et tunc fiat[47] ut supra dictum est de prædicto Galfrido. Cum autem servitium sic attornandum fuerit, non magis debet attornari ad damnum et periculum ipsius tenentis nisi voluerit quam ipsum homagium, ut prædictum est. Non debet aliter facere quam prius fecit nisi velit, et secundum quod prius fecit, nec plus servitii, nec plures sectas, nec alibi quam solebat, quia si ille cui attornatus est hoc facere posset, ita tenens immodice gravaretur. Prospiciat igitur tenens cum[48] fuerit attornandus, quod de eo cui attornatus erit[49] cartam habeat sufficientem per quam se defendere possit[50] versus eum cui attornatus fuerit, quod plura servitia non exigat quam tenens suus ei facere teneatur, et per quam obligatus sit ille dominus ad warantiam et excambium, sicut fuit ille qui attornavit.

[26-27] tenentis sui, OA, OB, LA, MA, MB, MC. [28-29] per servitium, LA, OC; per servitio, MC; debet servitium per districtio pro servitio quia, OA. [30] quia, OC, MG, CM, OB, MB, V. [31] de, OA, LA, OC. [32] Om., OA, OC, CM, MB; a, MA. [33] pro homagio distringatur, V, MG; homagio, CM; hom. distringatur, OB, MA, MB, Y. [34] possint, OB, CE; possunt, OC; posset, V. [35-36] ex u. parte c., MA; pro una parte, OA, OC, LA, V. [37-39] scilicet cum homagium valere, LA, MC (tamen). [38] ex homagio, OB; homagio, V; homagium, OC, CE; hom., OA, MA, MB, Y, CM; om., MG. [40] debet, Y, CM, MG. [41-42] districtio si ita., CE; distr. si. Ita, OA; distr. Si ita, LA, MA, MC, OB, CM; distr. Et ita, MG. [43] tamen, LA, OB, MB, MC, Y (+ cum). [44] dedicat, MA, MB, OB (— si), Y (corr. si dicat); (ita dicat, CM). [45] vel, OB, MA, MB. [46] illo, MG, CM, Y. [47] fiet, OB, MB, CE, Y. [48] cui, OB, MA, MB, CE. [49] fuerit, CE, V. [50] posset, OB, MA, MB, CE.

Si dominus captionem homagii tenentis sui differat vel recuset per malitiam.

Item esto quod cum dominus obligatus sit ad capiendum homagium tenentis sui,[51] captionem illam differat vel recuset in fraudem forte, ne ei teneatur ad warantiam, quo casu multipliciter poterit tenenti[52] provideri. Relevatur imprimis a servitio ad quod nullo modo tenetur nisi capto homagio. Et si per placitum et iudicium capi debeat, dominus omnia arreragia amittet. Poterit etiam tenens si voluerit, oblato homagio coram pluribus in comitatu vel curia et præcise recusato, attornare se superiori domino capitali, et si ipse homagium recusaverit, alteri superiori: et ita de domino in dominum quousque pervenerit ad ipsum regem, qui est principalis dominus omnium descendendo, et ultimus[53] ascendendo, et heres ultimus omnium heredum. Cum autem tenens sic se attornaverit superiori domino, et ipse homagium suum ceperit, ille qui homagium recusavit ulterius servitium nec homagium petere poterit, et nihilominus tenebitur ad warantiam, hoc probato quod homagium iuiuste recusaverit, et illum sequetur servitium cui factum est homagium. <Et quid si superior dominus capitalis homagium talis recusaverit cum fuerit ei oblatum, postquam inferior dominus homagium[54] iniuste recusaverit? Nec ei fiet servitium non magis quam domino inferiori qui medius esse deberet, et sic dici posset de omnibus aliis superioribus dominis capitalibus.> Si autem sine causa tali, vel alia sufficienti, tenens per districtionem contra voluntatem suam homagium fecerit superiori vel extraneæ personæ, si verus dominus petat homagium, non poterit tenens
f. 83] recedere ab eo cui homagium fecit sine iudicio: et quo casu cum ipse verus dominus petat a tenente suo, quod faciat ei consuetudines et recta servitia quæ ei facere debet de libero tenemento, quod de eo tenet in tali villa, ut in homagiis, releviis, redditibus etcetera, et unde petit quod faciat ei homagium et relevium de tali feodo etcetera: et cum talis venerit et[1] cognoscit[2] quod de eo tenere debet feodum illud, et libenter faceret ei homagium et servitium si recedere posset[3] a tali domino, qui homagium suum cepit per districtionem, vel ipsum verum dominum penitus deadvocaverit,[4] dicendo quod nihil de eo teneat. Si autem ipsum advocaverit ut prædictum est, tunc summoneatur ipse[5] capitalis dominus superior vel extraneus non dominus, quod sit ad certum diem ad cognoscendum quid iuris clamat[6] in homagio et servitio prædicti talis, vel[7] ratione hereditatis, quæ fuit talis antecessoris ipsius tenentis in tali villa, et unde talis verus dominus, scilicet

[51] Om., OB, MA, MB. [52] Om., OB, MA, MB. [53] ulterius, OB, MA, MB, CE, MG, CM. [54] Om., OB, MA, MB, CE.

[1] aut, OA, LA, OC, MC. [2] cognoscat, OB, MA, MB; cognoverit, OC; recognoscit, CM. [3] possit, LA, OC. [4] deadvocat, OA, LA, MC; deadvocavit, V, CM, OC, OB. [5] ille, OB, MA, MB, CE, CM, MG. [6] clamet, OA, LA, CE; clam., MA. [7] Om., OA, LA, OC, CM.

in curia nostra etcetera, clamat homagium et servitium prædicti tenentis de eodem feodo. Quo casu cum talis venerit, poterit verus dominus dicere[8] quod homagium et servitium ad ipsum pertineat multis modis. Dicere enim poterit quod ad ipsum pertineat hac ratione, scilicet quia talis pater vel mater, avunculus vel matertera, vel alius antecessor talis tenentis talis, fuit homo talis patris vel matris, avunculi vel materteræ, vel alterius antecessoris illius[9] domini qui petat, et post talem antecessorem qui sic fuit in seisina, fuit alius[10] talis antecessor in seisina de homagio et servitio prædicti talis vel heredis sui talis, et sic de pluribus. Ad quæ respondere poterit ille qui summonitus est et excipere multis modis, quare homagium et servitium non pertineant ad petentem, ut si mutationes et donationes intervenerint: ut si tales antecessores vel eorum heredes de quibus fit mentio, postquam sic essent in seisina ut prædictum est, donationem fecissent[11] vel permutationem, vel recognitionem, vel remissionem per concordiam vel per iudicium post magnam assisam vel duellum, vel quod alius talis se gerit pro herede talis domini capitalis, et quod[12] ille qui petit non sit heres, et ita quod ipse iam pridem ipsum implacitavit per aliud breve de servitiis et consuetudinibus: et petere poterit iudicium, si de una et eadem re debeat simul et semel duobus respondere. Et sic cum ipse petens per iudicium recuperaverit, poterit ipse tenens per iudicium recedere de tali homagio. De tali materia habetis de termino Sancti Hillarii anno regis[13] Henrici sexto,[14] comitatu Dorsetiæ, de Alano de Sancto Georgio,[15] ratio[16] petendi.[17] Sed quod non dominus summoneri debeat, ut prædictum est in principio, habetis de termino Sancti Michælis anno regis Henrici nono incipiente decimo, comitatu Cantiæ, de Isabella de Hotot.[18] Cum autem tenens verum dominum suum deadvocaverit in iudicio ut prædictum est, et non domino fecerit homagium et servitium, cum omnino dominum suum deadvocaverit, vertetur placitum inter ipsum verum dominum et tenentem suum. Et unde imprimis videndum utrum dominus agat per breve de servitiis et consuetudinibus, vel per breve quod talis faciat ei homagium et servitium. Si autem per breve de servitiis et consuetudinibus, tunc refert utrum dominus agat super ipso iure vel super seisina homagii et servitii, scilicet utrum contineatur in breve quod faciat ei consuetudines et recta servitia quæ ei facere debet et solet, vel[19] tantum quæ[20] facere solet,[21] vel[22] tantum quæ ei facere[23] debet.[24] Si autem super ipso iure, qualecumque sit breve, et sive dominus

[8] docere, OA, LA, OC. [9] ipsius, V, CM; talis, MG. [10] illius, OB, MA, MB, CE, MG. [11] Om., OB, MA, MB. [12] Om., OB, MA, MB. [13] regni regis, OC, LA, MG. [14] octavo, OA; septimo, MG; decimo, OC. [15] Gregorio, LA, MC. [16-17] rem petendam, MG, V; rectum petendi, OC. [18] Hotot, V, OA, OB, LA, MC, OC, Y; Hoctoh., MA; Botoch, MB; Hotoch., CM; Hototh, MG; Hotoh., CE. [19-21] Om., MG, CM. [20] quod, MA, MB. [21-23] Om., OC. [22-24] Om., OA, OB, MA, MB, CE, Y, LA, CM, MC.

petat quod tenens faciat vel tenens petat quod dominus capiat[25] per breve de homagio capiendo, in utroque casu per interrogationes et responsiones f. 88b] perveniri poterit ad duellum vel magnam[26] assisam, nisi ita sit quod propter deadvocationem velit dominus terram petere in dominico per breve de recto ut supra dictum est. Cum igitur summonitus sit quis per breve quare non capit[27] homagium alicuius, et prætendat querens rationem quare ille qui summonitus est debeat homagium suum capere, et dicat quod pater suus tenuit de tali et homagium ei fecit, vel de tali alio antecessore et per tale servitium, et ita quod ille tali ratione tenere debeat de eo, et ipse homagium suum capere per servitium tale, poterit ipse de quo queritur defendere servitium et homagium factum, et præcise, quod ille querens nullam terram de eo tenet nec tenere debet, per campionem, vel ponere se in magnam assisam per hæc verba, scilicet utrum ipse de quo queritur maius ius habeat tenendi terram illam in dominico, an idem qui queritur tenendi[28] de eo. Poterit enim bene[29] esse quod talis querens vel antecessor suus homagium fecerint[30] antecessori eius de quo queritur, sed numquam seisinam habuit in vita antecessoris, vel quod ipse homagium tale[31] ceperit, et quod talis propria auctoritate et sine waranto et contra voluntatem donatoris se posuerit in seisinam: et unde petere poterit ut prædictum est terram in dominico. Et de hac materia habetis in itinere abbatis de Radinge et Martini de Pateshilla[32] in comitatu Warrewickiæ anno regis[33] Henrici quinto, de Roberto de Halgeforde,[34] qui petiit[35] coram eis quod quidam[36] caperet homagium et rationabile relevium suum de libero tenemento quod de eo tenuit, et de eo tenere clamavit in tali villa, et unde dixit quod pater suus tenuit de eo tantam terram per tale servitium, et ipse ita illam[37] tenere debuit de eo: et hoc obtulit[38] et petiit quod caperet homagium suum. Et talis venit et defendit quod non debuit inde homagium suum capere, quia terra illam tenere debuit in dominico, et sic posuit se in magnam assisam per verba supra dicta.

Si tenens propria auctoritate divertat se ad alium relicto domino suo et faciat ei homagium.

Cum autem quis a domino suo vel[39] non domino cui homagium fecerit et servitium, propria auctoritate divertit[40] ad alium et sine iudicio, nihilominus tamen tenebit homagium. Sed si cum servitium petat vel pro servitio

[25] recipiat, OB, MA, MB. [26] ad magnam, MG, CM, Y. [27] non capiat, V, MB. [28] tenendi eam, MG, V. [29] Om., OB, MA, MB. [30] fecerit, OC, V. [31] talis, LA, OB, MA, MB; tal., MSS. gen. [32] Pateshulla, OC. [33] regni regis, OC, MG. [34] Halgesford., LA; Algesford., OC, MC; Halgford., CM, MG; Balgeforde, OB; Halghestoke, MB. [35] petit, OA, OB, MB, MG. [36] quidem, OB, MC; quid., MA, MB, OC, CM, MG. [37] eam, MG, V. [38] oportuit, MG; oportet, LA, MC; opt., OA; o., CE, Y, CM. [39] vel a, OB, MA, MB, CM, MG. [40] diverterit, OA, V.

distringat[41] tenens suus ipsum omnino deadvocaverit, statim cessabit districtio. Et oportebit quod dominus sibi provideat alio modo sive ius habuerit in servitio sive non, ad seisinam suam repetendam, et hoc per breve de servitiis et consuetudinibus quæ ei facere solet, ita quod breve loquatur tantum de seisina et[42] non de iure, et tunc non erit ibi duellum nec magna assisa cum breve loquatur tantum de seisina.[43] <Et poterit tenens tenere de domino suo qui attornavit[44] servitium suum alteri cum districtione, et ita poterit tenens deadvocare eum cui servitium attornatum est. Sed in hoc casu non cessabit districtio propter deadvocationem. Sed si utrumque attornaverit de voluntate tenentis, aliud erit. Vel si utrumque deadvocaverit, dominum qui attornaverit et attornatum. Sed cum cessaverit districtio per deadvocationem, et dominus probare possit seisinam suam, et cum per deadvocationem tenentis incipiat esse non tenens, locum habere debet assisa novæ[45] disseisinæ.[46] Et ad hoc bona est ratio. Sed cum omnino deadvocatus fuerit dominus, nullum habebit breve de servitiis[47] et consuetudinibus, quia nihil clamat tenere de eo, igitur alio modo procedendum.[48]> Sed cum dominus petat servitium, et unde recenter fuit in seisina, aut tenens confitebitur vel nihil respondebit[49] ad proposita, vel omnino negabit et defendet.[50] Si autem confiteatur, planum est. Si autem nihil respon-
f. 84] deat, indefensus erit. Si autem negaverit, oportet quod petens probet intentionem et seisinam suam. Sed refert qualiter, quia si offerat probare per corpus hominis,[1] non iacebit duellum quia non agitur de ipso iure: nec si tenens[2] vellet se defendere per duellum, vel ponere se in magnam assisam, non iacebit[3] pari ratione, quia non agitur de iure. Oportet igitur de necessitate quod petens probet per patriam, et tenens per patriam se defendat, cum veritas sit sub dubio propter negationem tenentis. Et si tenens probare noluerit[4] per patriam, cum nullam aliam habuerit[5] probationem denegabitur ei actio. Sed cum se posuerit super patriam in[6] probatione deficiat,[7] amittet, sive ius habuerit sive non. Et licet ius habuerit, deficere tamen poterit probatio. Si autem tenens se ponere noluerit super patriam, cum nullam aliam habeat[8] defensionem, erit indefensus, et petens recuperabit, sicut videri poterit in assisis[9] ad exemplum, ubi querens vel petens ad intentionem suam probandam se posuerit in assisam, et tenens assisam recusaverit.

[41] distringatur, MA, MG. [42-43] Om., OB, MA, MB. [44] attornaverit, OA, MB, V. [45-46] Om., CE. [46] Om., OA, CM, Y. [47] servitio, OB, MB, CM. [48] procedendum est, MG, CM; proc. erit, V. [49] respondit, CM, V. [50] defendit, OC, V.

[1] Om., OC; cuiusdam liberi hominis, MG, V. [2] Om., OB, MA, MB. [3] iacebunt, OA, LA, MB, MC, V. [4] voluerit, OB, MA, MB, OC. [5] habeat, OB, MA, MB. [6-7] et in probatione defecerit, MG, V. [8] habuerit, MA, V. [9] assisa, V, CM, MA; assis., OB, OC, MB, MG, Y.

Si dominus medius cum servitium receperit a tenente suo non adquietaverit eum versus superiorem dominum.

Cum quis autem[10] tenentis sui homagium ceperit vel fidelitatis sacramentum, et servitium tenentis sui, et cum sit medius, tenentem suum versus superiorem dominum non adquietaverit, sed propriæ bursæ totum infuderit.[11] Hoc probato et[12] testificato coram probis et legalibus hominibus, poterit absque iuris iniuria se ipsum propria manu adquietare et facere servitium capitali domino, et ille qui medius est per obligationem homagii nihilominus tenebitur ad warantiam.

De illis qui tenentur ad sacramentum fidelitatis.

Dictum est in præcedentibus qualiter faciendum sit[13] homagium. Sed de illis qui tenentur ad sacramentum fidelitatis, sicut illi qui tenent in socagio libero vel ad vitam quocumque modo, qualiter fidelitatem facere debeant vel[14] quibus, satis perpendi poterit ex præmissis.

De releviis dandis.

Cum homagia capta fuerint et fidelitates ab illis qui plenæ ætatis extiterint, oportet statim quod tenementum quod fuit in manibus antecessorum, et hereditas quæ iacens fuerit[15] per eorum decessum relevetur in manus heredum, et propter talem relevationem facienda erit ad heredibus quædam[16] præstatio quæ dicitur relevium, de feodis[17] militaribus[18] et seriantiis et aliis de quibus fit homagium et regale servitium, vel de socagiis de quibus de iure nullum fieri debet homagium. Fit[19] quædam præstatio quæ non dicitur relevium sed quasi, sicut herietum quasi[20] loco[21] relevii, et quod dari debet aliquando ante sacramentum fidelitatis, aliquando post. Et unde videndum imprimis quale sit rationabile relevium, et quis debeat dare relevium, et quibus sit dandum, et quotiens et quando. Et imprimis de feodo militari.

Quid sit rationabile relevium.

Quale sit rationabile relevium antiquum de feodo militari distinguitur in carta libertatum,[22] scilicet de[23] baronia comitis integra[24] dandæ sunt centum libræ de herede comitis pro relevio. Et de herede baronis[25] pro baronia[26] integra centum marcæ. De herede militis de[27] feodo militis[28] integro centum solidi ad plus, et qui minus debuerit minus det, secundum quod tenuerit

[10] Om., OA, LA, MC, OC, V. [11] infunderit, OB, OC; infundit, MA. [12] vel, OA, LA, MC, OC, V. [13] est, V, MG, CM, Y. [14] et, OA, LA, MC; (in quibus verbis, OC). [15] fuit, V, CE, OA, MC. [16] quidem præstatio, MG, CM. [17-18] feodo militari, OB, MA, MB, CM. [19] fit tamen, OB, CM. [20] herietum loco, OA, OC. [21] a loco, MG; quod loco, MC; quod loco relevii datur, LA. [22] libertatis, MG, CM. [23-24] de comitatu integro, V, CM. [25-26] baronis de baronia baronis, OA, OC; baronis de baronia, LA, MC. [27] pro, MB, MA. [28] militari, CE, OB, MB; militum, MG.

tenementum militare plus[29] vel minus, et secundum antiquam consuetudinem feodorum. Et tale erit rationabile relevium de feodis[30] militaribus.[31]

Quis teneatur ad relevium.

f. 84b] ITEM quis dare debeat relevium. Et sciendum quod ille qui alicui succedit iure hereditario, et in[32] cuius persona relevatur hereditas quæ iacens fuit[33] per mortem antecessoris, et non alius. Non enim dabit relevium qui seisinam ingreditur ex aliqua causa adquisitionis, sicut ex causa emptionis vel donationis, nisi ingrediatur ex causa successionis.

Quibus teneatur.

ITEM quibus sit dandum. Et sciendum quod non nisi dominis capitalibus et propinquioribus feoffatoribus. Et si plures fuerint capitales domini gradatim ascendendo, quilibet heres relevium dabit[34] suo feoffatori et non aliis, vel ipsi domino regi, si forte tenuerit de eo in capite per servitium militare.

Item quotiens.

ITEM quotiens. Et sciendum quod non nisi semel tantum, scilicet quamdiu heres duraverit qui semel relevavit. Nec etiam propter mutationem dominorum, si capitales domini plures[35] decesserint de herede in heredem. Et quamvis hac de causa plura capienda sunt[36] homagia, et ratione dominorum sint[37] plura,[38] tamen unicum erit quantum ad tenentem quamvis sæpius innovatum, et ideo[39] unicum relevium. Item cum tenens semel relevium dederit, et contingat mutationem fieri dominorum ex causa donationis vel emptionis, per iudicium vel concordiam, vel alio quocumque modo, quamvis tenens aliquando diversis dominis qui adquisiverint teneatur ad homagium, vel si dominus de quo prius tenuit, propter delictum vel propter defectum heredum[40] sublatus sit de medio: cum tenens capitali domino superiori obligatus sit ad homagium, non propter hoc dabit relevium, cum hereditas in persona sua non decidat, quæ semel per ipsum fuit[41] relevata, quamvis deciderit[42] in persona sui domini capitalis per mortem vel mutationem, defectum vel delictum.

Item quando.

ITEM quando de feodo militari. Et sciendum quod post homagium factum, et[43] cum ei[44] fuerit[45] hereditas sua per dominum capitalem restituta, vel cum maior factus sine impedimento et contradictione se posuerit in vacuam

[29] Om., OB, MB. [30-31] feodo militis, OB; feodo militum, MG; feodo militari, MA, MB. [32] etiam, OB, MA, MB. [33] fuerit, MG, CM, Y. [34] Om., OB, MA, MB, CE, MG, Y. [35] pluries, OA, LA, MB, CM. [36] capienda sint, LA, MB, MC, CE; fuit, OC; fuerint, CM. [37-38] Om., CE, MC. [39] et omnino, OB, MA, MB, MG, Y; ideo omnino, V. [40] heredis, V, CM; hered., OB, OC, MG, MA. [41] fuerit, MG, Y. [42] deciderat, OB, MB; ceciderit, MG; desiderit, CM. [43] Om., OB, MA, MB. [44] Om., MB; enim, OB, MA. [45] Om., MA, MB; fuit, OC.

possessionem. De seriantiis vero nihil certum exprimitur quid vel quantum dare debeant heredes. Et ideo iuxta voluntatem dominorum dominis satisfaciunt[46] pro relevio, dum tamen ipsi domini rationem et mensuram non excedant. Item femina quæ semel in custodia fuerit, vel cum plenæ ætatis extiterit semel relevium dederit, imperpetuum quieta erit a[47] relevio, tam ipsa quam vir suus, si postmodum nupserit post custodiam vel relevii dationem,[48] nec etiam si plures:[49] nec si[50] uxor præmoriatur vir iterum dabit relevium, quia tenet homagium prius factum ad vitam suam, et tenementum tenebit semel relevatum quod in persona sua non decidit,[51] nec ipse succedit ut heres. Sed cum vir moriatur, tunc decidit hereditas et extinguitur homagium in persona sua: et quia durat obligatio homagii in persona heredis, heres homagium faciat[52] et relevet[53] tenementum, ad quod prius non tenebatur in vita viri, quia tenuit homagium tota vita ipsius viri. Nec debuit capitalis dominus duo homagia capere simul et semel et[54] a[55] duobus ratione unius hereditatis non partitæ. Et sic non tenetur quis de uno tenemento plura dare relevia non magis quam facere plura homagia. Nec debet aliquis plura recipere[56] relevia[57] ab uno et eodem tenente, sed plura poterit[58] recipere a pluribus heredibus tenentibus successive. Et de hac materia habetis de termino Sancti Michælis anno regis[59] Henrici nono incipiente
f. 85] decimo, comitatu Staffordiæ, de Herveo Bagot[1] et Rogero de la Suche,[2] et Margeria Bagot quæ feodum suum tenuit de prædicto Rogero, et unde idem Rogerus fuit medius inter eos, et Margeria districta eo quod idem Rogerus non dedit relevium ipsi Herveo. Et unde Rogerus respondit quod nullum debuit relevium,[3] et quod[4] frater suus cuius heres ipse fuit inde fecit homagium et relevium eidem[5] patri ipsius Hervei, et ipse Rogerus post mortem fratris sui fecit homagium et relevium eidem, et postea fecit homagium matri ipsius Hervei de cuius feodo ipse tenuit id quod tenuit, et post fecit homagium ipsi Herveo ratione cuius homagii idem Herveus petiit relevium: et unde Rogerus petiit iudicium, si teneretur ad plura relevia de uno tenemento quam ad unum, cum semel haberet illud relevatum. Consideratum fuit quod Margeria et Rogerus quieti et Herveus in misericordia et quod Margeriæ satisfaceret de damnis suis. Nullus autem qui adquisiverit aliquo genere adquisitionis vel qui dominum[6] mutaverit,

[46] satisfaciant, V, CM; satisfacient, MG. [47] de, V, MG. [48] donationem, V, CE, OC. [49] pluries, OA, OC, MB; plures habuerit viros, CE. [50] etiam si, MB, V. [51] decidat, MA, MB, MG, CM, Y. [52] faciet, OB, MA, MG, CM. [53] releviet, OB, MB, MG, CE, CM, MC. [54-55] de, OB, MA, MB; a, OC, Y; et, MG. [56] capere, OB, MA, MB, CE, Y, CM, MG. [57] Om., V, OB. [58] possit, MG, V. [59] regni regis, OC, MB, MG, V.

[1] Baggot, Bagoth, Bigot, Bacgot, Balgot, Bagod, MSS. var. [2] Zusche, V; MSS. var. [3-4] relevium quod, MA; rel. quia, V, OA, LA, OC, MC. [5] Om., OA, LA, OC, V. [6] dominium, V, MA.

vel quacumque ratione ad vitam tenuerit, relevium dabit. Item nec ille qui aliquam duxerit in uxorem quæ aliquamdiu extiterit in custodia domini sui. Item nec ille qui quacumque[7] ratione[8] fuerit in custodia plus vel minus, dum tamen dominus nomine custodiæ receperit ad valentiam unius oboli. Item nec ille qui semel relevium dederit quamdiu vixerit aliud dabit. Possunt tamen quidam[9] esse sub custodia et nihilominus relevium dabunt, quamvis[10] fuerint infra ætatem, sed tunc demum dabunt[11] cum pervenerint ad ætatem et non ante. Sed hoc est speciale in rege propter suum privilegium, ut si quis per feoffamentum ipsius domini regis tenere debeat de eo in capite et heredibus suis in feodo, pure sine aliqua condicione, vel[12] sub condicione,[13] dum tamen ipse rex teneatur ad warantiam et excambium, ipse rex[14] habebit custodiam omnium terrarum quas[15] talis tenuerit de aliis per servitium militare, de cuiuscumque feodo fuerint, usque ad ætatem heredis. Et cum talis ad ætatem pervenerit, restituta ei hereditate dabit relevium dominis suis et non prius, quia tenementum prius distringi non poterit quod[16] extiterit in manu domini regis, nec tenementa eorum qui tenuerint de antecessoribus heredis, licet videatur quod distringi possint,[17] quia heres infra ætatem homagium capere poterit et facere, et quod statim sequi debeat relevium homagium[18] captum. Item esto quod heres sit astrarius, vel quod aliquis antecessor restituat heredi in vita sua hereditatem et se dimiserit, videtur quod nullo tempore iacebit hereditas. Et ideo[19] quod relevari non[20] possit nec debeat, nec relevium dari. Sed re vera quotienscumque quis ingreditur ut heres et per decessum,[21] relevatur hereditas in persona eius, et erit relevium dandum statim post homagium captum, quod quidem non fieret nisi ingrederetur ut heres. Item quæritur an libere tenentes alicuius heredis ad relevium dandum teneantur contribuere. Non ut videtur, sive sint propinquiores tenentes sive remotiores, cum quilibet de morte antecessoris proprii teneatur ad relevium suo feoffatori. Item quæritur si cum quis fuerit infra ætatem et in custodia domini sui, et tenens suus moriatur, herede relicto qui fuerit infra ætatem, in cuius custodia esse debeat. Et est verum quod in custodia illius[22] domini capitalis sub cuius custodia est heres et warantus suus, cum omnibus terris, tenementis[23] et[24] redditibus quæ sunt f. 85b] de feodo illius domini capitalis, sed non ea quæ sunt de feodo alieno, quia tunc pertinebit maritagium heredis et custodia terræ ad domi-

[7] qualitercumque, OB; tamen cumque, MC; quantumcumque, OA, LA, OC. [8] Om., OA, OB, OC, LA, MA, MB, MC; (fuit, OB, MB). [9] quidem, OB; quid., MA, MB, OC, Y. [10-11] Om., OB, MA, MB. [12-13] Om., OA, OB, MA. [14] dominus rex, OB, MB. [15] quæ, V, OA, OB, OC, CE, MA, MB, MC; quam, MG. [16] eo quod, V, CM. [17] possunt, V, MA, MG; possent, Y. [18] post homagium, V, MB. [19-20] quod relevari ideo non, OB, MA, MB. [21] descensum, OA, LA, V; decensum, OC. [22] ipsius, OB, MA, MB, CE, CM, Y, MG. [23] Om., CE, Y, MG. [23-24] Om., OB, MA, MB.

num capitalem de cuius feodo fuerit. Si autem talis fuerit plenæ ætatis, videndum cui facere debeat relevium, domino capitali vel suo waranto, cum statim capi possit homagium quamvis heres et warantus suus infra ætatem extiterit, et cum captum sit homagium, statim sequi[25] debet[26] relevium, et per hoc quod statim sit domino capitali solvendum. Sed videtur secundum quosdam quod quamvis relevium sequatur homagium, quod non sit ante ætatem waranti solvendum. Esto etiam quod tenens tenentis alicuius cum domino suo talem fecerit conventionem, quod post mortem suam heres suus si infra ætatem fuerit non sit sub custodia sua, sed sub custodia parentum suorum proximorum consanguineorum, vel si plenæ ætatis extiterit, quod nullum det[27] relevium. Et contingat postmodum quod talis dominus medius moriatur, herede infra ætatem relicto, et qui[28] cum fuerit sub custodia domini sui, petat idem dominus suus custodiam heredis secundi tenentis cum fuerit infra ætatem, vel relevium cum plenæ ætatis extiterit. Obicitur a parentibus conventio. Replicatur a domino quod factum tenentis sui non potuit ei auferre custodiam vel relevium, quod ei competiit[29] ratione heredis proximi tenentis sui in custodia sua existentis. Responsum est ei ex adverso quod nihil iuris clamare poterit in prædictis, non magis quam ille qui est in custodia sua[30] si esset plenæ ætatis, quia si ille peteret, obstaret ei conventio: quod quidem verum est, quod dominus capitalis nihil clamare potest. Sed distinguendum est[31] utrum heres aliquis illius, cui talis facta fuit conventio, numquam[32] fuerit[33] per talem concessionem sub custodia parentum cum esset infra ætatem, vel plenæ ætatis quietantiam haberet de relevio. Et quo casu præfertur conventio propter seisinam antecessoris, qui obiit seisitus de quietantia, et quia dominus et feoffatus suus quando obiit non fuit in seisina. Si autem tenens numquam quietantiam habuerit,[34] sed dominus obierit seisitus, dominus capitalis contra parentes obtinebit non alia ratione, nisi quia heres tenentis sui infra ætatem ad cartas et contra conventionem respondere non poterit.

Si de socagio dari debeat relevium et quid.

DICTUM est de relevio quod præstatur de feodo militari. Nunc autem videndum si de socagio dari debeat relevium, cum[35] de socagio non competat[36] domino capitali custodia neque homagium, et ubi nulla custodia, ibi[37] nullum relevium, sed e contrario.[38] Re vera de socagio nulla domino capitali competit[39] custodia, sed parentibus ut prædictum est, neque homagium,

[25-26] sequitur, MA, MB. [27] det, OB, OC, MB, CE; d. (debet?), OA, LA, MC, MA, MG, Y; debet dare, CM; dabit, V. [28] Om., MG, CM. [29] competit, ÇE, V. [30] Om., OB, MA, MB. [31] Om., OA, LA, Y, MC; erit, OC. [32] umquam, OA, LA; uniquam, OC. [33] fuit, OB, MA, CE. [34] habuit, OB, MA, MB, MC, MG, Y. [35] cum autem, MG, CM, Y. [36] competit, MG, CM. [37] Om., MG, CM, (+ Y). [38] Sed e contrario re vera, MSS. var. [39] competat, MA, V.

licet in quibusdam partibus de consuetudine et per abusum observetur contrarium, sicut in episcopatu Wintoniensi et alibi. Et cum ita factum sit[40] quamvis per abusum, oportet quod de custodia et relevio fiat secundum[41] quod fit de feodo militari. Et quod de socagio non datur relevium, nec competit domino custodia nec maritagium, habetis de termino Sancti Michælis anno regis[42] Henrici septimo incipiente octavo, comitatu[43] ——, circa finem rotuli. Et quamvis hereditas non relevetur in persona heredis sokemanni per manum domini capitalis, sed parentum, fit tamen[44] domino capitali quædam præstatio ab herede propter dominium,[45] et quæ prædictis rationibus dici non poterit relevium, et quæ talis est, videlicet cum teneatur sokemannus defendere tenentem suum erga dominum suum per certum redditum in pecunia numerata, vel per quid tale, quod tantundem valeat, quæ consistunt in pondere, numero, vel mensura, in solido vel in liquido, sicut in frumento, vino, vel oleo, secundum quod redditus diversimode accipiuntur[46] loco relevii in recognitionem dominii.[47] Dabit tenens domino suo[48] et
f. 86] heres una vice redditum suum[1] unius anni duplicatum, sed[2] non quod solvat redditum et postea duplicatum,[3] sed quod solvat redditum et postea tantundem in simplum. Sed refert utrum hoc facere debeat heres cum fuerit infra ætatem, ante vel post fidelitatis sacramentum ad similitudinem homagii, ubi non est dandum relevium ante homagium captum.

Si de feodi firma et quid.

QUID autem fieri debeat de tenemento quod tenetur ad feodi firmam, non est aliquid certum determinatum sicut in præmissis. Sed tamen videndum quod ratio observetur et rationabilis sit præstatio et relevium, sicut rationabile debet esse cuiuslibet auxilium, habito respectu tam ad personam domini quam tenentis, quod præstatio sive donum[4] deceat tenentem dare et dominum recipere, secundum facultates tenentis qui dat et necessitatem domini qui accipit, et ita quod præstatio non gravet tenentem nec egentem dimittat accipientem. Non enim debet esse id quod præstatur maximum neque[5] minimum. Item neque maius quam expediat danti nec minus quam[6] deceat accipientem. Item nec magnum nec parvum, sed medium. In omni autem rationabili præstatione observetur medium, cum sit modus in rebus etcetera.[7] Cum autem in huiusmodi fiat excessus, non tenebit ulterius modus vel men-

[40] Om., OB, MA, MB. [41] illud, OB, MA, MB. [42] regni regis, OC, MB, MG, CM. [43] Om., OA, LA, OC, MC; com. Eboraci, MG, V. [44] tamen de necessario, V, MG (— tamen). [45] dominium et domini recognitionem, V; domini recognitionem, MG, CM, Y; dominum, LA; dominum regem, MC; domini reg., CE. [46] accipiantur, MG, CM, Y. [47] domini, OB, MA, MB, MG, CM, Y, OC, MC. [48] Om., OA, LA, OC.

[1] Om., OA, LA, OC. [2-3] Om., OB, MA, MB, CE, CM, MG, Y. [4] donum fiat secundum quod, V; fiat secundum quod, MG. [5] vel, OC, V; nec, CE, CM. [6] quod, V, MA. [7] Om., OB, MA, MB.

sura, nec erit rationabilis præstatio vel auxilium. Est quædam[8] alia præstatio quæ nominatur herietum, et quæ nullam comparationem habet ad relevium, scilicet ubi tenens liber vel servus in morte sua respicit dominum suum de quo tenuerit[9] de meliori averio suo, vel de secundo meliori, secundum diversam locorum consuetudinem, quæ quidem præstatio magis fit de gratia quam de iure, et quæ heredem non contingit.

De custodia heredum.

DICTUM est supra de heredibus maioribus institutis, et qui tenentur ad homagia et relevia, et qui ad fidelitatem. Nunc autem dicendum est de illis qui minores sunt et infra ætatem, et quos oportet esse sub tutela et[10] cura[11] aliorum eo quod se ipsos regere[12] non norunt, et quorum quidam esse debent sub custodia dominorum cum terris et tenementis quæ sunt de feodo eorum, et quidam sub custodia parentum et proximorum consanguineorum, ut prædictum est, et[13] quibus dantur aliquando custodes a[14] iure de antiquo feoffamento, et aliquando curatores ab homine ubi quis aliquem feoffaverit infra ætatem existentem, cum ipse curator esse non possit similiter et custos. Competit quidem aliquando domino capitali custodia terræ quæ est de feodo suo per se et non custodia heredis, nec maritagium cum heres fuerit maritandus, et quandoque competit domino[15] custodia utriusque. Item sunt heredes de quibus constat quod maiores sunt, et de quibus constat[16] quod minores, et de quibus dubium erit utrum maiores sint[17] vel minores. Et quo casu, cum constiterit quod minores sint, sub custodia dominorum remanebunt de feodo militari donec plenam habuerint[18] ætatem, vel aliorum secundum diversa genera tenementorum. Si autem dubium fuerit utrum maiores[19] fuerint vel minores,[20] in hoc dubio in custodia remanebunt donec constiterit de ætate. Sunt autem diversæ ætates secundum diversitatem heredum et tenementorum. De feodo vero militari habebit heres plenam ætatem f. 86b] cum vicesimum primum annum impleverit et vicesimum secundum attigerit. Si vero fuerit heres et filius sokemanni, tunc demum cum quindecim annos compleverit. Si autem filius burgensis, tunc ætatem habere intellegitur cum denarios discrete sciverit numerare et pannos ulnare, et alia negotia paterna similia[21] exercere. Sed sic non definitur[22] certum tempus, sed per sensum et maturitatem. Femina vero plenæ poterit[23] esse ætatis in socagio omni casu cum possit et sciat domui suæ disponere, et ea facere quæ pertinent ad dispositionem et ordinationem domus, ut sciat quæ

[8] quidem, V, OA, OC. [9] tenuerit respicit de, V, OA, OC. [10-11] Om., OA, LA, OC. [12] gerere, OB, MA, MB. [13] Om., OB, Y, MG. [14] de, OA, MA, Y. [15] Om., OB, MA, MB. [16] Om., OB, MA, MB, CE, MG, Y. [17] sunt, V, MG, Y. [18] habeant, OB, MA, MB; habuerit, CM. [19-20] minores extiterint vel maiores, OB, MA, MB. [21] similiter, MG, OC, Y. [22] diffinitur, MSS. [23] possit, MC, LA.

pertineant ad *cove and keye,*[24] quod quidem esse non poterit ante quartum decimum annum vel quintum decimum, quia huiusmodi ætas requirit discretionem et sensum. Item vires requirit ætas socagii et discretionem et sensum, quod heres sokemanni possit et sciat ea exercere quæ pertinent ad agriculturam. Item maiores vires et maiorem sensum et discretionem requirunt ea quæ pertinent ad servitia militaria, ut heres videlicet in servitio militari talem habeat robustatem quod possit arma portare quæ sufficiant ad officium suum militare, secundum diversa genera tenementorum et servitiorum. Item est ætas placitandi et petendi restitutionem propriæ seisinæ vel alicuius antecessoris. Et est ætas placitandi et petendi proprietatem, et respondendi super proprietate, quia qualitercumque possessionem adquirere possit infra ætatem, ante plenam ætatem vicensimi primi anni non respondebit nec etiam[25] implacitabit[26] super proprietate respondendo, licet possit aliquando petendo in[27] feodo militari[28] cum plenæ ætatis fuerit sicut de socagio. <In[29] socagio potest et debet respondere sicut et petere.>[30] Et hæc vera sunt nisi[31] implacitatus fuerit de facto suo proprio, et[32] si feoffatus fuerit infra ætatem, vel si fecerit disseisinam. Quando autem petere possit[33] minor cum sit infra ætatem, et quid et quando respondere, dicetur infra plenius de exceptionibus quæ proveniunt ex minori ætate in placitis et assisis. Femina vero heres et masculus secundum quosdam ad paria iudicantur quoad omnes ætates secundum diversitatem tenementorum, scilicet quod habeat ætatem burgagii sicut masculus et socagii sicut masculus, scilicet quindecim annorum, et feodi militaris sicut masculus, scilicet viginti[34] unum annorum,[35] et quod tunc primo finiatur custodia. Secundum alios vero dicitur femina habere plenam ætatem cum quindecim annos[36] compleverit, quoad feodum militare: tunc enim poterit ut dicunt domui suæ[37] disponere, et nubere viro qui possit per se vel per alium militaria exercere. Et ideo prius ad ætatem pervenit, quia magis doli capax est quam masculus, et quia maturiora sunt vota mulieris quam viri. Sed si ita esset, sic plenam haberet ætatem cum esset duodecim annorum, quia tunc esset viri potens et posset virum sustinere, per quod videtur quod quoad ætatem non sit differentia inter masculum et feminam, quod falsum est. <Sed si ita,[38] tunc sequeretur inconveniens illud, quod infra legitimam ætatem unius et vicensimi anni

[24] cone and keye, V, MSS. var.; cofre and keye, OC. [25] Om., MG, CM. [26] implacitabit nec etiam implacitabitur, V; placitabit, LA, OA, OC; implacitabitur, OB; xxi anni non in feodo militari. in socagio. potest et debet. et respondere sicut petere. respondebit nec etiam pacitabit super proprietate respondendo licet possit aliquando petendo. Cum plenæ, OA. [27-28] Om., LA, OC; feodo militari. in socagio . . . et petere cum plenæ, MB, CE, OB, MA, MC, CM, MG, Y. [29-30] Om., LA, OC. [31] ubi, MSS. var. [32] ut, MG, CM, Y. [33] poterit, MG, CM, Y. [34-35] xxi anni, OB, OC, LA, Y, CE, MC, CM. [36] annos quod verum est, V, OA, LA, OC, MC. [37] Om., OB, MA, MB. [38] ita sit, MG; ita esset, V.

possit placitare et implacitari per breve de recto, et respondere ante tempus legitimum, et cum esset quatuordecim vel quindecim annorum. Et unde videtur quod talis ætas intellegenda sit de socagio et non de feodo militari, quia in tali ætate potest disponere domui suæ et habere *cove and keye,* et septimo anno consentire matrimonio, et virum sustinere anno duodecimo.> Plenam itaque custodiam habent domini capitales feodorum suorum omnium sine personis heredum, quandoque[39] cum personis eorum,[40] et ita quod inde plenam habent dispositionem in ecclesiis conferendis cum vaca-
f. 87] verint, et in custodiis concedendis, dandis, et vendendis, et in mulieribus maritandis, et maritagiis vendendis si quæ fuerint maritandæ, et generaliter de omnibus disponere ad commodum heredis, sicut de propriis essent disposituri, et melius si possint. Et vendere possunt custodiam terrarum et maritagium heredum si non fuerint maritati. Sed de hereditate nihil alienare possunt ad remanentiam. Heredes autem quamdiu fuerint in custodia pro quantitate hereditatis honorifice exhibebunt, et debita hereditaria adquietabunt pro quantitate hereditatis, et pro rata, secundum tempus custodiæ. Negotia vero heredum agere possunt, et de eorum iure adquirendo in quibus minoribus placitare licet placitum movere, et prosequi de iure possessorio, propriæ seisinæ videlicet vel alicuius antecessoris. Sed super[1] recto in causa proprietatis pro illis agere non possunt nec respondere, nisi hoc sit in casu scilicet de aliquo de quo minor infra ætatem fuerit feoffatus. Si vero minor de felonia infra ætatem fuerit appellatus per salvos et securos plegios attachiabitur. Sed dum fuerit infra ætatem inde respondere non tenebitur, sed tunc demum maior factus. Item custos quamdiu custodiam[2] terræ[3] habuerit, sustentet domos, parcos, vivaria, stagna, molendina, et[4] omnia ad[5] terram illam pertinentia. Et de exitibus terræ eiusdem reddat heredi cum ad plenam ætatem pervenerit, terram illam[6] suam[7] totam[8] instauratam de carucis et omnibus aliis, et saltem non minus quam secundum quod illam instauratam invenit. Item nihil capiet de terra heredis dum fuerit infra ætatem nisi rationabiles exitus, et rationabiles consuetudines, et rationabilia servitia, et hoc sine destructione et vasto hominum vel[9] rerum. Quod si fecerit, sive procedat[10] prohibitio sive non, amittet custodiam, et emendabit damnum, et tradetur[11] propter delictum talibus legalibus et discretis hominibus vel propinquioribus consanguineis, secundum quod inferius dicetur de actionibus. Si autem dominus rex quacumque de causa custodiam alicuius terræ habuerit, et illam vicecomiti vel

[39] quandoque et quandoque, Y, CM; et quandoque, MG. [40] eorundem, OB, MA.

[1] non semper, CE, MC; non super, OA, OB, LA, MA, MB (+ non); non erit super, OC. [2-3] terram, OB; terras, MA; terræ, MB. [4-5] et cetera omnia ad, V; et cetera ad, OA, LA, OC, CE, MC. [6] Om., OA, LA, CM, MC. [7] Om., OC. [8] Om., CE, MA. [9] et, V, CE, MG. [10] præcedat, V, OA, MC. [11] tradetur terra, V, MG, CM, Y.

alteri tradiderit, qui de exitibus regi debeat respondere, et talis destructionem fecerit vel vastum, ille dominus rex a tali capiat custodiam et emendam, et terra committetur[12] duobus legalibus et discretis hominibus de feodo illo qui de exitibus respondeant domino regi, vel ei cui dominus rex illos exitus assignaverit. Si autem illam dederit vel vendiderit alicui qui destructionem vel vastum inde fecerit, amittet custodiam illam et tradetur duobus, ut prædictum est. <Cum[13] sit heres masculus vel femina et[14] plures domini capitales,[15] omnes maritagium heredis habere non possunt, licet omnes ius habuerint in maritagio, quod[16] talis heres tenuerit de quolibet per servitium militare. Unus tamen plurimum præfertur omnibus et maius ius habet in maritagio, scilicet primus feoffator dominus capitalis de quo antecessor heredis suum primum habuerit feoffamentum, et cui præ omnibus aliis fecit ligeantiam. Sed custodia terrarum aliis dominis remanebit quæ sunt de feodis illorum cum servitiis. Sed si aliquis heres terram aliquam tenuerit de domino rege in capite, sive alios dominos habuerit sive non, dominos rex aliis præfertur in custodia heredis, et sive ipse heres ab aliis prius feoffatus fuerit vel posterius, cum rex parem non habeat neque superiorem. Cum igitur dominus rex aliis præferatur tam in custodia terræ de f. 87b] cuiuscumque feodo fuerit ut supra dictum est, si aliquis tenuerit de eo hereditatem aliquam per feodi firmam, socagium vel burgagium, et de alio teneat terram per servitium militare, non habebit rex custodiam heredis vel terræ alicuius quam tenet de alio per servitium militare, nec etiam occasione alicuius parvæ seriantiæ quam tenuerit de domino rege per servitium reddendi ei cultellos vel sagittas vel huiusmodi.[17]> <Item[18] si dominus rex tenuerit aliquam baroniam vel aliam terram ut eschætam suam, scilicet ubi heredes non apparuerint propter defectum vel[19] delictum, vel si heredes extiterint cum[20] non sunt ad fidem domini regis, sicut de terris Normannorum et Flandrensium, et aliquis tenens de tali baronia vel terra moriatur, heres eius non dabit aliud relevium domino regi, nec aliud faciet servitium quam faceret baroni vel Normanno, si illa esset in manu baronis vel Normanni. Nec alio modo eam tenebit quam[21] baro eam tenuit[22] vel Normannus, nec occasione tali baroniæ vel eschætæ habebit rex aliquam eschætam vel custodiam hominum de baronia illa vel eschæta tenentium, nisi alibi tenuerint alia tenementa de domini rege in capite illi qui tenementum tenuerint[23] de baronia illa vel eschæta, nisi sit ita quod ipse dominus rex tales feoffaverit de eadem baronia vel eschæta de aliqua parte tenendi[24]

[12] committatur, V, MA, CM. [13-17] Om., OB, MA, MB, MG, CE, CM, Y; *sic*, OA, OC, LA, MC. [14-15] Om., LA, MC. [16] eo quod, MC, LA, V; quia, OC. [18-20] Om., OB, MA, MB, MG, CE, CM, Y; *sic*, OA, OC, LA, MC. [19] vel propter, V, OC. [20] tamen, OA, LA, OC, MC. [21-22] quam baroniam tenuit, OC. [23] tenuerunt, LA; tenuerit, V, OA. [24] tenendum, V.

de eo hereditarie, pure, et sine aliqua condicione,[25] et ad quam warantizandam obligaverit se et heredes suos. Si autem tenuerit quis de domino rege seriantiam magnam, perinde habebit rex custodiam ac si de eo teneretur per servitium militare. Magna autem dici poterit secundum quosdam ut si valeat centum solidorum, et si tantum habebit rex custodiam omnium aliorum etiam si valeret mille marcas. Et cum tali ratione sint aliorum feoda in manu domini regis, prædicta ratione alii capitales domini feodorum illorum nihil exigere poterunt de terris et tenementis illis, nec in servitiis nominatis, nec in auxiliis ad filiam maritandam vel filium primogenitum militem faciendum, vel etiam sectis, quamdiu terræ fuerint in custodia domini regis, sed præcipietur vicecomiti quod pro huiusmodi distringere non permittat. Parvæ autem seriantiæ dici poterunt quæ sunt dimidium marcæ vel quinque solidos, ut si quis teneatur invenire domino regi equum et saccum cum brochia eunti[26] in Walliam cum exercitu et huiusmodi, ut de termino Sancti Hillarii anno regis[27] Henrici septimo decimo, comitatu Cantiæ, de Warino de Monte Kanisio et Roberto de Hucham. Item per servitium equitandi cum dominis vel dominabus, vel tenendi curiam, vel portandi brevia vel[28] huiusmodi.[29]>

De herede sokemanni, sub cuius custodia esse debeat.

Heres vero sokemanni mortuis antecessoribus suis sub custodia capitalium[30] dominorum non erit,[31] sed sub custodia consanguineorum suorum propinquiorum, hoc est eorum qui coniuncti sunt iure sanguinis et non iure successionis, hoc est propinquiorum heredum quibus posset aliquod ius descendere, sive propinquiores sint sive propinqui vel[32] remoti: et illis competit custodia ex parte quorum non descendit hereditas, ut si descendat ex parte patris pertinet ad matrem custodia, cum sit parens propinquior propter propinquitatem sanguinis, qua deficiente vocatur pater matris vel mater, et illis deficientibus frater vel soror, et deficientibus illis avunculus vel amita. Si autem hereditas descendat ex parte matris, tunc fiat e contrario. Et regulariter verum est quod numquam remanebit aliquis in custodia alicuius de quo haberi possit[33] suspicio quod velit ius clamare in ipsa[34] hereditate. Et
f. 88] unde si plures sint filiæ et heredes et tenere debeant in socagio, nulla debet esse in alterius custodia, sed sint in custodia consanguineorum modo quo prædictum est. Si autem tenere debeant per servitium militare, omnes erunt sub custodia domini capitalis, et nulla earum sub custodia alterius propter prædictam suspicionem, et donec plenam habuerint[1] ætatem. Et cum quælibet illarum ad ætatem pervenerit, tenetur dominus

[25] contradictione, LA, MC. [26] eundi, OA, OC. [27] regni regis, OC. [28] et, OC, LA, MC. [30] Om., OB, MA, MB. [31] erunt, V, OA, OC. [32] sive, V, MA. [33] posset, V, OB; om., MA. [34] illa, OB, MA, MB, CE, CM, Y.

[1] habuerit, V, MG.

earum eas maritare singulas cum suis rationabilibus portionibus. Et si ab initio omnes maiores extiterint, nihilominus in custodia dominorum erunt donec per consilium et dispositionem dominorum maritentur, quia sine ipsorum dispositione vel assensu, mulier hereditatem habens maritari non potest, nec etiam in vita antecessoris[2] de iure sine assensu domini capitalis. Quod si olim fecissent, hereditatem amitterent sine spe recuperandi, nisi per solam gratiam. Hodie tamen incurrunt aliam pœnam, sicut inferius dicetur, et hoc ideo ne cogatur dominus homagium capere de capitali inimico vel de alio minus idoneo. Cum autem quandocumque licentia et consensus domini requiratur, tenetur dominus aut[3] consentire aut iustam causam ostendere quare consentire non debeat: et cum nullam causam ostenderit nec consentire velit, poterit mulier de consilio parentum impune et licite maritari. Ex hoc autem sequitur quæstio si mulier dotem habens possit pro voluntate sua alicui nubere, præter assensum[4] waranti sui de dote sua, et si fecerit si debeat dotem[5] amittere, cum maritus suus inde nullum homagium waranto suo facere teneatur, sed cum affidatione fidelitatem tantum, cum olim ex tali causa dotem amitteret, nunc autem[6] non amittet. Cum femina plenæ ætatis heres extiterit, et de feodo plurium dominorum tenere debeat, tunc sufficiet[7] ad se maritandum requirere assensum domini capitalis primi feoffatoris et cui antecessores sui fecerunt[8] ligeantiam. Item cum semel legitime maritatæ fuerint, et postea viduæ effectæ, iterum non tenebuntur sub custodia dominorum, licet teneantur assensum eorum requirere maritandi se, ratione prædicta. Solet dici aliquando quod putagium hereditatem non adimit generaliter. Sed hoc non est intellegendum de putagio filiarum et heredum, sed de putagio matris, quia filius legitimus heres est quem nuptiæ demonstrant, quia præsumitur quis esse filius eo quod nascitur ex uxore, dum tamen talis non sit præsumptio quod admittat probationem in contrarium, secundum quod supra in parte dictum est. In custodia socagii ubi plura sunt feoffamenta tenendi in socagio, non erit requirendum de prioritate vel posteritate[9] feoffamentorum, cum tantum unus sit custos consanguinitatis iure parens propinquior. Nec multum refert utrum talis legitimus sit vel bastardus. Et hæc vera sunt quod locum non habebit prioritas et[10] posteritas,[11] nisi ita de consuetudine sit quod ad dominos capitales pertinere debeat custodia et maritagium de socagio sicut de feodo militari, sicut observatur in episcopatu Wintoniensi et alibi. Et unde si plura sint feoffamenta in socagio et a pluribus, ubi talis observatur consuetudo erit ad prioritatem recurrendum. Et si non sit nisi unus talis dominus

[2] antecessorum, V, MA; antecess., MSS. var. [3] Om., V, CE, Y, MG, CM. [4] consensum, OB, MA, MB. [5] dotem suam, V, OA, LA, OC, MC. [6] tamen, V, OA, LA, MC. [7] sufficiat, MG, CM, Y, OC. [8] fecerint, V, MG. [9] posterioritate, V, OB, OA, MA, Y. [10] nec, MG, Y. [11] posterioritas, MSS. var.

capitalis qui tale habeat privilegium, et alii unus vel plures[12] non, credo[13] in hac parte privilegium esse præferendum. Esto etiam quod quis de uno tenuerit in socagium et de alio per servitium militare, quæritur quis capitalium dominorum præferri debeat in maritagio. Et verum est quod ille qui feoffavit per servitium militare, nec erit habendus respectus ad priori-
f. 88b] tatem temporis vel posteritatem[14] propter privilegium militare. Item retento primo[15] casu, si contingat quod ex parte patris descendat hereditas quæ tenetur per servitium militare, et ex parte matris in socagio, vel e contrario, si contentio fiat de maritagio heredis, in cuius persona coniungi debeant illæ duæ hereditates, ille in maritagio præferendus erit[16] cuius feodum prius fuerit[17] deliberatum, secundum quod inferius plenius dicetur. In fine vero notandum quod non potest quis qui sub custodia alterius est et infra ætatem habere alium qui infra ætatem fuerit sub custodia, quia regulariter verum est quod alios regere non potest qui se ipsum regere non novit. Nec pertinebit maritagium ad ipsum qui fuerit custos eius de quo ipse tenere debuerit, nisi tenementum illius minoris fuerit de feodo ipsius custodis. Si autem de alterius feodo, ille habebit maritagium heredis eius qui feoffatus fuerit per tenentem suum et custodiam tenementi, quæ quidem tenens suus habiturus esset si esset plenæ ætatis, licet maritagium tenentis sui pertineret ad alium dominum suum capitalem ratione veterioris feoffamenti. <Casus de Henrico de Tracy et Willelmo de Punchardone de herede Rogeri Beaupel, et unde antecessores Willelmi feoffaverant Reginaldum Beaupel de terra de Hywissa, et Reginaldus Rogerum filium suum, et quorum heredes simul et semel fuerunt infra ætatem, et heres Reginaldi in custodia dicti Henrici ratione terræ de Cockeslegha, et heres Rogeri in custodia Willelmi, quia tenementum Reginaldi et tenementum Rogeri non fuerunt de eodem feodo.>

De maritagiis heredum et ad quem pertinere debeat maritagium.

DICTUM est supra de heredibus qui plenæ ætatis sunt, et sui iuris in morte parentum, et qui infra ætatem extiterint, sub cuius custodia et cura esse debeant usque ad legitimam ætatem sive maritati fuerint in vita parentum sive non. Nunc autem dicendum[18] de illis qui in vita parentum non sunt maritati, ad quem pertineat eorum maritagium, secundum quod fuerint sub custodia parentum vel capitalium dominorum. Sed imprimis non est omittendum videre quid iuris[19] cum plenæ ætatis extiterint et non maritati in vita parentum, sive masculi fuerint sive feminæ. Ad quod sciendum quod cum plenæ ætatis extiterint, tales heredes se ipsos maritare poterunt sine

[12] plures sint domini, V, MG. [12-13] (plures, non credo, MSS. var.); plures non, credo, OA, LA, Y, MB, MC; (— et alii unus . . . parte privilegium, MA). [14] posterioritatem, MSS. var. [15] Om., OB, MA, MB. [16] est, LA, MC. [17] fuit, OA, MG, CM, Y. [18] dicendum est, V, MG, CM. [19] iuris sit, V, MG.

iniuria dominorum, dum tamen si femina fuerit heres et maritanda, licet plenæ ætatis extiterit, se maritare non poterit sine assensu capitalis domini ad quem pertinere dinoscitur maritagium, ratione paulo antedicta, ne cogatur dominus etcetera. Si autem masculus et heres et plenæ ætatis,[20] se maritare poterit quando voluerit et ubi, assensu capitalis domini non requisito. Nulla enim poterit esse causa in masculo herede quare uxorem non ducat, f. 89] quæ esse[21] posset in femina cum viro nubat. Si autem cum[22] heres infra ætatem extiterit et sub custodia parentum de socagio, propinquior consanguineus eum maritare poterit sine alicuius iniuria, vel aliis vendere maritagium, dum tamen in femina herede observetur quod superius dictum est de feodo militari. Cum autem heres minor et non maritatus extiterit sub custodia domini, masculus vel femina, sicut[1] de feodo militari, ad dominum capitalem sub cuius custodia ipse fuerit pertinebit maritagium pleno iure: et ipsum maritare poterit quando voluerit et ubi, dum tamen non disparagetur, vel vendere[2] maritagium cui voluerit, dum tamen in vita venditoris maritetur, et maritare eum poterit non tantum semel sed sæpius, quamdiu fuerit infra ætatem et sine uxoris. Si autem dominus capitalis cui competit maritagium negligens extiterit, quod heredem infra ætatem non maritaverit nec ei maritagium obtulerit, quod de iure recusare non posset, extunc cum heres effectus fuerit plenæ ætatis et sui iuris, se ipsum maritare poterit sine iniuria alicuius. Eodem[3] modo, si cum[4] capitales domini contenderint[5] de maritagio cum[6] pervenerit ad ætatem. Si autem infra ætatem heres propria voluntate se maritaverit, vel per consilium alterius quam domini capitalis, sive sit masculus sive femina, item si cum dominus capitalis ei uxorem obtulerit quam de iure recusare non possit,[7] et ad voluntatem domini capitalis se maritare noluerit dicendo quod nondum voluntatem habet maritandi se, dominus non poterit ei in hoc necessitatem imponere quod hoc faciat invitus, cum libera debeant esse coniugia: prospicitur tamen ei in hac parte quod ultra ætatem heredis retineat hereditatem, quousque inde perceperit ad valentiam maritagii, vel donec ei inde fuerit aliter satisfactum. Item quotienscumque contigerit unum ex pluribus heredibus infra ætatem mori, et alii sint infra ætatem masculi vel feminæ, habebit dominus capitalis maritagium cuiuslibet post alium dum fuerint infra ætatem.

Si plures et diversæ hereditates sint alicui descendentes tam ex parte patris quam ex parte matris.

DICTUM est in præcedentibus quid iuris sit[8] si una sit[9] hereditas descendens

[20] ætatis fuerit, V, MG. [21] Om., OB, MA, MB. [22] Om., OB, MA, MB.

[1] Om., MG, CM. [2] vendere ei, V, OA, LA, OC; ven. eius, Y. [3] et eodem, V, LA, OA, OC, MC. [4] Om., MG, Y. [5] contendunt, MG, CM; contendent, OC. [6] Om., OA, LA. [7] posset, OB, MB, MG; (— non possit, MA). [8] Om., OA, LA, OC. [9] Om., OB, MA, MB, MG, Y (+ sit).

a patre vel a[10] matre tantum, et unus[11] dominus capitalis. Nunc autem dicendum[12] si diversæ sint hereditates descendentes tam ex parte patris quam ex parte matris, quæ coniungi debent[13] in persona unius heredis, et utriusque hereditatis unus[14] dominus capitalis, de quo tenetur per servitium militare: quo casu quantum ad maritagium habendum,[15] refert cuius feodum prius fuerit deliberatum, ita quod heres teneatur domino suo ad homagium, quia non poterit dominus capitalis nec debet homagium alicuius heredis[16] capere antequam hereditas sic[17] deliberata fuerit,[18] quod heres teneatur ad homagium et nullus alius. Item nec potest dominus capitalis ab herede qui plenæ ætatis extiterit relevium petere, vel servitium aliquod, antequam homagium heredis receperit cum fuerit hereditas deliberata. Item nec alicuius heredis qui fuerit infra ætatem pertinet ad ipsum custodia terræ et heredis et maritagium, antequam feodum suum sic fuerit deliberatum, quod non duraverit homagium antecessorum. Durare autem sic[19] poterit homagium antecessorum tota vita eorum si ab eo non sit recessum, ut videri poterit. Esto quod quis teneat de alio pro[20] homagio[21] et[22] per servitium[23] militare, et concedat filio suo quod teneat hereditatem ad
f. 89b] vitam filii sui heredis[24] de se, vel de dominis[25] capitalibus, et sub tali condicione quod si filius moriatur in vita patris, quod hereditas integre revertatur ad patrem tenenda[26] ut prius sine condicione vel sub condicione ad vitam suam, per talem concessionem adhuc non mutatur homagium: sed tenet inter patrem et dominum suum capitalem, quia numquam fuit ab eo recessum, nec filius quamvis heres, qui non tenuit nisi quantum[27] ad vitam, ad homagium tenebatur. Quod quidem aliter esset si pater ab hereditate se dimitteret et filium heredem institueret.

Quando feodum alicuius deliberetur quod ad dominum pertineat maritagium heredis.

VIDENDUM igitur qualiter et quando feodum alicuius deliberetur. Et[28] sciendum quod tunc demum deliberatur[29] cum heres sine impedimento vel aliquo medio[30] ad homagium teneatur, et numquam deliberabitur quamdiu duraverit homagium antecessoris.[31] Ut ecce, A. habens hereditatem ducit in uxorem B. habentem hereditatem, et quilibet illorum[32] habet unicum dominum capitalem: procreatur ex eis heres communis, filius vel filia, præ-

[10] Om., CE, MA, CM, OC, Y. [11] unus sit, V, MG. [12] dicendum est, V, MG. [13] possunt, MG, CM. [14] sit unus, V; et sit unus, MG. [15] heredis habendum, V; heredum, OA, LA, MC, MG (hered.). [16] Om., OB, MA, MB. [17] Om., MG, CM, Y. [18] fuerit propter, V, MG. [19] Om., OB, MA, MB. [20-21] per homagium, V, MA, MB, MG, CM. [22-23] et servitio, OB, OC; et servitium, MG, CM. [24-25] heredis vel dominis, OB; her. vel de dom., MA, MB. [26] tenendi, OB, MA, MB. [27] Om., V, OA, LA, OC, CM. [28-29] Om., OB, MA, MB. [30] modo, V, OC, MG, CM, Y (corr. medio). [31] antecessorum, OA, LA; antecess., MSS. var. [32] eorum, OC, MG, Y, CM.

moritur A. in vita uxoris: iam deliberata est hereditas ipsius A. ita quod ad dominum suum pertinet custodia terræ et heredis, et quod heres tenetur[33] ad homagium, et perinde[34] quod dominus suus habeat maritagium. Item esto quod B. uxor præmoriatur: videtur igitur sicut in casu præmisso, quod feodum domini sui de quo tenuit sit deliberatum, et quod ei competat custodia terræ et heredis et maritagium: quod quidem non est verum, quia adhuc durat homagium ipsius A. factum[35] domino capitali nomine uxoris, quod in vita ipsius A.[36] non dissolvitur, cum tenere debeat hereditatem uxoris suæ per legem Angliæ ad vitam suam. Et unde durante homagio ipsius A. heres suus sub potestate sua remanebit, et capitali domino non tenebitur ad homagium vivente patre, cum non possit quis duo homagia de uno tenemento capere simul a duobus. Quod autem dictum est locum habet in herede communi. Si autem sint diversi aliud erit, ut si vir primo contraxerit cum quadam habente hereditatem, et herede procreato decesserit vir, adhuc non est hereditas deliberata vivente uxore, nec maritagium. Et si postmodum nupserit alteri[37] viro[38] vel pluribus successive, numquam deliberabitur custodia vel maritagium in vita sua vel virorum, ut prædictum est. Si autem uxor præmoriatur et ipse aliam uxorem duxerit, adhuc erit illud idem dicendum de hereditate uxoris primæ. Sed cum vir præmoriatur, deliberabitur hereditas heredis de alio viro. Præmori autem poterit vir vel uxor per maius tempus vel minus, vel minimum, hora vel momento. Et ille dominus semper præferendus erit cuius feodum prius fuerit deliberatum. Sed esto quod constare non possit quis illorum præmoriatur, tunc recurrendum est ad antiquius[39] feodum[40] vel[41] feoffamentum, nullo habito respectu ad prioritatem deliberationis.

Cum plures sint domini capitales tam ex parte patris quam ex parte matris.

Cum autem tam ex parte hereditatis patris quam ex parte hereditatis matris plures sint domini capitales, et deliberata fuerit hereditas ex una parte, antequam utraque hereditas coniuncta sit in persona unius heredis ex parte illa quæ deliberata fuerit, erit ille dominus præferendus qui primus est feoffator et dominus ligius,[42] et[43] cui ille antecessor qui obiit fecit ligeantiam. Eodem modo cum hereditas utriusque, tam patris quam[44] matris, una vel plures, coniuncta sit in persona unius heredis, adhuc erit ille præferen-
f. 90] dus qui primo feoffavit per servitium militare, omnibus aliis penitus exclusis, licet ibi infinita sint feoffamenta. Plures autem capitales domini feoffatores per servitium militare ius habere poterunt in maritagio

[33] teneatur, V, MG. [34] perinde est, V, MG. [35] tantum, OB, MB, CE; un., CM. [35-36] Om., MA. [37] alicui, MG. [37-38] alicui viro alteri, OB, MA, MB, CM (ali. alt. v.). [39] ad antiquum, OC, MG, CM. [40-41] Om., OA, LA, OC. [42] legitimus, MA, MG, CM. [43] Om., OB, MA, MB. [44] quam scilicet, OB, MA, MG (scil. quam).

alicuius, sed non omnes obtinebunt, cum maritagium divisionem non recipiat. Oportet igitur de necessitate quod unus aliis præferatur, secundum quod prædictum est.

Cum autem maritagium petatur, refert quis fuerit in seisina de herede, unus ex dominis vel extraneus.

CUM autem maritagium alicuius heredis petatur ab uno vel a pluribus, refert quis fuerit in seisina, utrum[1] scilicet ille[2] qui ius non habet,[3] sicut mater vel[4] alius propinquus parens vel extraneus, vel unus ex pluribus capitalibus dominis qui ius habet. Si autem ille qui ius non habet, et ab eo petatur ab aliquo domino capitali, uno videlicet, aut confitetur[5] quod habeat ipsum aut[6] negat.[7] Si autem negaverit, procedatur contra eum,[8] secundum quod inferius dicetur in tractatu de actionibus. Si autem confiteatur quod ipsum habeat, et unus ex pluribus dominis petat, probante eo quod antecessor heredis de eo tenuit per servitium militare, oportet quod tenens restituat vel rationem ostendat quare restituere non debeat. Non enim sufficit si dicat quod alius maius ius habeat in maritagio, quia in ore tenentis non iacebit talis exceptio. Cum autem plures[9] qui dicunt se ius habere in maritagio petant[10] ab uno qui ius non habet, licet cognoverit quod heredem habuerit, tamen non tenetur alicui eorum hereditatem restituere, donec ei constiterit de iure petentium, et quis eorum sit alteri præferendus. Sed dicetur ei quod illum salvo custodiat donec constiterit de veritate, et erit heres[11] ei restituendus qui prioritatem habet feoffationis et plus iuris. Si autem constare non possit per aliquam probationem quis eorum maius ius habuerit,[12] propter hoc non remanebit seisina cum eo qui nihil iuris habet, sed erit transferenda ad petentes eo quod probant se ius habere. Sed restat videre utrum omnino debeat cum uno remanere, ut[13] ita quod alteri satisfaciat[14] de medietate valoris, vel quod uni ex toto remaneat sine satisfactione, cum maritagium divisionem non recipiat. Videtur quod uni remanere debeat ex toto sine aliqua compensatione[15] medietatis, si probari possit quis eorum ultimo fuit in seisina. Si autem non, et omnino deficiat probatio, videtur quod ille præferri debeat qui primo instituit actionem. Esto etiam quod unus ex pluribus capitalibus dominis qui ius habet[16] in maritagio fuerit in seisina, et unus vel plures petant maritagium, ille qui tenet in seisina remanebit donec constiterit quis eorum maius ius habuerit

[1] Om., OB, MA, MB. [2-3] ille qui ius habet an ille qui ius non habet, V; *sic*, MSS. [4] et, OB, MA, MB, MG, CM, CE, Y. [5] confitebitur, OB, MA, MB. [6-7] vel neget, OB, MA, MB; aut neget, CE, CM, Y. [8] ipsum, V, OA, LA, OC, MC. [9] sint plures, V, MG, OB, MA, OC. [10] Om., OB, MA, MB, MG, CM, Y, OA, LA, MC, OC; et petunt, V. [11] Om., OB, MA, MB. [12] habeat, MG, Y, CM. [13] Om., CE, MC. [14] satisfiat, OA, LA, MC. [15] recompensatione, V; expensatione, MG. [16] habent, OA, LA, CE, Y, CM, MC; habuit, OB, MA, MB.

in maritagio. Non enim sufficit quod petentes se probent ius habere, omnes vel quidam eorum, ad hoc quod auferatur possessio a tenente, nisi sit qui probet se maius ius habere. Paritas enim iuris non aufert seisinam a tenente propter commodum possidendi et privilegium possessionis. Igitur nisi sit aliquis qui probare possit se esse primum et principalem feoffatorem, cum tenens negaverit, cum per negationem fiat res dubia, tenens remanebit in seisina quasi deficiente probatione, licet[17] re vera ius habuerit, cum defecerit probatio, licet ius non deficiat. Si autem dicat inquisitio quod omnes feoffati sunt uno et eodem tempore petentes[18] et tenens, scilicet a conquestu Angliæ, adhuc erit iudicandum pro possidente, eo quod pares sunt in tempore et in iure, et paritas non aufert possessionem, ut[19] supra.[20] Item si
f. 90b] sciri non possit omnino nec probari cuius feoffamentum sit vetustius, vel si forte iuratores dubitaverint, adhuc remanebit possessio tenenti, quasi deficiente probatione: quia qui dubitat vel obscure loquitur non probat, quia quotienscumque dubitatur an quid sit, perinde est ac si non esset illud. Cum autem loquatur probatio de uno tempore, adhuc poterit esse prioritas de die vel hora, de quibus si dubitatum fuerit, vel penitus nescitum,[21] adhuc non valet probatio petentis. Item cum iuratores nihil sciant de prioritate temporis,[22] diei, vel horæ, sed dicant quod petens ultimam habuit[23] seisinam, adhuc hoc non sufficiet,[24] quo maius tenens possessione privetur. Poterit enim esse quis in seisina quamvis ius non habuerit, vel ius maius. Cum autem descendat hereditas tam ex parte patris quam ex parte matris, et patre præmortuo, cum heres non maritetur, reddat mater heredi hereditatem, et instituat ut heredem tenendum[25] de capitalibus dominis, tenebitur heres statim omnibus capitalibus dominis utriusque hereditatis ad homagium, quia feoda omnium[26] sunt deliberata: et tunc fiat ut supra[27] dictum est de prioritate deliberationis alterius hereditatis, et de prioritate feoffationis eiusdem hereditatis, et non utriusque, antequam postquam[28] in persona unius heredis semel coniuncta fuerit utraque hereditas, et heres semel fuerit maritatus ratione primæ deliberationis. Extunc enim si heres infra ætatem et iterum maritandus, non observabitur ordo hereditatis quæ primo deliberata est: <sed[29] coniunctis omnibus feoffatoribus utriusque hereditatis>[30] ille aliis erit præferendus qui primus et principalis erit feoffator in coniunctione utriusque hereditatis. Item esto quod pater vel mater feoffaverit[31] heredem suum simul et semel de pluribus feodis quæ tenentur de diversis capitalibus dominis, tenendi[32] de se ipsis et eorum heredibus:

[17] quamvis, MG, CM. [18] petens, V, OB, MG, Y, CM. [19-20] Om., OB, MA, MB. [21] nescitur, MC, CE. [22] temporis vel, V, OA, LA, OC, MC. [23] habuerit, OA, MA, OC, MC. [24] sufficit, OB, MA, MB; sufficiat, CM. [25] tenendam, LA; tenend., MSS. var. [26] omnia, MG, CM. [27] prædictum, V, MG, CM. [28] et postquam, V; om., LA, Y. [29-30] Om., OB, MA, MB, MG, CE, Y. [31] feoffaverint, OA, OC, CE, MG. [32] tenendi, OA, LA, OC, OB, MG, CM; tenendæ, V, MC, Y; tenend., MA, MB, CE.

patre vel matre feoffatore præmortuis, herede non maritato, pertinebit maritagium ad primum feoffatorem, nec mutatur ordo nec prioritas. Si autem immediate de capitalibus dominis, adhuc illud idem observabitur, dum tamen simul et semel et eodem tempore, quia si aliter esset, sciri non posset quis ipsorum[33] esset in maritagio præferendus. Si autem pater vel[34] mater non simul sed diversis temporibus feoffaverint heredem de diversis feodis, tenendi de se vel de dominis capitalibus, et si dominis capitalibus, tunc mutatur ordo primæ prioritatis, et tenet novus ordo novi feoffamenti. Si autem de se et heredibus suis, adhuc tenet vetus ordo et prioritas, quæ non mutatur quantum ad personas eorum per novum feoffamentum, et ad eos[35] pertinebit maritagium quamdiu vixerint. Illis autem[36] præmortuis, herede non maritato, cum heres ratione successionis antecessorum et non feoffamenti sibi facti incipiat esse sub potestate capitalium dominorum, reincipit esse primus ordo prioritatis qui mutatus fuit et alteratus per feoffamentum heredis. Et quod dictum est de filio antenato et herede, locum habet in filio postnato, si post feoffamentum suum contingat ipsum esse heredem. Si autem non, teneat feoffamentum et maritagium inter ipsum et warantum suum. Si autem pater vel mater partem hereditatis dederint filio et heredi simul et semel vel successive, et partem retinuerint, quid iuris esse debeat de maritagio habendo satis elici poterit ex præmissis. Item si pater et mater hereditatem habentes simul vel successive heredem feoffa-
f. 91] verint vel filium postnatum de utraque hereditate, et aliquid retinuerint, mortuo tam patre quam matre, filio infra ætatem existente et non maritato, erit illud quod retentum est primum feoffamentum, cum heres in manus[1] dominorum devenerit, licet illud esset ultimum in personis antecessorum. Item cum filium et heredem feoffaverint de utraque hereditate pater et mater tenendi[2] de eis, et nihil sibi retinuerint, tunc illud feodum erit præferendum quod fuit primum per novum feoffamentum exclusa prioritate feoffationis antecessorum. Item esto quod successive feoffaverint filium postnatum tenendi de se et heredibus suis, maritagium heredis talis ad eos pertinebit: nec habenda est ratio quantum ad eos et heredes suos de prioritate feoffamenti, cum unus sit feoffator et unus heres, nisi ita sit forte quod ille postnatus heres efficiatur, quo casu præfertur ille in maritagio habendo de cuius feodo talis fuit[3] primo feoffatus, et tenebit novitas exclusa vetustate. Aliter enim esset si de utraque hereditate simul ex[4] toto esset feoffatus. Item et eodem modo si cum heres patris vel matris feoffatoris[5] infra ætatem et in custodia domini capitalis, cum parentes feof-

[33] eorum, OC, MG, CM. [34] et, MG, CM. [35] ipsos, V, OA, LA, OC, MC. [36] tamen, V; om., LA.

[1] manu, OC, MG, CM. [2] tenendi, MG; tenend., MSS. var. [3] Om., OB, MA, MB, MG, CM; fuerit, LA, MC. [4] et ex, V, LA, OC, MC. [5] feoffatoris sit, V; feoffatus, LA.

fatores sibi partem hereditatis retinuerint,[6] moriatur filius postnatus, herede suo infra ætatem existente, et ratione heredis antecessorum qui[7] feoffaverint,[8] devenerit custodia terrarum heredis postnati in manus dominorum,[9] de maritagio heredis ipsius erit habenda ratio prioritatis, secundum quod ipse a patre et matre feoffatus fuit[10] simul vel vicissim: quia si simul de pluribus feodis, ille capitalis dominus erit in maritagio præferendus, de cuius feodo antecessores feoffatores primo fuerunt[11] feoffati. Si autem vicissim, tunc erit ille præferendus de cuius feodo pater et mater primum[12] fecerunt feoffamentum filio postnato.

Ad quem pertineat maritagium de socagio.

De socagio videndum ad quem pertineat maritagium. Et sciendum quod ad ipsum ad quem pertinebit[13] custodia terrarum et tenementorum secundum diversam consuetudinem locorum, vel ad dominum capitalem, vel ad propinquiorem consanguineum qui nihil iuris clamare possit[14] in hereditate propter suspicionem exheredationis, et ipsius consanguinei maxime ex cuius parte hereditas non descendit, vel qui aliquid iuris clamare possit in hereditate, vel qui heres esse possit totius vel pro parte. Et ideo non deberet[15] esse filia postnata in custodia primogenitæ vel mariti sui, si forte viro nupta fuerit. Et ideo si quis emerit custodiam terrarum et maritagium filiarum, et aliquam illarum[16] duxerit in uxorem, statim oritur suspicio, et amittit custodiam corporis et maritagium aliarum ipso iure propter suspicionem. Et ideo pertinebit ad parentes ut[17] dictum est[18] custodia corporis et maritagium. Esto etiam quod quis feoffatus fuerit de aliquo tenendi[19] in socagio[20] primo, et postea de[21] eodem vel ab alio tenendi per[22] servitium militare, vel e contrario: videtur et[23] verum est quod ille præferendus est qui feoffavit per servitium militare propter privilegium militare. Et si feoffatus damnum incurrat per tale feoffamentum quoad maritagium, hoc sibi ipsis poterunt[24] imputare. Sed[25] cum[26] heredes extiterint sub potestate parentum ad quos pertinuerit maritagium mero[27] iure, parentes ipsorum maritagium heredum[28] vendiderint, et ab emptore maritati non fuerint in vita venditoris, statim mortuo venditore ad dominum capitalem pertinebit maritagium. Et extunc si alius eum maritaverit, emptor, parens, extraneus,

[6] retinuerunt, V, MA. [7] quæ, OA, OC. [8] feoffaverunt, V, CE, LA, OA, OC. [9] dominorum capitalium, V, MG, CM. [10] fuerit, LA, Y, MG. [11] fuerint, OC, Y, MG, CM. [12] primo, OB, MA, MB, MG, CM. [13] pertinet, V; pertineat, MG. [14] poterit, OB, CE, Y, MG, CM; poterunt, MA. [15] debent, OB, CM; debet, LA, OC, CE, Y, MA, MC. [16] istarum, MG, CM. [17-18] Om., OB, MA, MB. [19] tenendi in, OC, CE, CM; ten., MG, MA; tenente, MC; tenenti, OA, LA, Y, OB, MB; tenendum, V. [20] socagium, MSS. var. [21-22] de alio tenente vel de eodem per, OB, MB. [21-23] postea de alio, MA. [23] etiam quod, MG, CM. [24] poterit, OB, MA, MB, MG, OC. [25-26] si autem, OA, OC; si cum, LA, MC (corr. si), V. [27] mero, V, OA, LA, OC; ipso, OB, MA, MB, CE, CM, MG, Y, MC. [28] Om., OB, MA, MB.

vel alius ad quem non pertinuerit et ius non habuerit, vel si ius habuerit, f. 91b] alius maius ius habet, facit domino capitali præiudicium, ad quem mero iure pertinuerit maritagium, cum illud sit ei deliberatum, cum emptor nullam seisinam habuerit veram in vita venditoris propter non usum, nec poterit in hoc casu heredem vocare ad warantum. Si autem heredes cum[29] sint sub potestate parentum sine consensu eorum se maritaverint, propter hoc non sunt exheredandi, licet aliter quodammodo puniendi si parentes voluerint. Si autem cum[30] heredes in potestatem[31] dominorum devenerint non maritati, ipsi domini capitales vendiderint maritagium cum ius habuerint, licet alius[32] plus iuris, et ille qui plus iuris habuerit petierit ab emptore maritagium et custodiam heredis: in hoc casu erit venditor vocandus ad warantum. Et quod dicitur de uno emptore, dici poterit de pluribus si maritagium venditum sit pluribus de manu in manum.

Provisio si quis heredem subtraxerit.

Provisio de communi consilio facta de heredibus infra ætatem existentibus, si dum fuerint infra ætatem per malitiam abducti fuerint,[33] et detenti[34] per parentes a custodia dominorum, quod si laicus inde convictus fuerit quod puerum abduxerit et maritaverit absque licentia domini capitalis, reddat[35] custodi[36] valorem maritagii, et corpus pro delicto tradatur per[37] ballivos[38] prisonæ, quousque custodi emendaverit delictum, et quousque domino regi satisfecerit de transgressione illa. Et hoc intellegatur[39] de heredibus infra quatuordecim annos existentibus. De heredibus autem qui sunt quatuordecim annorum et ultra usque ad plenam ætatem, si se maritaverint sine licentia dominorum ut eis auferant maritagium suum, et dominus capitalis talis heredis obtulerit ei rationabile maritagium, ubi non disparagetur et quod recusare non deberet,[40] dominus suus tunc teneat terram eius ultra terminum ætatis suæ, scilicet unius et vicesimi anni, per quod tempus percipere[41] possit duplicem valorem maritagii secundum æstimationem legalium hominum, vel secundum quod ei prius pro eodem maritagio oblatum fuerit sine fraude et malitia, vel secundum quod probari poterit in curia domini regis. De dominis autem capitalibus custodibus, si illos maritaverint quos habent[42] in custodia villanis vel aliis sicut burgensibus ubi disparagentur, si tales heres infra ætatem quatuordecim annorum, vel talis ætatis extiterit quod non possit consentire, tunc si parentes conquerantur, dominus ille amittet custodiam usque ad ætatem heredis, et omne commodum quod inde

[29] Om., MG, CM (s. in p.), Y (+ cum). [30] Om., OB, MA, MB. [31] potestate, V, MA, LA, OC. [32] Om., OB, MA, MB. [33-34] Om., OB, MA, MB. [35] restituat aliter reddat, CE; restituat alias reddat, OB, MA, MB, MC. [35-36] restituet per denti, MG; restituat vel (corr. al.) reddat, Y. [36] Om., OB, MA, MB, CE. [37-38] Om., OA, LA, OC. [39] intellegitur, OB, MA, MB, CM. [40] debet, CE, CM, Y, MG; debuit, OC. [41] recipere, OB, MA, MB, Y, CM (posset), MG (quod rec.). [42] habuerint, MA, MB; habuerit, OB.

perceptum fuerit, convertatur in commodum ipsius qui infra ætatem fuerit, secundum dispositionem et provisionem parentum contra dedecus ei factum. Si autem fuerit quatuordecim annorum et ultra, quod consentire possit, et tali maritagio consenserit, nulla pœna subsequatur. Si quis heres cuiuscumque ætatis fuerit pro domino suo se maritare noluerit, non compellatur hoc facere contra voluntatem suam. Sed cum ad ætatem pervenerit, domino suo satisfaciat de tanto quantum dominus suus percipere[43] posset[44] ab aliquo pro maritagio antequam terram suam recipiat, et sive voluerit se maritare sive non prædictus heres, quia maritagium eius qui fuerit infra ætatem mero iure pertinet ad dominum feodi.

De donationibus propter nuptias ob causam dotis et de constitutione dotis.

f. 92] Quoniam utile est mulieres esse dotatas multis de causis, adquiruntur enim eis cum fuerint maritandæ rerum dominia ex causa donationis, ut cum femina fuerit maritanda, fit ei donatio a viro suo multis modis propter nuptias de re propria viri, vel de re patris vel matris, fratris vel sororis, vel alterius amici, de eorum consensu et voluntate: quæ quidem donatio dicitur dos, et quæ quidem perfecta esse non potest ante mortem viri, nec quamvis in vita viri possit constitui, tamen ante mortem suam non poterit assignari. Imprimis igitur videndum[1] quid sit dos, et quæ sit dos rationabilis, et quis possit dotem constituere, et cui. Item quando, et ubi, et de qua re, et quantum. Item quis possit dotem assignare, et quando, et infra quod tempus, et ubi assignetur, quæ competat actio mulieri ad dotem suam consequendam.

Quid sit dos.

Et sciendum quod dos est id quod liber homo dat sponsæ suæ[2] ad ostium ecclesiæ propter onus matrimonii et nuptias futuras, ad[3] sustentationem uxoris et[4] educationem liberorum cum fuerint procreati, si vir præmoriatur.

Quid sit rationabilis dos.

Rationabilis autem[5] dos est cuiuslibet mulieris de quocumque tenemento tertia pars omnium terrarum et tenementorum quæ vir suus tenuit in dominico suo, et ita in feodo quod eam inde dotare poterit die quo eam desponsavit.[6]

Quis possit dotem constituere.

Item quis possit dotem constituere? Et sciendum quod tam minor quam maior masculus. Cui? Uxori tam maiori quam minori. Poterit enim ille qui infra ætatem est uxorem suam dotare quamvis existentem infra ætatem, dum tamen possit dotem promereri, et virum sustinere, et quamvis vir

[43] recipere, OB, MA, MB. [44] possit, MA, CM, OC.

[1] videndum est, MG, CM. [2] Om., OA, MG, (+ Y). [3] et ad, OB, MB, CM. [4] et ad, OB, MA, MB, CM. [5] Om., MG, Y. [6] desponsaverit, Y, CE.

infra ætatem moriatur, uxor sua sive infra ætatem fuerit sive non dotem obtinebit. De hac materia inveniri poterit de termino Paschæ anno regis[7] Henrici nono, comitatu Devoniæ, de Sarra quæ fuit uxor Willelmi Burnel.

Item quando et ubi.

QUANDO? Et sciendum quod ante desponsationem in initio contractus. Ubi? Et sciendum quod in facie ecclesiæ et ad ostium ecclesiæ. Non enim valet constitutio facta in lecto mortali[8] vel in camera, vel alibi ubi clandestina fuerint coniugia, quia si non[9] valeant clandestina coniugia heredibus quoad successionem, numquam valebunt uxoribus quoad dotis exactionem. Oportet igitur quod constitutio dotis sit facta publice, et cum solemnitate ad ostium ecclesiæ: et ubi nullum omnino matrimonium, ibi nulla dos. Igitur videtur a contrario sensu ubi matrimonium, ibi dos, quod quidem verum est si matrimonium in facie ecclesiæ contrahatur. Et ad ostium ecclesiæ fiat dotis constitutio inter quascumque personas consanguinitate vel affinitate coniunctas, vel etiam extraneas, dum tamen matrimonium in vita contrahentium accusatum non fuerit nec[10] dissolutum. Si autem[11] accusatum et dissolutum quacumque ratione, desinit esse dos cum deficiat matrimonium, et desinit esse dotis exactio. Nec debet aliquis ratione unius viri in dotis petitione duabus uxoribus respondere.

De duabus speciebus dotis.

<ET dotis species sunt duæ, alia profectitia,[12] alia adventitia. Profectitia[13] dici poterit quæ data a patre vel matre vel alio parente in ipso contractu pro filia maritanda, et terra sic data dici poterit maritagium et patrimonium mulieris, et aliquando cadit in partem inter coheredes feminas, si talis partem habere voluerit hereditatis ut supra. Et non dicitur pura donatio facta sine causa matrimonii. Item adventitia dos dici poterit maritagium
f. 92b] quod ab aliis datur quam a[14] patre vel matre,[15] sive parens sit vel extraneus. Item est dos parapharna, quæ fit iuxta dotem vel præter, etiam ante matrimonium et constante matrimonio, ut si fiat viro et uxori simul, vel uxori per se. Et talis non cadit in partem, licet facta fuerit a parentibus, quia pura est et non ob causam matrimonii ut supra. Item fit donatio propter nuptias, quod sponsus dat sponsæ ad ostium ecclesiæ, et de qua hic agitur die desponsationis. Et hoc proprie dicitur dos mulieris secundum consuetudinem Anglicanam,[16] et talem dotem[17] lucratur vir uxore præmortua, et uxori remanet[18] ad vitam viro præmortuo, et sic lucratur vir dotem uxore præmortua. Item lucratur vir quandoque dotem ex lege in vita mulieris, cum celebratum fuerit[19] inter eos divortium quacumque

[7] regni regis, MSS. var. [8] *sic,* MSS.; maritali? [9] Om., LA. [10] Om., OB, MA, MB. [11] tamen, V, OA, LA, OC. [12-13] perfectita . . . perfectitia, OB, CE, CM. [14] Om., OA, MG, Y, CM. [15] a matre, CE, MC. [16] Angliæ, OC; Angl., MSS. var. [17] Om., OB, MA, MB. [18] remaneat, OA, CM. [19] fuit, V, MG.

ratione, sed non si tantum fiat separatio tori. Item heres quandoque lucratur dotem post mortem viri, cum fuerit assignata ex consuetudine civitatum et comitatum, sicut in Cantia et Londonia et Lincolnia et alibi. Et sciendum quod maritagium ob causam matrimonii semper remanet mulieri et heredibus suis, si heredes habuerit. Si autem non, revertitur[20] pro defectum heredum. Et eodem modo dos parapharnalis heredibus quibuscumque.>

De qua re.

De qua re? Et sciendum quod si vir terras habuerit et tenementa, dotare poterit uxorem suam, dum tamen modum non excedat, de quacumque terra voluerit et de cuiuscumque feodo extiterit, quamvis per[21] hoc auferat domino capitali custodiam feodi sui, cum uxor dotem obtinuerit: damnum quidem ei facit sed nullam iniuriam, cum si custodiam non habuerit, sufficiat ei relevium. Et de hac materia inveniri poterit de termino Paschæ anno regis Henrici duodecimo, comitatu Lincolniæ, de Idonea quæ fuit uxor Nicholai Burdet.[22] Item de terris et tenementis propriis quæ tenuerit[23] in feodo sibi et heredibus suis, et non[24] ad terminum vitæ vel annorum, sive illa tenuerit vir ex causa successionis vel perquisiti, vel alio quocumque modo: et unde si feoffatus fuerit pure et[25] sine aliqua condicione sibi et heredibus suis,[26] certis et[27] expressis[28] vel indeterminatis, quamvis tales heredes non habuerit, sive bastardus fuerit sive legitimus, vel si tales heredes habuerit et defecerint, ita quod terra[29] reverti debeat ad donatorem per condicionem tacitam vel expressam, uxor dotem obtinebit: quia pura est donatio ab initio, et puram feoffamentum, quamvis per condicionem tacitam vel expressam dissolutum. Si autem ita facta esset donatio, ut si dicatur, *Do tibi tantum*[30] *terræ,*[31] nulla facta mentione de heredibus, ista donatio se non extendit ad heredes nisi tantum ad vitam donatarii, et quia non in feodo nisi ad vitam, ideo cessat dotis petitio. Si autem adiciat in donatione ita,[32] *Do*[33] *tibi et heredibus tuis si heredes habueris tales,* vel *de tali uxore,* ista donatio non est ab initio perfecta, sed dependet ex insidiis fortunæ, nec erit perfecta antequam existat condicio, quod heredes habuerit tales vel de tali uxore, quæ si defecerit, non erit ibi feodum sed tantum liberum tenementum ad[34] vitam,[35] et ita cessabit dotis petitio. Si autem tales heredes habuerit vel de tali uxore, quamvis defecerint, statim incipit esse feodum et donatio perfecta, et competit uxori petitio dotis. In primo autem[36] casu est donatio pura, sed resolvitur sub condicione tacita vel ex-

[20] revertetur, MG, CM, Y. [21] super, MG, CM. [22] Burdethe, Burdeche, MSS. var. [23] tenuit, CE; tenuerunt, OB, MA. [24] Om., CE, MA, MB, Y, MC. [25] Om., OA, LA, MC, OC, CE, OB, MA, MB. [26-28] Om., CE. [27-28] Om., OB, MA, MB. [29] terra data, V, OA, LA, OC, MC. [30-31] tantam terram, V, OC. [32-33] Om., OB, MA, MB. [34-35] Om., OB, MA, MB. [36] Om., MG, CM, (+ Y).

f. 98] pressa. In secundo vero casu non est pura, sed dependens quousque extiterit condicio vel deficiat. Item constitui potest dos rationabiliter secundum quod prædictum est, et non ultra tertiam partem, quia in maiori quantitate quam in tertia parte constitui non potest. Potest[1] tamen in minori dum tamen uxor in constitutione se teneat contentam. Si tamen ulterius quam rationabiliter constituatur, cum fuerit assignata, id quod excedit per admensurationem revocabitur, si capitalis dominus vel alius ab herede dotem assignaverit. Secus autem erit si heres hoc fecerit sciens et prudens. Et hæc quæ dicta sunt de tertia parte vera sunt de feodo militari, nisi aliter observetur de aliqua consuetudine speciali, vel nisi[2] terra teneatur in socagio ubi diversimode fit dotis constitutio, vel in gavelkinde,[3] vel si socagium adiungatur feodo militari. Et de hac materia habetis de termino Paschæ anno regis Henrici quinto decimo, comitatu Cantebrigiæ. Item constitui potest dos non tantum in terris[4] et tenementis perquisitis,[5] sed etiam perquirendis, si perquisita fuerint vel acciderint in vita viri, ut de termino Paschæ anno regis Henrici septimo, comitatu Somersetiæ, de Emma quæ fuit uxor Willelmi Dacy. Et licet vir ius habuerit in terris perquirendis, cessat dotis petitio nisi in vita viri fuerint perquisitæ, quamvis post mortem viri acciderint vel[6] perquisitæ[7] fuerint: quia de eo de quo vir numquam seisinam habuit non potest dos peti, nisi ita esset quod dos constitueretur in aliquo tenemento quod post mortem tenentis esset ad virum reversurum. Quod si dos ita constituta fuerit, sive revertatur in vita viri sive[8] post mortem, erit locus petitioni dotis, ut videri poterit: si constituatur dos in tenemento quod alia uxor tenuerit in dotem, si[9] in vita uxoris dotatæ acciderit, quamvis non in vita viri, recuperabit eam uxor ut dotem suam si inde[10] sectam habuerit[11] sufficientem propter constitutionem dotis specificatam, quod quidem aliter esset nisi esset specificata. Et de hac materia habetis[12] de termino Sancti Hillarii anno regis Henrici quarto decimo, comitatu Norhamtoniæ, de Christiana quæ fuit uxor Walteri, quæ[13] recuperavit quamvis vir suus inde seisinam non haberet dum vixit. Et cum uxor sic dotata fuerit de re quam alius tenet, et quæ post mortem tenentis reverti debeat ad heredem warantum de dote sua, videndum si[14] expectare debeat mortem[15] tenentis antequam dotem habeat, vel si ei[16] debeat assignari ad valentiam in tenantia, quousque dos sic nominata ei fuerit deliberata. Et videtur quod expectare debeat nisi aliter specialiter convenerit ab initio

[1] poterit, OB, MA, MB. [2] ubi, LA, MC. [3] gavelekinde, gavelinkinde, gavelikinde, galielikende, kavelkinde, MSS. var. [4-5] terris tenementis perquisitis, OA, OC; terr. ten. et perq., OB, MA, MB, CE, Y, CM, MC; terr. et ten. et perq., MG. [6] et, OB, MA, MB, CE, CM, Y, MG. [7] perquisita, V, OA, OC, LA (fuerit). [8] vel, OA, LA, MC, OC, CE. [9] Om., OB, MA, MB. [10] Om., MG, Y. [11] habeat, MG, Y, CM. [12] Om., OA, OB, MC; inveniri poterit, MA; invenitur, MB. [13] et quæ, OA, LA, OC, MC. [14] est igitur si, MG; igitur si, CM, Y. [15-16] mortem antequam dotem recipiat vel habeat vel ei, OB, MA, MB.

constitutionis. Item[17] ab initio constitui[18] poterit dos in re certa et nominata, et[19] re incerta[20] et non nominata. In re certa et nominata,[21] sicut de aliquo manerio certo de cuiuscumque feodo extiterit, cum vir plura tenementa teneat de diversis feodis et[22] diversis dominis capitalibus, quia secundum quod prædictum est, in electione viri est[23] de cuius feodo velit uxorem suam nominatim dotare, dum tamen manerium illud non sit caput baroniæ, si plura alia maneria habuerit quæ non sunt[24] capita baroniæ, quia manerium quod est caput baroniæ integre remanebit heredi et waranto de dote sua, cum inde dotari non debeat, si de aliis terris consequi possit[25] dotem suam. Et de hac materia inveniri poterit de termino Sanctæ Trinitatis anno regis[26] Henrici quarto, comitatu Norhamtoniæ, de Theobaldo de Lascelles. Et si plura maneria sint in hereditate quæ sint capita baroniæ, f. 98b] tunc quod de uno manerio tali dictum est fiat de pluribus, dum tamen uxor alibi dotem consequi possit. Quod si non possit, oportet de necessitate quod aliter fiat, cum necessitas sub lege non contineatur, quia quod alias non est licitum necessitas licitum facit. Sed quod dicitur de baronia non est observandum in vavassoria vel aliis minoribus feodis quam baronia, quia caput non habent[27] sicut[28] baronia. Et quod dicitur de baronia et barone servari debet in comitatu et comite, sive castrum ibi fuerit sive non. Cum autem possit uxor dotem nominatam alibi consequi quam de manerio quod est caput baroniæ, et ei petenti dotem de tali manerio respondeatur quod dotem inde habere non debeat prædicta ratione, et ipsa e contra dicat, quod aliquis antecessor heredis dotavit uxorem suam de tali manerio, triplicari poterit ex parte heredis, quod hoc non fuit de iure, immo de ignorantia heredis vel gratuita permissione, quod quidem imposterum trahi non debet in[29] exemplum. Si autem omnia maneria sint capita baroniæ et teneantur in capite de rege, nec sit alia terra quæ sufficiat ad dotem, dotari[30] poterit ex tali manerio, salvo tamen heredi castro si ibi fuerit, vel capitali mesuagio si non castrum. Sed[31] quoniam quandoque[32] onerosa est custodia castri vel capitalis mesuagii sine tenente heredi, cum uxor dotata sit de tali manerio sine exceptione, dissimulatur quandoque uxori seisina castri propter onus, dum tamen restituatur regi tempore guerræ vel alterius necessitatis, si voluerit et cum voluerit: secundum quod factum fuit de comitissa Lincolniæ quæ fuit uxor Walteri comitis marescalli, de quo-

[17-18] item constitui, OA, LA, OC. [19-21] Om., OB, MA, MB. [20] non certa, CE, Y, MG. [22] et de, LA, MG, MC. [23] erit, V, OA, LA, OC, MC. [24] sint, OA, V; om., OB, MB. [25] posset, OB, MA, MB. [26] regni regis, OC, MG. [27] habet, OB, MA, MB, MG, Y, CM. [28] Om., OB, MA, MB, MG, Y. [29] ad, OA, LA, OC, MC; ut, MG. [30] dotari, OA, LA, MC, CM, OC (d. d. autem p.); dari, OB, MA, MB, MG, CE, Y. [31-32] sed quoniam quandoque, V, OA, LA, OC, MC; sed quandoque, OB, CE, MG, Y, CM; sed ubi, MA; quandoque, MG.

dam castro in Hibernia, ubi comitissa dotata fuit de toto manerio sine aliqua exceptione, quod fuit caput baroniæ. Poterit etiam[33] uxor dotari nominatim sub condicione vel sine. Sine,[34] ut si dicat vir uxori quod dotat eam de tali manerio cum pertinentiis. Quo casu, si sufficiat ad dotem pro tertia parte totius hereditatis viri sui, tenere se debet contentam, et omnes pertinentiæ ad ipsam pertinent in advocationibus et collationibus ecclesiarum, in custodibus et releviis et maritagiis et omnibus aliis rebus, cum inde nihil specialiter excipiatur. Excipitur quandoque multipliciter secundum quod inferius dicetur. Si autem ibi minus fuerit[35] quam quod[36] sufficere possit ad dotem, et in constitutione dotis se tenuerit contentam, plus petere non poterit in assignatione. Si autem plus, superfluum tollitur per admensurationem, et uterque modus duci poterit in condicionem. Ut si quis ita dotaverit uxorem suam de aliquo scilicet[37] manerio integre,[38] et sic dicat: et si illud sufficiat pro dote, sic ei remaneat integre[39] et sine contentione.[40] Si autem ibi minus fuerit, id quod defuerit perficiatur ei in aliquo[41] certo et competenti loco. Si autem plus ibi fuerit, facta extensione et rationabili appretiatione quod illud superfluum restituatur heredi. Et re vera qualiscumque fuerit dotis constitutio, semper erit modus constitutionis observandus et sequendus, dum tamen legitima sit constitutio et non contra legem terræ. Et cum uxor sic dotata fuerit nominatim de quacumque certa re in ipsa constitutione dotis, statim incipit habere ius in ipsa[42] re nominata. Ita quod si vir eam constante matrimonio ex quacumque causa ad alium transtulerit, uxor post mortem viri habebit versus quemcumque tenentem repe-
f. 94] titionem. Et cum per actionem de dote petierit, et tenens heredem vocaverit ad warantum et[1] ipse warantizaverit, uxor recuperabit ipsam rem, et tenens de waranto suo excambium ad valentiam, quod quidem esse non debet si dotata fuerit de re incerta, sicut de tertia parte rerum adquirendarum vel adquisitarum. Sed e contrario, scilicet si res fuerit a viro alienata constante matrimonio et ipsa petat tertiam partem versus tenentem cum heres warantizaverit, tenens retinebit id quod tenet, et uxor recuperabit ad valentiam de herede si heres habeat unde. Si autem non, ipsa recuperabit quod petit, et tenens de excambio expectet tempora meliora versus heredem, donec ad ipsum aliquid pervenerit de hereditate: et si ad ipsum aliquid pervenerit, tunc habeat uxor de hereditate excambium et tenens rehabeat tenementum suum. Si autem nihil de hereditate in vita uxoris pervenerit ad heredem, tunc remaneat[2] terra illa ei ad vitam suam nomine

[33] enim, MG, CM. [34] Om., V, CE, OC, MA, MG, CM. [35] Om., OB, MA, MB. [36] Om., CE, MG. [37] Om., V; ita scilicet de aliquo, OA. [38] integro, OB, MB, MG, Y, CM; (— integre, MA). [39] integra, MG, CM. [40] condicione, OB, MA, MB, MG; contradictione et contentione, CM. [41] alio, OA, LA, MC. [42] Om., V, OA, LA, OC, MC.

[1] Om., OA, LA, OC, MC. [2] remanebit, OB, MA, MB.

dotis cum esse non debeat indotata, ad tenentem tamen post mortem suam immediate reversura. Non nominata vero dici poterit dos et[3] incerta, ubi quis uxorem suam dotaverit in generali de omnibus terris et tenementis in tertia parte adquisitis et adquirendis. Item sicut poterit quis dotare uxorem suam in certis terris et nominatis, ita poterit eam dotare in certa summa pecuniæ, sive terras habuerit[4] sive non, ut si burgensis fuerit maxime, sive tenuras habuerit exteriores sive non, sive alius tenens exterior. Et quo casu cum uxor semel contenta se tenuerit de summa illa pro[5] dote sua, nihil amplius petere poterit nomine dotis de aliis catallis vel[6] tenementis quam fuerit ei constitutum. Et unde si nomine dotis aliquid petat de catallis audiri non debet, quia ea ratione quod consequi debet plenarie dotem suam quam diu[7] fuerit unicus obolus, vel quatenus catalla viri sufficiant, ea ratione si plus ibi fuerit nihil ulterius consequetur: et sicut vult esse in lucro quatenus catalla sufficiant, ita esse debet in damno in catallis quæ excedunt: ex alia tamen causa quam ex causa dotis, sicut ex causa testamentaria vel ex consuetudine approbata ulterius petere poterit, si forte vir aliquid ei reliquerit in testamento ultra dotem nominatam vel non nominatam, certam vel incertam. Item et sicut poterit constitui dos in pecunia numerata, ita poterit in rebus quæ consistunt in pondere et mensura,[8] tam in liquido quam in solido, et sicut in isto vel[9] in illo, ita et in utroque. Item constitui poterit dos ab uno viro tam pluribus uxoribus quam uni, in vita omnium vel successive cum decesserint, vel[10] ex quacumque causa celebrato divortio, in eodem regno vel eadem[11] provincia vel diversis. Sed una illarum aliis præferetur[12] in dotis petitione, probato in foro ecclesiastico quæ illarum sit uxor legitima, vel si difficilis sit probatio vel deficiat omnino, tunc erit illa præferenda quæ in possessione viri extiterit tempore mortis viri.[13] Si autem cum quis[14] uxorem habuerit et[15] legitimam, aliam superinduxerit et[16] illegitimam vel plures, legitima præferetur. Si autem nulla ex pluribus in possessione extiterit, nec quæ illarum legitima extiterit constare possit, tunc nulla illarum obtinebit pro defectu probationis. Item si uxor una[17] pluribus nupserit in vita omnium, cum decesserint ab omnibus dotem non obtinebit, cum omnium uxor legitima esse non possit simul et semel, sed unius, licet successive secundum quod inferius dicetur[18] in actione de dote. Si quis sub spe perquirendorum uxorem suam dotaverit de omnibus terris et
f. 94b] tenementis quas[19] tenuerit die desponsationis, non valet talis dotis

[3] Om., OB, MA, MB, CE, Y, MG, MC. [4] habuerit et tenementa, V, OA, LA, MC. [5] de, OB, MA, MB. [6] et, V, MG. [7] diu ibi, V, OA, LA, OC, MC. [8] mensura et, OA, OC, LA (mensuris). [9] et, MG, CM; casu vel, OB, MA, MB. [10] Om., OB, MA, MB. [11] in eadem, MG, Y, CM. [12] præfertur, OB, MA, MB. [13-14] viri cum quis autem, OB, MA, MB, MG, Y, CM. [15] Om., MG, CM. [16] Om., OA, LA, MC, OC (illiberimam). [17] una ex, OB, MA, MB, CE, Y, CM, MC. [18] Om., CE, MG, Y, OB; habetur, MB. [19] quæ, V, Y.

constitutio cum certa esse debeat, et sic constituta incerta sit, cum dependeat ex insidiis fortunæ, et bene esse poterit quod numquam faciet perquisitum. Et cum perquisitum non fecerit nec uxor esse debeat indotata, restringitur talis constitutio ad legitimam constitutionem tertiæ partis, vel dimidiæ, secundum diversam consuetudinem locorum et diversitatem tenementorum. Constitui etiam poterit dos in terris et tenementis quæ quis tenuerit in feodo sibi et heredibus suis, et non in his quæ tenentur ad terminum vitæ vel annorum: nec si ita tenuerit,[20] quamvis in feodo, quod alius ius habeat ut[21] rem evincere possit, quæ quidem si per iudicium evicta fuerit, licet uxor inde dotata sit, petitio dotis cessabit, quia per iudicium constabit manifeste quod vir suus non fuit seisitus inde in dominico, quamvis ut de feodo, non[22] tamen ita in feodo,[23] quod inde dotare possit uxorem. Et sic non poterit quis de iure alieno dotare uxorem suam cum effectu propter evictionem. Sed cum vir uxorem suam[24] dotaverit de certa re, et alius eandem rem petierit, et vir ante iudicium illam ei[25] per concordiam recognoverit et reddiderit, nihilominus post mortem viri integra erit[26] exactio dotis si uxor dotem petierit: secundum quosdam qui ducti sunt hac ratione, quod vir potest adeo bene remittere ius proprium sicut alienum, et in hoc dubio dotem obtinebit in quacumque recognitione et redditione per pacem. Sed dicunt alii quod adeo bene potest recognoscere ius alienum sicut ius[27] proprium, licet iudicium non intervenerit. Et quo casu cum uxor dotem petierit de re recognita, et excipiatur[28] contra eam quod dotem habere non debeat, eo quod vir suus die quo eam desponsavit non fuit inde seisitus ita in dominico, et ita in feodo quod eam inde dotare posset, et ipsa e contrario dicat quod sic, videtur et verum est, cum per negationem efficiatur res dubia, quod locus sit inquisitioni, non obstante recognitione et concordia, secundum quod videri poterit per exemplum. Esto quod aliquis[29] alium feoffaverit de aliqua terra, et mortuo feoffato herede infra ætatem relicto, deveniat custodia terræ et heredis in manus domini capitalis, qui durante custodia alium feoffaverit de eadem terra, qui ducendo uxorem ei inde dotem constituerit: cum autem heres ad ætatem pervenerit, impetret assisam novæ disseisinæ vel mortis antecessoris vel breve de ingressu vel de recto versus tenentem: tenens, sive warantum vocaverit sive non, ante iudicium, cum de iure constiterit, vel forte etsi non constiterit, ius petenti[30] recognoscit et ei reddit seisinam et decedit: uxor eius petit dotem: obicitur ei quod vir non fuit ita seisitus in dominico, et ita in feodo quod eam inde dotare

[20] tenuit, OB, MB, CE, Y, MG, CM. [21] quod, OB, MA, MB, MG, Y, CM. [22-23] Om., OB, MA, MB. [24] Om., OA, LA, OC. [25] Om., OA, MG, CM, (+ Y); rem, MB. [26] Om., OB, MA, MB. [27] Om., V, OA, OC, MB. [28] excipiatur, V, OA, LA, OC, MC, CM; excipitur, OB, MA, MB, MG, CE, Y. [29] quis, V, OA, LA, OC, MC. [30] petendi, OB, MA, MB, MG, Y, CM.

posset, et ipsa e contrario quod sic, et petit iudicium de recognitione per concordiam propter prædictum eventum dubium[81] de iure proprio viri sui vel alieno. Quo casu si de iure petentis contra virum suum constiterit, non erit ad aliam probationem ulterius procedendum, sed uxor per hoc cadet a dotis petitione. Si autem de iure non constiterit, per patriam veritas inquiratur, hoc tamen adiecto quod videndum erit utrum vir qui ius alienum recognovit se defendere possit per exceptionem, et non defendit,[82] sed gratis restituit, vel cum se[83] defendere vellet et exceptionem[84] opponeret, iudex perperam iudicando exceptionem propositam non admisit. In his vero f. 95] casibus non cadit actio dotis, cum de huiusmodi ratio sit habenda. Poterit etiam constitui dos certa et nominata, et incerta et non nominata, in re aliena sicut in re propria. Ut si quis uxorem suam dotaverit de hereditate paterna vel materna in vita eorundem, dum tamen hoc fiat per assensum et voluntatem eorundem. Aliter autem, nisi de assensu et voluntatem eorundem extiterit, constitutio non valebit. Constare enim poterit multis modis per instrumentum et scripturam ubicumque factam, dum tamen probari possit quod parentes assensum præbuerunt,[1] in qua scriptura non expedit si contineatur quod pater vel mater dotem constituerint, sed tantum[2] ille qui duxit uxorem, cum alius dotem constituere non possit. Item per vivam vocem, ut si pater vel mater vel alius parens præsens ad ostium ecclesiæ, viva voce protestetur quod filius suus dotet uxorem de hereditate quam ipsi tenent, coram pluribus ad hoc vocatis, et quod voluntarium[3] præbent ad hoc assensum. Et illud idem erit si alibi quam ad ostium ecclesiæ ante desponsationem, dum tamen hoc ante desponsationem vel in ipsa desponsatione revocatum non fuerit per dissensum: et licet de necessitate fieri debeat constitutio dotis, et modus constitutionis ad ostium ecclesiæ, non tamen necesse est omnino quod ad ostium ecclesiæ adhibeatur consensus.[4] Valet[5] enim sive[6] matrimonium præcedat sive subsequatur consensus,[7] ac si valeret si fieret ad ostium ecclesiæ, dum tamen probari possit viva voce. Si autem uxor dotata ad probandum consensum instrumentum proferat in iudicio, quod vir sic dotaverit[8] uxorem[9] per assensum, sufficit illa probatio. Si autem per vivam vocem, sufficit quælibet illarum per se. Si autem utramque simul et conveniant, sufficit unam prosequi et probare. Si autem contrariæ fuerint, unam illarum poterit eligere ab initio, et una electa, ad aliam recurrere non poterit cui per electionem renuntiavit. Et unde[10] si[11] validam elegerit, suffi-

[81] Om., OB, MA, MB. [82] defendidit, OB, MB. [83] Om., OB, MA. [84] per exceptionem, V, MG.

[1] præbuerint, OB, OC, MG. [2] tamen, V, MG, OC. [3] voluntatem, OB, MA, MB. [4] assensus, MG, CM (corr.); consensus non est necesse, OB, MA, Y (assensus). [5-7] Om., MB. [6] si, OB, MA, CE, MG, CM; enim consensus sive, OA. [8] dotavit, OB, MA, MB. [9] uxorem suam, CE, MG, Y, CM. [10] Om., OB, MA. [10-11] Om., MB.

cit. Si autem invalidam, amittit, secundum quod videri poterit cum uxor ad probandum assensum producat vivam vocem et testes qui dicant quod maritus uxoris dotavit[12] eam, et instrumentum similiter prolatum[13] ad probationem dicat quod pater vel mater vel alius parens dotavit uxorem, cum dicere deberet eos præbuisse assensum. Et[14] cum uxor præcise se tenuerit ad utramque, neutra valebit cum sint contrariæ, nisi sit qui dicat quod illam quæ utilis est sufficit tenere, et quod utile non vitiatur per inutile, et[15] quia plus valet quod actum est quam quod scriptum, forte propter[16] errorem scribentis, et benigna interpretatione posset ita instrumentum interpretari, quod ad hoc tantum valere debeat, quod antecessor constitutioni dotis factæ per heredem præbuit[17] assensum, et propter simplicitatem contrahentium: secundum quod dicitur de laico præsentante ad ecclesiam, qui dicit in instrumento præsentationis quod dat tali clerico talem ecclesiam, sed incongrue, quia episcopus dat et laicus tantum præsentat. Ex benigna igitur interpretatione propter simplicitatem laicorum admittitur, quod[18] non sit vacua præsentatio propter incongruam dictionem donationis, sed admittitur[19] donatio pro præsentatione. Dat tamen laicus advocationem ecclesiæ, licet ecclesiam dare[20] non possit. Sed si cum advocationem dederit, dicat in instrumento donationis quod dat ecclesiam, valebit donatio advocationis ex benigna interpretatione propter simplicitatem. Et sic fit interpretatio
f. 95b] ab antiquis, quod cum laicus dicat *Do ecclesiam,* dat quidquid iuris habet in ecclesia tam in advocatione quam in præsentatione, benignæ enim faciendæ sunt interpretationes ut res magis valeat quam pereat. <Sed sine præiudicio melioris sententiæ videtur quod uterque dotem constituit, pater videlicet vel alius parens propter consensum, et vir propter nominationem dotis, quorum neutrum valet sine alio, nec unum sufficere possit per se. Unde si pater instrumentum confecerit super consensu[21] ad probationem constitutionis, et uxor habuerit vivam vocem ad probationem nominationis, neutrum istorum erit alteri contrarium: et ideo bene simul stare possunt, et numquam valebit nominatio viri sine consensu parentis, nec e contrario, et sic uterque simul.> Poterit etiam vir dotare uxorem suam[22] de rebus alienis paternis vel maternis, vel utriusque ipsorum,[23] et alterius antecessoris per assensum et voluntatem ipsorum, eisdem modis quibus de rebus propriis, nominatim vel non nominatim, adquisitis et[24] adquirendis, et de illis etiam sed nominatim et specialiter de quibus antecessores numquam fuerunt in seisina, dum tamen post tempus ad heredes sunt[25] reversuræ, secundum quod superius dicitur in parte de dote alterius uxoris quæ in vita

[12] dotaverit, OB, MA, MB, MG, Y, CM. [13] probatum, V, MA, LA, MG, CM. [14] et unde, V, OA, LA, OC. [15] Om., OB, MA, MB. [16] per, OB, MA, MB. [17] præbuerit, OA, LA. [18-19] Om., OB, MG, Y, CE. [20] Om., OB, MA, MB. [21] consensum, V, MG. [22] Om., OB, MA, MB. [23] istorum, MG, CM. [24] vel, V, MG, Y. [25] Om., MA; sint, OB, MB.

viri numquam fuit deliberata. De alienis vero rebus quæ evinci poterunt non valet dotis constitutio cum effectu. Item si cum pater uxorem habuerit, et ei dotem constituerit in tertia parte hereditatis, scilicet de tribus unciis unam, et[26] de consensu ipsius vivente matre constituat filius uxori suæ dotem, non poterit eam dotare nisi de tertia parte duarum partium, scilicet duarum unciarum, quia mater dotata est de parte totius, scilicet de tertia parte trium unciarum. Si autem pater uxorem non habuerit cum filius suam dotaverit, et facta constitutione a filio de consensu patris, pater tunc post[27] uxorem duxerit, tunc fiat e contrario illius[28] quod supra dictum est et secundum quod inferius dicetur, infra de actione dotis. Videndum etiam si postquam dos semel rite fuerit constituta in rebus propriis vel alienis de consensu, ex aliqua conventione facta inter virum et uxorem constante matrimonio, augmentari possit in præiudicium vel ad[29] damnum heredis. Et dicitur quod non, ut de itinere Willelmi de Ralegha in comitatu Middlesexiæ, assisa mortis antecessoris, si Johannes Blundus. Et unde videtur quod eadem ratione minui non debet in præiudicium uxoris. Facta autem[30] constitutione dotis ut prædictum est, non poterit uxor in vita viri circa dotem constitutam nominatam quamvis certam aliquid disponere, cum inde liberum tenementum habere non possit ante assignationem, nec[31] uxor viro contradicere poterit si velit dotem vendere vel alienare, quod si faceret, de iure dotem amittet. Quod si vir alienaverit, licet uxore[32] invita, ipsa[33] tamen post mortem viri regressum habebit versus quoscumque detentores. Sed si per iudicium vel concordiam ut prædictum est, vel propter delictum secundum quod inferius dicetur, uxor regressum non habebit.

Quod uxor vidua remanere debet in capitali mesuagio per quadraginta dies post mortem viri donec dos sua fuerit ei assignata.

f. 96] MORTUO viro confirmatur tunc primo dotis constitutio. Et si dos deliberata ei fuerit, statim fiat ei dotis assignatio sine aliqua difficultate, et nihil det pro dote sua vel maritagio vel hereditate sua quam maritus et ipsa tenuerunt[1] die obitus ipsius[2] mariti. Et maneat in capitali mesuagio mariti sui per quadraginta dies post obitum mariti, infra quos assignetur ei dos sua nisi prius fuerit ei assignata, vel nisi domus illa fuerit castrum: et de castro illo si[3] decesserit,[4] statim provideatur ei domus competens in qua possit honeste morari quousque dos sua ei assignetur, secundum quod

[26] Om., MG, CM. [27] post, V, OB, MA; primo, OA, LA, OC, MB, CE, Y, MG, CM. [28] Om., OB, MA, MB. [29] Om., OB, MA, MB. [30] sic, V, OA, LA; (factum sit in, OC). [31] ut, CE, OB. [32-33] uxor in vita non potuit contradicere ipsa, V; ux. non in vita viri, MG; ux. in vita ipsa non contradixerit, OC; ux. in vita non ipsa, OB, MB; ux. in vita et ideo ipsa, MA.

[1] Om., CE; tenuerint, OB, MB, MG. [2] Om., OB, MA, MB. [3] Om., MA, MG, CE. [4] discesserit, OA, CE; recesserit, V, MG, MA (corr.), Y (corr.).

prædictum est. Et habeat rationabile estoverium suum interim de communi. Et pro dote sua cum fuerit deliberata, assignetur ei tertia pars totius terræ mariti sui quæ sua fuit in vita sua, vel alio modo satisfiat[5] ei secundum quod ad ostium ecclesiæ dos ei fuit[6] constituta, nec distringatur ad maritandum se dum vivere voluerit sine viro, et ita tamen quod securitatem faciat capitali domino quod se non maritabit sine assensu suo de quocumque tenere debeat, de domino rege vel de alio.

Qualiter dos fuerit ei assignanda.

Si autem tota dos vacaverit, tunc infra quadraginta dies assignetur ei dos sua legitima,[7] et secundum quod ad ostium ecclesiæ ei[8] fuit[9] constituta, secundum quod tunc fuerit culta vel inculta, cum fructibus et redditibus et omnibus aliis pertinentiis. Et nihil refundatur executoribus vel heredibus pro cultura et cura, quia antiquitus solet observari quod sicut uxor dotem suam recipit post mortem viri[10] cultam vel incultam, ita post mortem uxoris solet restitui heredi culta vel inculta, quia de[11] bladis et fructibus a tenemento non[12] separatis non habuit uxor testamenti factionem. Sed nova superveniente gratia et provisione, sicut patet de provisionibus apud Mertonam, inter placita quæ sequuntur regem Henricum anno regni sui vicesimo,[13] modo[14] poterit uxor de fructibus et bladis, sive a solo separata fuerint sive non, testari et pro voluntate sua disponere. Si autem pars dotis vacaverit et pars non, tunc illam partem quæ vacaverit recipiet. Et non vacantem petat per actionem per breve de recto si voluerit, nisi de consilio duxerit ad tempus abstinendum, ne[15] per receptionem partis[16] sibi[17] præiudicet quantum ad exactionem residui, propter dilationem quæ evenire[18] poterit per breve de recto si aliquid inde reciperet,[19] propter verba in brevi de dote contenta, scilicet *et unde nihil habet,* secundum quod inferius dicetur inter actiones de exceptionibus contra[20] petitionem[21] dotis. Cum autem nihil vacaverit tempore quo vir moritur, sed tota hereditas alienata extiterit in manibus aliorum, non habent tenentes necesse statim dotem f. 96b] restituere nisi velint, cum iustam causam habeant resistendi et vocandi warantum suum,[22] unum vel plures successive usque ad personam heredis et waranti uxoris de dote sua, infra quod tempus non tenentur mulieri ad restitutionem damnorum vel expensarum. Qui quidem cum warantizaverit, statim dotem restituat mulieri nisi iustam causam habuerit[23]

[5] satisfaciat, V, OB, MA, MB, CE, Y, CM, OC; satisfactum, MG. [6] fuerit, MA, CE, MG, CM, OC. [7] Om., OB, MA, MB. [8] Om., V, MG. [9] fuerit, OC, MG, CE, LA. [10] viri sui, OB, MA, MB. [11] si de, MG, CM, Y. [12] Om., OB, MA, MB, MG, Y. [13] XV, XVIII, XV alias XVIII, MSS. var. (v. vol. I, p. 187). [14] Om., OA, LA, OC, CE, CM. [15] nisi, OB, MA, MB, MG, Y, CE. [16] pars, OB, MA, MB, MG. [17] Om., OB, MA, MB. [18] venire, OC, OD, V. [19] recipiat, V; recipiet, OB, MA, MG; receperit, CM. [20-21] Om., OB, MA, MB. [22] Om., OA, LA, OC, OB. [23] habeat, MG, Y, CM.

resistendi, quam si non habuerit et resistat per malitiam, omnia damna restituet mulieri petenti secundum valorem totius dotis illam contingentis a tempore mortis viri sui, et omne interesse quatenus sua interfuit dotem suam habuisse usque ad diem quo seisinam suam per iudicium recuperaverit, et nihilominus warantus in misericordia remanebit. Et illud idem erit si cum tota dos vacaverit die quo maritus obierit, et nihil fuerit alienatum in vita sua, si uxor se in dotem nominatam posuerit, et inde ante assignationem eiecta fuerit, nec fuerit ei satisfactum sine placito et dilatione: et hoc semper tenendum nisi heres vel custos iustam habeant causam resistendi. Illud etiam erit si a tenemento quod ei assignatum est ad quarentenam suam ante assignationem dotis eiciatur, infra quarentenam vel post. Item illud idem si omnino extra teneatur quod non habeat ubi caput suum[24] reclinet.[25] Si autem cum tota vacaverit et heres contendere nolit, sed gratis et sine placito ei dotem restituere velit, videndum est quæ sint ei nomine dotis restituenda. Et si de incerta parte fiat dotis constitutio ad ostium ecclesiæ, de adquisitis et[26] adquirendis, conveniens erit quod heres ei assignet in dotem tertiam partem totius liberi tenementi, quod habuit antecessor suus in dominico suo ut de feodo die quo eam desponsavit, et ita in dominico et[27] feodo quod eam inde dotare potuit. Et hæc vera sunt nisi constitutio dotis alio modo tempore constitutionis ad ostium ecclesiæ facta fuerit, et quo casu sequenda erit constitutio cum de ea constiterit. Integre enim et non per particulas vel in parte[28] fieri debet assignatio, scilicet de omnibus terris et tenementis secundum modum constitutionis, in dominicis, villenagiis, feodis militum, homagiis, et servitiis liberorum hominum, in advocationibus ecclesiarum. Et secundum quod fuerit nominatim dotata vel non nominatim, cum advocatione vel sine, et sive ibi sint plures advocationes sive una, semper in constitutione dotis et in assignatione erit inde habenda ratio, ut vel unam ex pluribus retineat vel quod ei inde aliunde satisfiat[29] ad valentiam, cum advocationes aliquando non recipiant divisionem. Et semper tenendus est modus constitutionis. Et licet de advocationibus in constitutione dotis nulla mentio facta sit nec in assignatione, nec sit in hereditate nisi unica ecclesia, cum[30] post mortem viri in vita uxoris non debet[31] heres de iure illam conferre sine assensu uxoris. Sed quid si noluerit consentire? Heres qui duas partes habet in præsentatione præferetur, quia quamvis ecclesia magni valoris extiterit, tamen[32] occasione dotis non dividitur, quia non patitur sectionem, et maxime quia ab antiquo divisa non fuerit. Si autem de advocatione non sit mulieri aliter satisfactum, videtur prima facie quod si in vita ipsius ter vacaverit, quod de æqui-

[24] Om., OA, LA, OC, MC. [25] inclinet, MG, Y, CM. [26] scilicet et, OA, LA, MC, CE, V. [27] et in, CE, MC. [28] partes, MG, CM. [29] satisfaciat, V, OC, OB, MA, MB, Y, MG, CM. [30] tamen, CE, Y. [31] debeat, OB, MA, MB. [32] cum, MG, CM.

tate tertiam habere debeat præsentationem. Sed refert ad hoc qualiter sit dotata et dos ab initio constituta. Si autem de tertia parte et non sit nisi uni-
f. 97] cum manerium et una advocatio, vel si ibi sint plura maneria et plures advocationes, nihil petere poterit uxor de advocationibus ratione suæ tertiæ partis, nisi in ipsa dotis constitutione vel assignatione specialiter convenerit quod aliquid inde habere debeat, et est ratio. Esto quod quis[1] habeat manerium aliquod[2] integrum[3] cum advocatione ecclesiæ, et inde partem dederit tertiam vel dimidiam vel minimam uni, et postea alii alteram partem, et sic successive pluribus usque ad unam acram, vel etiam minimam partem, dum tamen aliquid retinuerit, licet quælibet pars magna sive minima data sit cum omnimodis pertinentiis suis, donator semper advocatione integre retinebit nisi specialiter cum aliqua particula transferatur. Et sive donatio facta fuerit simul et semel et una die,[4] uni vel pluribus vel[5] successive. Et unde cum tertia pars ubique constituta sit et assignata uxori nomine dotis, nulla facta mentione de advocatione, nihil transferri poterit de advocatione cum tertia parte assignata pro dote. Et unde non poterit uxor aliquid petere de advocatione ex tali dotis constitutione, nisi inde aliter specialiter convenerit in ipsa constitutione vel assignatione, quod tota advocatio transferatur cum parte assignata. Si autem dotata fuerit de aliquo manerio integre[6] ad quod pertinuerit advocatio, cum omnibus pertinentiis suis sine aliqua retentione vel[7] exceptione, advocatio transit cum universitate et ipsa re, cum specialiter retenta non sit nec excepta. Et eodem modo fiat si pro tertia parte fuerit ei aliquod manerium cum pertinentiis assignatum. Item esto quod quis ita dicat in donatione sua, *Do tali*[8] *manerium tale cum omnibus pertinentiis suis,* videtur per hoc[9] omnia transferre ad donatarium, et advocationem si ibi fuerit. Si dicat postea, *excepta tanta terra ad opus meum,* cum igitur ab initio totum transferat[10] et ab illo toto certam partem extra capiat, [videtur[11]] quod advocatio non revertatur ad ipsum cum parte excepta: sed verum est quod debeat donatario remanere. Si autem sic dicat, *Do tali tale manerium cum omnibus pertinentiis suis,* nulla facta mentione de advocatione, et postea dicat, *retenta mihi tanta terra,* vel, *præter tantam terram quam retineo,*[12] advocatio cum parte retenta remanebit donatori. Et illud idem erit, *salva mihi tanta terra.* Cum autem sic dotata fuerit ut prædictum est de tertia parte cum advocatione nominatim et expresse, vel cum[13] de manerio integro[14] expresse cum advo-

[1] aliquis, MG, Y, CM. [2] Om., MG, Y, CM. [3] integre, OA, LA, OC, CE, MC. [4] Om., OB, MA, MB. [5] Om., V, CE, MG. [6] integro, MA; integr., OB, MB. [7] sive, MG, Y, CM. [8] tibi, LA, MA, MG. [9] hæc, MG, Y, V. [10] transferatur, OB, MB, MG, CM; transferantur, MA. [11] Om., OA, LA, OB, MA, MB, MC, MG, CM, Y, CE; ad, OC. [12] retinet, MG, CM. [13] Om., CE, MA, MB, Y, MG; (— vel cum . . . expresse, OB). [14] integre, MG, CM.

catione vel[15] sine[16] expressione, dum tamen sine exceptione, bene poterit ecclesiam conferre cum vacaverit et quotiens vacaverit. Sed illam dare non poterit loco religioso vel alibi antequam vacat, et sit[17] in possessione præsentandi, quo magis impediatur præsentatio heredis[18] et waranti sui, quod si fecerit heres restituetur[19] ad seisinam præsentationis suæ vel antecessoris sui per assisam, quod si præsentaverit uxor in viduitate sua post mortem viri qui dotavit,[20] vel si nupserit secundo, et ipsi simul dederint advocationem loco religioso vel alicui privatæ personæ, per hoc auferetur seisina præsentationis suo waranto, et warantus post mortem uxoris non audietur nisi tantum super proprietate per breve de recto. Et quo casu donatarius warantum vocabit donatorem vel eius heredem, ut excambium consequatur. Sed quid si cum[21] uxor secundum virum supervixerit et advocationem petat f. 97b] per breve de ingressu, eo quod viro suo contradicere non potuit in vita viri, nec finis nec cirograffum intervenerit in curia regis? Quæritur an audiri debeat. Et videtur quod sic, sicut de quacumque alia re. Item si cum ipsa[22] petere inceperit[23] per breve de ingressu, warantus suus similiter agere incipiat per breve de recto, uxor in hoc casu erit præferenda. Et si illa obtinuerit, per hoc ius waranti reformabitur ei,[24] ut eandem seisinam quam uxor habuit,[25] habeat warantus post mortem uxoris. Et si in probatione iuris defecerit uxor, videtur quod remanere debeat actio waranti usque ad mortem uxoris, ac si esset si ipsa per se in viduitate sua post præsentationem dedisset advocationem. Et longe aliud est dare ecclesiam quam dare advocationem, quia qui advocationem dat, transfert ecclesiam et ipsum ius præsentandi, scilicet seisinam cum fuerit in seisina præsentandi. Si autem ecclesiam dederit quis alicui qui ad præsentationem admittatur, retinet sibi seisinam præsentandi et ius patronatus, cuicumque sic facta fuerit donatio, privatæ personæ vel loco religioso, in proprios usus vel alio modo. Item esto quod primus vir qui dotavit[26] nominatim cum advocatione vel alio modo ut prædictum est, in vita sua advocationem dederit alicui loco religioso, heres eius cum obierit tenetur advocationem illam quam antecessor suus incumbravit deliberare si possit,[27] vel ei satisfacere ad valentiam si non possit: et si illam uxori deliberaverit[28] illa poterit ad ecclesiam illam præsentare si vacaverit. Et sive vacaverit sive non, post mortem uxoris advocatio illa ad domum religionis revertetur, propter donum primi viri quod firmum esse debet. Cum autem de tertia parte dotata fuerit et tota dos vacaverit, sive in uno manerio sive in pluribus, de nullo quod de sui[29] natura

[15] ecclesiæ vel, LA, MC. [16] Om., OB, MA, MB. [17] sic, OB, MG, CM. [18] Om., OB, MA, MB. [19] restituatur, OB, MA; (— quod si . . . sui, MB). [20] dotaverit, OB, MA, MB, MG, Y, CM; dotavit eam, V, CM. [21] Om., OB, MA, MB. [22] ipse, MG, CM. [23] ceperit, V, OA, LA, CE, MC. [24] Om., OB, MA, MB, Y, MG. [25] habuerit, MSS. var. [26] dotaverit, MG, CM. [27] posset, OB, MA, MB. [28] deliberavit, OB, MA. [29] sua, V, CE.

indivisibile sit et sectionem sive divisionem non patiatur, nullam partem habebit, sed satisfiat[30] ei alibi ad valentiam. Item nec de aliquo quod de consuetudine dividi non solet. Quia esto quod vir non haberet nisi unicum manerium, sive illud fuerit caput baroniæ vel non, uxori non assignabitur in tertia parte[31] aliquid de capitali mesuagio. Ipsa enim nihil capiet de capitali mesuagio sive unus sit ibi heres sive plures, quia ipsa partem non capit,[32] sicut facit coheres particeps cum coherede[33] participe. Nihil enim capiet de capitali mesuagio secundum quod vallatum fuerit et inclusum fossato, haya, vel palatio. Et de hac materia inveniri poterit de termino Sanctæ Trinitatis anno regis Henrici septimo, comitatu Essexiæ, de quadam Idonea petente dotem. Item nec de aliquo quod infra clausum[34] contineatur, sicut de gardinis, servoriis, vel vivariis. De huiusmodi vero si fuerint extra, erit inferius dicendum quid iuris. Sed cum nihil capere possit de capitali mesuagio, et ipsa sine mesuagio esse non debeat, eligat ipsa de villenagio[35] honestum aliquod et quod competens ei esse videatur,[36] et inde se teneat contentam. Si autem nullum mesuagium inveniatur in villenagio, tunc provideatur ei in loco competenti quædam platea quæ ei sufficere possit ad mesuagium ad valentiam tertiæ partis, scilicet in latum et in longum, et non ad valentiam ædificiorum, et fiat mesuagium de bosco communi. Si autem nullum sit mesuagium de villenagio nec aliquid in dominico ubi fieri possit mesuagium, tunc de necessitate recurrendum erit ad capitale mesuagium, sicut in burgagiis ad liberum bancum. Et hæc omnia vera sunt nisi[37] ab initio velit heres ei gratis partem concedere de capitali mesuagio, quod bene licitum
f. 98] erit cum heres hoc voluerit. Item si in eodem manerio[1] in quo tertia[2] pars erit ei assignanda fuerint plura capitalia mesuagia, duo vel plura, ipsa ad minus unicum habebit, dum tamen heres habeat electionem. Si autem nominatim et integre dotata fuerit de aliquo manerio, vel qualitercumque dotata fuerit, si convenerit inter ipsam et heredem quod habeat aliquod manerium integre pro dote, illud totum[3] habebit cum mesuagiis et aliis pertinentiis, nisi aliquid fuerit specialiter exceptum, vel nisi valor excedat dotem rationabilem. Item cum assignanda fuerit ei tertia pars facta assignatione de mesuagio, assignetur ei tertia pars de omni quod vir[4] tenuit in dominico secundum statum præsentem in terra arabili, secundum quod fuerit culta vel inculta, seminata vel non seminata, et si fuerit seminata vel non seminata nihil dabit pro cultura. Item assignetur ei tertia pars de

[30] satisfaciat, V, OB, MA, MB, CE, Y, MC; statim faciat, MG, CM. [31] parte sua, V, OA, LA, MC. [32] capiet, OB, MA, MB. [33] Om., Y; herede, OB, MA, MB, MG, Y, CM. [34] clusum, MA, LA, MG. [35] villenagiis, V; villenagio, OA, LA, OC, MC, CE; villenag., MSS. var. [36] videat, OB, MA, MB. [37] ubi, MA, CE, MC.

[1-2] manerio ubi tertia, MG, Y, CM. [3] tenementum, CE, Y; tenementum totum, CM, MG (ten. cum.). [4] vir suus, OA, LA, MC, OC, V.

pratis, boscis, pascuis, et omnibus aliis commoditatibus exceptis parcis et vivariis de quibus nihil percipiet.[5] Nihil enim amplius percipiet de piscibus et feris in parcis inclusis quam de animalibus et ovibus in ovilibus, eo excepto, quod si piscariæ ibi fuerint quarum commoditates dependent ex insidiis fortunæ, inde percipiet tertiam partem commoditatis, vel tertium piscem vel iactum retis tertium, secundum quod convenerit. Item assignanda erit ei tertia pars villenagii quod est quasi dominicum. Item tertia pars servitiorum liberorum hominum, et de quibus habebunt custodias et relevia, salvis tamen homagiis dominis capitalibus. Item habebit heredum maritagia. Item habebit eschætas sive venerint per[6] defectum vel propter delictum, sed hoc non[7] nisi ad vitam, quia post mortem pertinent ad heredem. Et generaliter omnes commoditates ex dote provenientes uxoris erunt quoad vixerit, nisi hoc forte[8] auferat conventio specialis.

Quod dos libera esse debeat.

ASSIGNATA[9] dote libera debet esse dos. Nihil enim conferet uxor de dote sua ad debita mariti adquietanda, quia[10] si peculium mariti non sufficiat ad debita, quidquid fuerit ulterius solvendum heredem et hereditatem onerabit. Item heres tenetur dotem suam defendere et warantizare, et pro ea sequi comitatus, hundreda,[11] et curias dominorum. Ipsa enim ad alia intendere non debet nisi ut domui suæ disponat, et ut pueros suos si qui fuerint, nutriat et educat. Curiam autem suam propriam habere debet de placitis omnibus quæ ad ipsam pertinent terminanda. Placita vero per breve de recto placitari debent et terminari in curia heredis et waranti[12] de dote sua, propter vinculum homagii quod inter liberos tenentes suos et warantum de dote sua non est dissolutum, et quia ipsa[13] placitum super recto tenere non poterit, cum non habeat nisi liberum tenementum. Item nec pertinent ad ipsam placita quæ pertinent ad coronam pro iustitia et pace domini regis, quia nullus huiusmodi placita placitare poterit nisi hoc eis[14] specialiter concessum fuerit, sicut iustitiario domini regis, sicut placitum per breve de recto, visus franci plegii, placitum de vetito namii, si latro fuerit iudicandus, vel si[15] transgressum sit contra assisam[16] domini regis: huiusmodi[17] vero placita[18] non pertinent ad dotem. Alia vero placita quæ pertinent ad dominum fundi[19] placitare poterit in curia sua.

[5] recipiet, MG, CM, Y. [6] propter, V, Y. [7] non est, OB, MG, Y, CM. [8] Om., OB, MA, MB. [9] assignata vero, MG, CM. [10] quod, OB, MA, MB. [11] hundredas, V; hundredam, LA; hundredorum, OB; hundreda, OA, MC, CE; hundred., MSS. var. [12] waranti sui, V, MG. [13] Om., OB, MA, MB, CE, Y, MG, CM. [14] ei, MG, CM, Y. [15] Om., OB, MA, MB. [16] assisas, V, OA, CE, LA, OC, MC. [17-18] huiusmodi placita, OA; huiusmodi nec plac., MG. [19] feodi, V, MG.

DE ACTIONIBUS

f. 98b] *De actionibus et quid sit actio.*

DICTUM est supra de personis et rebus. Nunc autem dicendum est[19] de actionibus. Et videndum quid sit actio, et unde oriatur, et qualiter dividatur, et qualiter proponatur et intentetur, et qualiter proposita fundetur, et qualiter fundata probetur. Quid sit actio? Et sciendum quod actio nihil aliud est quam ius persequendi[20] in iudicio quod alicui debetur. *Ius* autem ponitur ad differentiam eorum quæ[21] non sunt iuris vel eorum[22] qui quamvis ius habeant et actionem, elidi tamen poterit per legitimam exceptionem contrapositam. Vel dicitur ius ad differentiam officii iudicis, quod latissimum est et non actio. Multa enim expediuntur per officium iudicis quæ non expediuntur iure actionis. Et ius non est ipsum officium, sed appellari poterit factum. Sed si sit qui quærat cur dicatur quis[23] persequi per actionem cum proponat actionem iniuriarum, cum ibi ex officio iudicis summa constituatur, respondeo, Bene potest dici actio cum agitur ex iniuria, et est ratio, quia habet querens ius[24] querendi et petendi et[25] aliquid ei debetur. Si quæras quid, respondeo, Id videlicet quod querens æstimaverit. Nam antequam querens in iudicio conqueratur, æstimare poterit iniuriam sibi factam, scilicet quale damnum sustinuerit ex qualitate facti et iniuriæ enormitate. Quæ quidem æstimatio si iniusta fuerit vel superflua, bene permittitur iudici ex officio suo[26] summam quam querens æstimavit[27] moderare et minuere, non autem augere, nisi forte ita sit quod ille de quo queritur se gratis posuerit in voluntatem et gratiam conquerentis. Et quo casu æstimatio et taxatio erit in voluntate conquerentis, et aufertur iudici officium et potestas taxandi. Item dicitur *persequendi*.[28] Hoc autem ponitur ad differentiam exceptionis, qua non persequimur[29] alium, sed magis ab alio persecuti[30] nosmet ipsos defendimus, licet in exceptione partes actoris sustineamus. Item de eo quod dicit *in iudicio*, hoc etiam ponitur ad differentiam eorum quæ non in iudicio sed extra persequimur,[31] sicut furem nocturnum

[19] Om., OC, MG, LA. [20] proseq., V, OB, MA, MB, MC, CE, MG, CM. [21-22] Om., OB, MA, MB, Y. [23] Om., OB, MA, MB, CE, Y. [24] Om., OB, MA, MB, CE. [25] si, V; *(+ quod), Y. [26] Om., OB, MA, MB, CE, Y. [27] æstimaverit, MSS. var. [28] prosequendi, V, MC, MG, CM, CE, LA. [29] prosequimur, V, MSS. var. [30] prosecuti, V, MSS. var. [31] prosequimur, V, MSS. var.

vel diurnum, sicut prædonem vel alium, et ubi[32] licebit unicuique se sine iudicio vindicare, hoc excepto, quod si tales vivi capiantur, vita et mors et membra pertinent ad regem. Item *quod sibi debetur* ponitur ad differentiam criminalium actionum, quibus non solum mihi debitum persequor,[33] f. 99] sed cuilibet de populo propter pacem regis[34] et communem utilitatem.

Unde actio oriatur.

VIDENDUM est etiam unde actio oriatur. Et sciendum[1] quod ex obligationibus præcedentibus tamquam a matre filia. Obligatio autem quæ est mater actionis originem ducit et initium ex aliqua causa præcedente, sive ex[2] contractu vel quasi, sive ex[3] maleficio vel quasi. Ex contractu vero oriri poterit multis modis, sicut ex conventione, per interrogationes et responsiones, ex verborum conceptione quæ voluntates duorum in unum trahit consensum, sicut sunt pacta conventa, quæ nuda sunt aliquando, aliquando vestita. Quæ si nuda fuerint exinde non sequitur[4] actio, quia ex nudo pacto non nascitur actio. Oportet igitur quod habeat vestimenta de quibus inferius dicendum.[5] Et huiusmodi causa ex contractu vel quasi semper erit civilis. Item nascitur obligatio ex maleficio vel quasi, et maleficium provenit ex delicto et iniuria, quæ quidem sub se plures continet species, ut si quis crimen læsæ maiestatis commiserit, homicidium vel furtum et huiusmodi. Vel quasi ex maleficio, ut si iudex scienter male iudicaverit, obligatus esse videtur quasi ex delicto. Sed quia neque præcise ex maleficio, neque ex contractu obligatus est, et aliquid peccasse intellegitur, licet per imperitiam, ideo videtur quasi ex maleficio teneri.

Quid sit obligatio et qualiter contrahatur.

CUM autem nascantur actiones ex obligationibus quæ ex contractu vel quasi substantiam capiunt, et non ex maleficio vel quasi, videndum est imprimis quid sit obligatio, et qualiter contrahatur, et per quæ verba, et per quas personas adquiratur obligatio et qualiter dissolvatur et tollatur, et qualiter cum fuerit dissoluta, renovetur, et qualiter in aliam personam transfundatur, et qualiter una obligatio in aliam mutetur. Et sciendum quod obligatio est iuris vinculum quo necessitate astringimur ad aliquid dandum vel faciendum, ut si quis ligatus fuerit et astrictus alicui[6] ad aliquid, et ille alius ei ad aliud contraligatus. Est enim obligatio quasi contraligatio, et quatuor habet species quibus contrahitur et plura vestimenta. Contrahitur enim re, verbis,[7] scripto, consensu, traditione, iunctura, quæ

[32] non, V, OB, MA, MB. [33] prosequor, MSS. var. [34] regni, OB, MA, MB, CE, Y.

[1] sciendum est, V. [2] Om., OB, MA, MB. [3] Om., OA, OC, MG, CM, MC (+ ex). [4] sequetur, OB, CE, Y, LA, MA, MB, MC. [5] dicendum est, V, MG; dicetur, OC. [6] Om., OB, MA, MB, CE, Y. [7] verbo, OB, MA, MB, CE, Y, MG.

omnia dicuntur vestimenta pactorum. Re autem contrahitur obligatio veluti mutui[8] datione quæ consistit in rebus quæ pondere, numero, mensura sunt. Pondere, sicut in rebus quæ ponderantur. Numero, sicut pecunia numerata. Pondere, ære, argento et auro. Mensura, sicut in vino, oleo, frumento. Quæ res autem in appendendo,[9] numerando, metiendo[10] in hoc dantur ut statim fiant accipientium. Quia mutuum proprie dicitur id quod ex meo fit tuum, et quandoque non eædem res sed aliæ eiusdem naturæ redduntur creditori. Is[11] autem cui res aliqua utenda datur, re obligatur quæ commodata est. Sed magna differentia est inter mutuum[12] commodatumque,[13] quia is qui rem commodatam accepit[14] ad ipsam restituendam tenetur vel f. 99b] eius pretium, si forte incendio, ruina,[15] naufragio, aut latronum hostiumve incursu, consumpta fuerit vel deperdita, subtracta vel ablata. Et qui rem utendam accepit,[16] non sufficit ad rei custodiam quod talem diligentiam adhibeat qualem suis rebus propriis adhibere solet, si alius eam diligentius potuit custodire. Ad vim autem maiorem vel casus fortuitos non tenetur quis nisi culpa sua intervenerit, ut si rem sibi domi commodatam secum detulerit[17] cum peregre profectus fuerit, et illam incursu hostium vel prædonum vel naufragio amiserit, non est dubium quin ad rei restitutionem teneatur. Commodata autem res dicitur ad commodum data, et proprie intellegitur commodata cum nulla mercede accepta res utenda datur. Gratuitum enim debet esse commodatum, et si merces intervenerit potius dici debet[18] locatio et conductio quam commodatum. Is apud quem res[19] deponitur re obligatur, et de ea re quam accepit restituenda tenetur, et etiam ad id si quid in re deposita dolo commiserit. Culpæ autem nomine non tenetur, id est desidiæ vel negligentiæ, quia[20] qui[21] negligenti amico rem custodiendam tradit, sibi ipsi et propriæ facilitati[22] hoc debet imputare. Creditor qui pignus accepit re obligatur et ad illam restituendam tenetur, et cum huiusmodi res in pignus data utriusque gratia, scilicet debitoris, quo magis pecunia ei[23] crederetur, data sit, et creditoris, quo magis ei in tuto sit creditum, sufficit ad illius rei custodiam exactam diligentiam adhibere. Quam si præstiterit et rem casu amiserit, securus esse poterit nec impedietur creditum petere. Verbis contrahitur obligatio per stipulationem. Est enim stipulatio quædam verborum conceptio quæ consistit ex[24]

[8] in mutui, V; (vel mutui, LA, MB). [9] apponendo, OC; apprehendendo, MG; aperendo, CM. [10] mestiendo, OA, OB, MA, MG, CM, Y; mestiantur, MB; mensurando, OC. [11] item, OB, MA, MB; his, V, OC, CM; si, MG. [12-13] mutuum et commodatum, MG, MA, OB (commodatumque). [14] accipit, OB, MA, MB, Y, CM. [15] Om., OB, MA, MB. [16] accipit, OB, MA, MB, Y. [17] tulerit, LA; tulit, MC. [18] debeat, OB, MA, MB. [19] Om., OB, MA, MB, CE, (+ Y). [20] Om., MA. [21] Om., OB, MB. [22] facultati, OB, MA, MB (corr. facilitati); fatuitati, V. [23] Om., OB, MA, MB, CE, Y. [24] in, OB, MA, MG, CE, Y; om., OC (+), MB, MC.

interrogatione et responsione ut si dicatur, *Promittis? Promitto. Dabis? Dabo. Facies? Faciam. Fideiubes? Fideiubeo.* Et omnis talis stipulatio aut fit pure aut in diem aut sub condicione. Pure, ut si dicatur, *tantam pecuniam dare spondes?* sine aliqua adiectione[25] diei vel condicionis, pecunia illa statim peti poterit. Sed si dies adiciatur quo solvi debeat, statim debetur, sed peti non poterit ante diem, nec etiam eo die, quia totus is dies relinquitur arbitrio solventis, nec certum non erit eo die solutum non esse, priusquam dies præterierit. Nec eodem modo recte petet quis, si quis hoc anno vel mense dare stipulatus est, nisi omnibus partibus præteritis anni vel mensis. Eodem modo si quis hominem vel fundum stipulatus fuerit, non recte petet antequam tantum spatium præterierit quod tradi possit.

Si fiat stipulatio sub condicione.

Fit stipulatio aliquando sub condicione, ut si dicatur, *Si Titius consul factus fuerit tantam pecuniam dare spondes?* Et notandum quod in condicionali stipulatione tantum spes concipitur, et condiciones quæ ad præteritum vel ad præsens tempus referuntur, aut statim infirmant obligationem aut omnino non differunt.[26] Ut si dicatur, *Si talis vixerit,*[27] vel *consul factus fuerit, dare spondes?* nam si ita non fuerit, nihil valet. Si autem res ita se habeant, statim valet, quia ea quæ per rerum naturam certa sunt statim non morantur[28] obligationem, quamvis apud nos incerta fuerint.

Facta in stipulationem deducuntur.

Facta etiam[29] in stipulationibus deducuntur, ut si facta fuerit stipulatio aliquid fieri vel non fieri, quo casu optimum erit pœnam adicere ne quantitas stipulationis sit in incerto, vel necesse sit actori probare quid eius inter-
f. 100] sit. Et tali modo adiciatur pœna, *Et si hoc factum non erit, tunc nomine pœnæ tantum dare spondes?* Item loca deducuntur in stipulationem, ut si dicas, existens Exoniæ,[1] *Hodie Londoniæ dare spondes?* talis stipulatio erit inutilis nisi tempus adiciatur quo fieri possit id quod deducitur in stipulationem, quia omnino erit impossibile, ac si quis rem promitteret quæ in rerum natura non esset, vel esse non posset, vel si rem sacram vel publicam quæ non est in alicuius bonis. <Item si de una re senserit stipulator et de alia promissor, non valet, non magis quam[2] si ad interrogata[3] non esset[4] responsum. Item non valet si quis ita stipuletur[5] quod quis homicidium perpetret vel furtum vel huiusmodi.> Item si quis stipulatus fuerit qui alium daturum vel facturum promiserit quam eum qui in potestate sua[6] extiterit, vel si quis ad ea quæ interrogatus fuerit non responderit,[7]

[25] condicione, OB, MA, MB. [26-27] differunt ut si talis vixerit, OB, MB, MA. [28] moriantur, OA, MG, CM, MC (corr. morantur). [29] autem, V, CM, MA.

[1] Oxoniæ, OB, OC, MB, MG, CE, CM, LA, Y. [2-4] quam si interrogata non esset, CE; quam interrogata esset, OB. [3] interrogatum, V. [5] stipulatur, OB, MA, MB. [6] Om., OB, MA, MB. [7] respondit, OC, CE, MG; respondiderit, OB, MA, MB.

nec secundum quod interrogatus fuerit, ut si quis decem aureos dari[8] stipuletur et alius quinque promittat, vel si unus pure et alius sub condicione, stipulatio non valebit. <Item erit inutilis si quis ita stipulatus fuerit, *Si navis venerit de Asia hodie dare spondes?* quia præpostere concepta est. Sed tamen, licet præpostera fuerit, non erit reicienda.> Item non valebit si impossibilis adiecta fuerit condicio cui natura impedimento fuerit quod existat, veluti si dicat, *Si digito cœlum tetigero dare spondes?* Si autem sic, *Si cœlum digito*[9] *non tetigero,* tunc valet, quia pure facta est et statim peti poterit.

Iudicialis stipulatio.

IUDICIALIS etiam[10] esse poterit stipulatio vel conventionalis. Iudicialis, quæ iussu iudicis fit vel prætoris. Conventionalis, quæ ex conventione utriusque partis concipitur, nec iussu iudicis vel prætoris, et quarum totidem sunt genera quot pæne rerum contrahendarum. De quibus omnibus curia regis se non intromittit,[11] nisi aliquando de gratia.

Si res plures in stipulationem deducantur.

SI cum res plures in stipulationem deducantur, promissor simpliciter respondeat sic, *dare spondeo,* propter omnes tenetur.[12] Et si unam rem tantum ex pluribus se daturum promiserit, vel quasdam, obligatio in his contrahitur pro quibus respondit.[13] Ex pluribus enim stipulationibus una vel quædam videntur esse perfectæ, et cum plures sint res, ad singulas responderi[14] debere.[15]

Quis non possit stipulari.

IN fine autem videndum quis non possit stipulari neque promittere, ut sciri possit quis possit stipulari. Et sciendum quod mutus neque stipulari potest neque promittere, cum loqui non possit, nec verba stipulationi congruentia[16] proferre. Quod quidem in surdo receptum[17] est, quia is qui stipulatur verba promittentis et is qui promittit verba stipulantis audire oportet, nisi sit qui dicat quod hoc facere possint[18] per nutus vel scripturam. Nec dicitur hoc de eo qui tardius audit, sed de eo qui omnino non exaudit. Et quod per scripturam fieri possit stipulatio et obligatio videtur, quia si scriptum fuerit in instrumento aliquem promisisse, perinde habetur ac si interrogatione præcedente responsum sit. Furiosus autem stipulari non potest nec aliquod negotium gerere, quia non intellegit quid agit. Eodem modo nec infans vel qui infanti proximus est, et qui multum a furioso non distat, nisi hoc fiat ad commodum suum et cum tutoris auctoritate.

[8] dare, OB, MA, MB, CM; stari, LA. [9] Om., OB, MG. [10] autem, V, CM. [11] intromittet, OB, MB, CM. [12] tenentur, MG, LA. [13] responderit, MC, MG, CM; respondiderit, OB, MA, MB; reponderi deberet, OC. [14] respondere, V, OB, OC, MA, MB, CE, CM. [15] debet, V; deberet, OC. [16] contingentia, OB, MA, MB. [17] exceptum, V, OB, MA, MB, OC, CM, MG, CE, MC. [18] possent, OB, MB; possunt, MG, V; possit, OC, MC, CM; posset, MA.

Causæ quare inventæ fuerunt stipulationes et obligationes.

INVENTÆ autem sunt huiusmodi stipulationes et obligationes ad hoc quod unusquisque sibi adquirat quod sua interest si contra ea agatur quæ in stipulationem deducuntur. Et si res in stipulatione deducta alii detur, nihilo- f. 100b] minus[19] intererit stipulatoris,[20] quia ille qui promisit tenebitur ad interesse vel ad pœnam si pœna fuerit in stipulatione deducta. Per scripturam vero obligatur quis, ut si quis scripserit se debere, sive pecunia numerata sit sive non, obligatur ex scriptura, nec habebit exceptionem pecuniæ non numeratæ contra scripturam, quia scripsit se debere. Et non solum obligatur quis per verba, sed per scripturam et per litteras. Non ut litteræ quidem ipsæ vel figura litterarum obliget, sed oratio significativa quam exprimunt litteræ. Sed utrumque cooperatur ad obligationem, oratio significativa simul cum littera. Contrahitur etiam obligatio non solum scripto et verbis sed consensu, sicut in contractibus bonæ fidei, ut in emptionibus venditionibus, locationibus conductionibus, societatibus et mandatis. Et ideo dicuntur obligationes huiusmodi contrahi ex consensu, quia neque scriptura neque præsentia semper est necessaria. Et notandum quod in his contractibus nominatis uterque obligatur alteri, sed in mutuo vel litterarum obligatione et aliis casibus[21] pluribus, sicut in commodato et deposito et aliis huiusmodi [unus tantum obligatur alteri]. Et si non a principio tamen postea potest uterque incipere alteri obligari vel ratione expensarum et huiusmodi.

De obligationibus quæ quasi ex contractu nascuntur.

DICTUM est[22] de obligationibus quæ nascuntur ex contractu.[23] Et sciendum quod quasi ex contractu nascuntur actiones, sicut negotiorum gestorum, tutelæ, communi dividundo, familiæ herciscundæ, actio ex testamento, condictio[24] indebiti,[25] et huiusmodi.

De traditione et iunctura.

DE traditione[26] fiat ut supra in titulo de donationibus. Iunctura, ut si plura pacta de eadem re deducantur in stipulationem. Possunt plura pacta in stipulationem deduci sicut plures res, et si incontinenti adiciantur in initio contractus, insunt contractibus et legem dant eisdem et contractus informant. Si autem ex intervallo non sic.[27] Ut si[28] primo pactum intervenerit ne[29] peteret, et postea de eadem re ut peteret, primum pactum per posterius eliditur, non quidem ipso iure sed ope exceptionis.

[19] nihil, OA, LA, OC, CE, MG, CM, MC. [20] stipulatoriæ, OB, MA, MB; stipulatario, CE; stipulatorio, MC. [21] causis, OA, OC, LA, MG. [22] est supra, V, OC, MG. [23] contractu, nunc autem dicendum est de obligationibus quæ nascuntur quasi ex contractu., V. [24-25] conductio indebiti, MG; condictio indebita, MC; condicio indebiti, OB, MA, MB, OC, CM. [26] traditione et iunctura de traditione, OA, LA, OC, MG, CM, OB, MA, MB, CE, MC. [27] non sit, V, OA, OB, MA, MB, CE, CM, LA. [28] si in, OB, MB, CM, MA (— si); (ut si post factum, OA). [29] ut non, OB, MA, MB.

Per quas personas adquiritur obligatio.

VIDENDUM etiam[30] per quas personas adquiratur obligatio. Et sciendum quod per procuratores et per liberos quos sub potestate nostra habemus. Item[31] per servos proprios vel communes vel in quibus usumfructum habemus,[32] vel alios quos bona fide possidemus, dum tamen nomine[33] nostro fuerint stipulati. <Et per nosmet ipsos, per[34] filios nostros, et per[35] liberos homines servientes nostros ex duabus causis, scilicet ex operis[36] suis et re nostra.>

Quibus modis tollitur obligatio.

VIDENDUM etiam quibus modis tollitur obligatio. Et sciendum quod tollitur quandoque per exceptionem multipliciter, ut si quis petat et alius doceat se solvisse. Item ratione pacti, ut si[37] prius convenit ut peteret, postea ne peteret. Item per exceptionem doli vel metus, ut si extortâ[38] fuerit obligatio per dolum vel per metum. Item per exceptionem rei iudicatæ, ut si per iudicium recessum sit ab obligatione. Item per exceptionem iurisiurandi, cum delatum fuerit iusiurandum vel relatum et postea iuratum. Item per exceptionem præscriptionis propter defectum probationis, quia sicut tempus est modus inducendæ obligationis, ita et tollendæ per dissimulationem et negligentiam, et per consequens actionis quæ sub certis temporibus limi-
f. 101] tatur. Currit enim tempus contra desides et sui iuris contemptores. Item tollitur morte alterius contrahentium, vel utriusque, maxime si fuerit pœnalis et[1] simplex. Si autem duplex, pœnalis et rei persecutoria, in hoc quod pœnalis est tollitur, et non extenditur contra heredes, nec datur heredibus, quia pœna suos tenet auctores, et extinguitur cum persona. Item tollitur cum sic sit extincta, quod nullæ remaneant eius reliquæ, sicut per veram solutionem quia soluto eo quod debetur, omnis tollitur obligatio, sive ipse solvat qui[2] debet,[3] sive alius pro eo, sive debitore sciente sive ignorante, et eo etiam[4] invito. Item si reus solverit, fideiussor liberatur et e contrario. Item per acceptilationem,[5] quæ dicitur imaginaria solutio, ut si dicatur, *Omne quod tibi debui ex quacumque causa habesne acceptum?* Et respondeatur vel[6] scribatur,[7] *Habeo acceptumque fero.* <Et in partem debiti poterit acceptilatio fieri, sicut in toto. Et possunt omnes[8] res quæ aliqua[9] ratione in stipulatione[10] deducuntur, tolli per acceptilationem. Et eodem modo quo tolluntur per acceptilationem obligationes, ita poterunt

[30] etiam est, V; est etiam, MB; est, CM. [31-32] Om., OB, MA, MB, CE. [33] Om., OB, OC, MA, MB, CE. [34] et, V, OC, MB. [35] Om., OB, MA, MB, CE, CM. [36] operibus, V, MA, MB, CE, CM, MC, MG. [37] si quis, OC, MG. [38] exorta, V, LA, CM, MC (corr. extorta).

[1] vel, V, OB, MA, MB, CE, MC. [2-3] Om., OB, MA, MB, CM. [4] Om., OC, MG. [5] exceptilationem, OB, MA; exceptionem, MB. [6-7] Om., OB, MA, MB. [8] Om., OB, MA, MB. [9] alia, OB, OC. [10] stipulationem, OB, MB, CE.

renovari et deduci[11] in aliam obligationem plures et unam, ut si pro[12] pluribus debitis, causis, et obligationibus promittatur certa summa pecuniæ.> Item per novationem, ut si transfusa sit obligatio de una persona in aliam, quæ in se susceperit obligationem. <Interventu enim novæ personæ nova nascitur obligatio, et prima tollitur, sicut de constituta, ut si quis in se susceperit alterius obligationem. Item si ab una persona transfusa fuerit in aliam quæ obligari non possit, ammittitur, ut si in personam minoris a persona maioris. Item[13] in novatione[14] intervenire poterit fideiussor et pœna. Item sub condicione, ut si secundus bene solverit, alioquin durat prima.> Item per confusionem, ut si massa confusa fuerit cum alia ita quod non appareat. Item per interitum rei et speciei. In[15] solutione tamen notandum quod prædicta vera sunt si corporale erat quod deductum fuit in obligationem. Si autem incorporale, sicut servitus vel aliud ius quod est incorporale, non poterit fieri inde solutio, cum res incorporalis traditionem non patiatur. Videtur tamen quasi traditionem fieri per cotidianam patientiam et per usum. Et in summa notandum quod eisdem modis dissolvitur obligatio, quæ nascitur ex contractu vel quasi, quibus contrahitur. Re, ut si res petenti restituatur. Verbis, ut si fiat in contrarium et contrariis verbis. Scripto, ut si cum scripserim me debere, scribat creditor se accepisse.[16] Consensu, ut si communiter consensum fuerit ex utraque parte, recedatur a contractu per communem dissensum utriusque et non alterius tantum. Traditione, ut si res tradita retradatur.[17] Iunctura, ut si fiat contrarium.

Item oriuntur obligationes ex delicto vel quasi.

Oriuntur etiam[18] obligationes ex delicto vel quasi, ex maleficio vel quasi. Delicta vero et maleficia ex dictis et factis præcedentibus, quæ quidem distingui debent quo animo fiant et qua voluntate. Voluntas enim et propositum distinguunt maleficia, secundum quod inferius dicetur. Ex maleficiis autem procedunt crimina maiora vel minima,[19] sicut crimen læsæ maiestatis, homicidia, furta vel[20] rapinæ, et alia plura de quibus inferius dicetur. Item quasi ex maleficio transgressiones sive præsumptiones, ut si iudex scienter male iudicaverit, et huiusmodi. Item ex maleficio vel delicto procedunt iniuriæ et transgressiones. Iniuria autem dici poterit omne illud quod non iure fit. Transgressio autem cum modus et mensura non servatur. Et in his casibus
f. 101b] considerandum erit quo animo, quave voluntate quid fiat in facto vel in[21] dicto,[22] ut perinde sciri possit quæ sequatur actio et quæ pœna.

[11] reduci, LA, MC. [12] Om., OC, MG. [13-14] item novatione, MA, MB, CE; item in innovatione, OB. [15] item in, OB, MA, MB, CE, MC; item, V. [16] recepisse, OB, MA, MB. [17] tradatur, OB, MA, MB. [18] Om., OB, MA, MB, CE, CM; autem, MC. [19] minora, V, MA, OC, MG, CM. [20] et, V, OA, LA, CE, OC, MC; om., MG. [21-22] iudicio, V, CM; fiat iudicio vel facto, MA.

Tolle enim voluntatem et erit omnis actus indifferens, quia affectio tua nomen imponit operi tuo, et crimen non contrahitur, nisi nocendi voluntas intercedat, nec furtum committitur nisi ex affectu furandi. In his autem delictis sive maleficiis obligatur ille qui delinquit ei[23] contra quem delinquit,[24] nec dissolvitur obligatio quoad pœnam, nisi morte utriusque vel alterius. Pœna vero non transgreditur personam delinquentis, non enim debet pœnam sentire qui in culpa non fuit, iuxta illud, *Pœna potest demi, culpa perennis erit.*

De prima divisione actionum.

DICTUM est supra quid sit actio et qualiter de obligationibus oriatur. Nunc autem videndum qualiter dividatur. Et sciendum quod omnium actionum sive placitorum, ut inde utatur æquivoce, hæc est prima divisio, quod quædam sunt in rem, quædam in personam et quædam mixtæ. Item earum quæ sunt in personam alia criminalia[25] alia civilia,[26] secundum quod descendunt ex maleficiis vel contractibus. Item criminalium alia maior, alia minor, alia maxima, secundum criminum quantitatem. Sunt enim crimina maiora, et dicuntur capitalia, eo quod ultimum inducunt supplicium vel truncationem membrorum vel exilium perpetuum vel ad tempus. Minora vero quæ fustigationem inducunt, vel pœnam pilloralem vel twymboralem vel carceris inclusionem, quandoque cum infamia quandoque sine, secundum quod causa fuerit talis vel talis. Ictus enim fustium infamiam non irrogat, sed causa, propter quam id[27] pati[28] meruit. Item earum quæ sunt in personam et quæ ex delicto oriuntur vel quasi, sicut actio iniuriarum de qua civiliter agitur quædam maior est quædam minor. Est[29] enim atrox iniuria et est levis, et secundum hoc sequetur pœna maior vel minor,[30] iuxta illud, *Quod tamen admissum quæ sit vindicta docebo.* Nec debet pœna ad alios extendi quam ad suos auctores, nec ulterius progredi quam se extendit delictum. Item poterit iniuria sub se continere transgressionem, ut si quid præsumatur contra statuta regis et regni excedendo modum et mensuram vel faciendo citra debitum, videlicet minus quam deberet, per malitiam et fraudem, negligentiam et omissionem. Item sunt actiones in personam civiles quæ oriuntur ex contractu vel quasi, ut supra dictum est, videlicet ubi quis alteri tenetur ad aliquid dandum vel faciendum ex aliqua causa præcedente. Et notandum quod nulla actio in personam civilis criminaliter potest nec debet intentari. Unde oportet quod iudex in qualibet actione tali factum et initium diligenter examinet, et secundum hoc procedat actio civiliter,

[23-24] Om., LA, OB, MA, MB, MG. [25] criminalis, CE, MC; criminal., OA, LA, OC, OB, MA, MB, MG, CM. [26] civilis, OA, OB, MB, MC; civil., OC, LA, MA, CE, CM, MG. [27-28] idem plecti, OB, MA, MB, CM, CE (id), MC (id), V (id); id peti, OA; id pecti, LA (corr. pati). [29-30] Om., OB, MA, MB, CE.

etiam[31] si utraque pars[32] vellet criminaliter agere in civili. Ut si quis actionem institueret contra alium criminaliter cum sit civilis, et diceret quod per feloniam excussisset pulverem de capa sua, vel quid tale, et hoc paratus f. 102] esset disrationare: iudex factum examinando et causam pronuntiare deberet appellum esse nullum, et causam civilem et non criminalem. Et hoc etiam si appellatus paratus esset per corpus suum se[1] defendere. Et etiam si per imperitiam esset inter eos duellum vadiatum, deberet devadiari per iudicium. Sed restat quærendum utrum talis ulterius ad civilem actionem habere possit regressum vel non. Cum autem[2] actio fuerit mere criminalis, institui poterit ab initio criminaliter vel civiliter. Sed[3] cum criminalis[4] semel fuerit instituta civiliter,[5] quæritur an accusans mutare possit et agere criminaliter, et e contrario. Dicunt quidam quod a criminali descendere non poterit ad civilem minuendo, sed a civili ad criminalem augendo. Quibus tamen ego non assentio, cum in hoc casu[6] admitti non deberet variatio.[7] Personales vero actiones sunt quæ competunt contra aliquem ex contractu vel quasi, ex maleficio vel quasi, cum quis teneatur ad aliquid dandum vel faciendum, et locum habent adversus eum qui contraxit et heredem suum, nisi sint pœnales. Et dicuntur actiones nativæ, eo quod nascuntur ex contractibus. Et omnes fere personales actiones sunt ex contractu, sicut mutui, commodati, depositi, mandati, ex empto vendito, locato et conducto. Personales vero actiones quæ nascuntur ex maleficio, aliæ persequuntur[8] pœnam tantum ut actio furti, aliæ vero persequuntur[9] ipsam rem et pœnam sicut actio vi bonorum raptorum, et ita sint duplices eo quod sunt rei[10] persecutoriæ et pœnæ, et ita tam in rem quam in personam. Et cum sint uno modo rei persecutoriæ, competunt contra omnes qui possunt restituere, sive ille possideat qui spoliavit sive alius. Secundum vero quod fuerint pœnales, non persequuntur[11] nisi tantum auctores delicti. Et quandoque competunt versus unum qui deliquit cum possit restituere, cum sint coniunctæ in una persona: et quandoque versus duos vel plures, cum sint disiunctæ et bifurcatæ, cum ille qui deliquit non possideat nec restituere possit, et ille qui possidet non deliquerit sed restituere possit. Item illarum quæ sunt in personam ex maleficio vel quasi, quædam sunt criminales et quædam civiles. Criminalium quædam maiores, quædam minores. Et civilium eodem modo, secundum quod superius in parte tangitur.

[31] et, V, MA, OC; aut, CM. [32] Om., OB, MA, MB.

[1] Om., V, MG. [2] Om., OB, MA, MB. [3-5] Om., OB, MA, MB. [4] criminaliter, V, LA; criminal., OA, OC, CE, CM, MG, MC. [6-7] casu adminui non deberet narratio, OB, MB, MA (debet). [8-9] prosequuntur, prosequentur, persequentur, MSS. var. [10] Om., OB, MA, MB. [11] persequentur, prosequuntur, MSS. var.

Quæ sunt actiones in rem de re immobili.

ACTIONES vero[12] in rem sunt quæ dantur contra possidentem, qui[13] nomine proprio possideat ex quacumque causa et non alieno, quia habet rem vel possidet[14] quam restituere potest[15] vel dominum nominare. Ut si quis petat ab alio[16] rem certam, fundum aliquem vel terram, et se contendat inde dominum, et persequatur rem illam et non eius pretium nec eius æstimationem nec tantundem quod sit eiusdem generis, et sit res corporalis immobilis quæ petitur ex quacumque causa versus aliquem qui nullo iure personali obligatus est. Et per hoc quod petens rem petitam suam esse intendens actionem instituerit versus tenentem, et tenens negaverit, in rem erit actio sive placitum, et hoc sive nomine proprio petat sive ratione rei quam ipse possidet, sicut viri religiosi vel rectores nomine ecclesiarum suarum, vel alii nomine alicuius universitatis sicut in rem communem. Et hoc etiam sive principaliter petat ipsam rem, sive ius quod rei adhæreat vel tenemento et quod a tenemento separari non possit. Ut si quis petat advocationem alicuius ecclesiæ vel communam pasturæ, vel quod liceat ei ire agere, vel quid f. 102b] tale quod consistat in iure, in rem erit placitum sive actio. Quia huiusmodi iura omnia sunt res incorporales, et quasi possidentur et insunt corporibus, et adquiri non possunt nec[17] retineri[18] sine corporibus quibus insint,[19] nec aliquando sine corporibus ad quæ pertineant.

Quæ sunt actiones in rem de re mobili.

DICTUM est supra si res sit immobilis quæ petitur, nunc tamen[20] sit res mobilis quæ petatur, sicut[21] leo, bos, vel asinus, vestimentum, vel aliud quod consistat in pondere vel mensura. Videtur prima facie quod actio sive placitum esse debeat tam in rem quam in personam, eo quod certa res petitur, et quia possidens tenetur restituere rem petitam. Sed re vera erit in personam tantum, quia ille a quo res petitur non tenetur præcise ad rem restituendam, sed sub disiunctione,[22] vel ad rem vel ad pretium. Et solvendo tantum pretium liberatur, sive res appareat sive non. Et ideo si quis rem mobilem vindicaverit ex quacumque causa ablatam vel commodatam, debet in actione sua definire pretium et sic actionem proponere, *Ego talis peto quod talis restituat mihi talem rem tanti pretii,* vel, *Conqueror quod talis iniuste mihi detinet,* vel *robbavit,*[23] *talem rem tanti pretii.* Alioquin non valebit rei mobilis vindicatio, pretio non apposito. Idem erit si res mobiles petantur quæ consistunt in pondere, numero vel[24] mensura, sicut massa, pecunia vel triticum, vel aliæ quæ in liquido consistunt, sicut vinum et

[12] Om., OB, MA, MB. [13] quæ, OB, MA, MB. [14] possideat, MG, CM. [15] possit, V, MG. [16] aliquo, OB, CM, MG. [17] neque, OC, LA, MC, MG. [18] teneri, OB, MB, CE, CM; tenere, MA. [19] insunt, V, OC, MA, MG, CM. [20] autem, OB, MA, MB; cum, V, LA, CE, MG, CM. [21] ut, OC, MG. [22] distinctione, OA, MA; distructione, MC (corr. disiunctive). [23] roboravit, OB, OC, MG; robberavit, MB, MA. [24] et, OB, MA, MB, CE, CM.

oleum. Quo casu si huiusmodi res petantur, sufficit si implacitatus tantundem restituat quod sit eiusdem ponderis, numeri,[25] generis et mensuræ, et unde quia præcise non compellitur ad rem quæ petitur, erit actio in personam cum implacitatus per solutionem tantundem possit liberari.

Quæ sit actio mixta.

Est[26] etiam[27] actio mixta tam in rem quam in personam. Et ideo sunt mixtæ quia mixtam habent causam ad utrumque, sicut est divisio hereditatis inter coheredes participes vel de proparte[28] sororum vel alio modo de proparte,[29] secundum quod res fuerit dividenda ratione personarum vel ratione rei vel utriusque. Et eodem modo si res dividenda fuerit inter vicinos non coheredes, vel si distinguendi sunt[30] fines agrorum inter vicinos et baronias per[31] rationabiles divisas vel per[32] ambulationem.[33] In quibus casibus huiusmodi actiones videntur esse mixtæ tam in rem quam in personam, cum quilibet eorum sit actor et reus. Actor tamen dici poterit ille qui prius ad iudicium provocaverit. Et ita comparatæ sunt quædam actiones sola gratia rei persequendæ, vel[34] sola gratia pœnæ persequendæ,[35] et sic sunt simplices, vel gratia utriusque, et sic sunt[36] duplices, vel tam in rem quam in personam, et sic sunt[37] mixtæ, in rem ratione rei principalis, in personam gratia personalium præstationum. <Item mixta esse poterit et mixtam causam habere secundum quod fuerit rei persecutoria et pœnalis, et ita erit quælibet actio in rem. Persequitur enim rem ipsam et pœnam propter iniustam detentionem. Et eodem modo de actione in rem et in personam, et ita possunt esse mixtæ et mixtam habere causam quælibet criminalis et civilis, sive oriatur ex maleficio vel quasi.> Sunt quædam quæ aliquando fuerunt perpetuæ et durare solent sine temporis præfinitione.[38] Hodie vero[39] fere omnes infra certa tempora limitantur pro defectu probationum, et[40] sic sunt[41] temporales, secundum quarundem actionum diversitates. Fere dico[42] f. 103] propter res quæ de iure gentium pertinent[43] ad coronam propter privilegium regis sicut de rebus quæ in nullius bonis sunt nec habent dominum. Item de rebus et libertatibus[1] quæ pertinent ad dignitatem domini[2] regis et coronam, et[3] in quibus casibus nullum tempus currit contra ipsum si petat cum probare non habeat necesse, et sine probatione obtinebit si implacitatus warantum non habuerit nec specialem libertatem,

[25] Om., OB, MA, MB. [26-27] quæ sit, OB, MA, MB, CE. [28] parte, OB, MA, MB. [29] parte, OB, MA, MB, MG. [30] sint, V, MG. [31] et per, MC, LA. [32-33] per perambulationem, V; perambulationem, OC, MA; per ambulationibus, MG. [34-35] Om., MG, CM. [36] fiunt, MG, OC. [37] fiunt, OC, MG. [38] præsumptione, MA, MB, CM; definitione, MG. [39] Om., MA, MB, OB. [40-41] Om., OB, MA, MB. [42] Om., OB, MA, MB. [43] spectant, OB, MA, MB, CE, CM.

[1] libertatibus et dignitatibus, V, MA; dignitatibus, MB. [2] Om., OB, MA, MB, CE, CM. [3] Om., OB, CE, CM.

quia se ex longo tempore non defendet. Si aliquæ vero sint actiones quæ ex quacumque causa dentur in heredes vel contra, dici poterunt transitoriæ eo quod transeunt ad heredes vel contra.

Quædam conceptæ sunt in simplum et sic.

Item actionum quædam conceptæ sunt in simplum, quædam in duplum, quædam in triplum, quædam in quadruplum, et ita competere poterunt versus unicam personam vel plures, et secundum quod fuerint rei persecutoriæ vel pœnæ. Item ex uno delicto plures poterunt oriri actiones contra unum vel plures, et quandoque una actione poterunt terminari omnes. Item plures poterunt competere actiones alicui contra alium, quarum una erit præiudicialis et præambula et prius terminanda. Item in uno libello possunt duæ contineri actiones, quarum una in personam alia in rem, et quarum quælibet simplex erit per se. Item actionum quædam directa, quædam indirecta, quædam contraria. Item quædam universalis,[4] quædam generalis, quædam singularis. Item quædam communis, quædam propria, secundum quod res quæ petitur communis fuerit vel propria. Item earum quæ sunt in rem, quædam proditæ sunt super ipsa possessione, et quædam super proprietate. Est enim possessio rei et proprietas.

De actionibus in rem.

Actionum autem civilium et in rem sicut rei vindicatio, alia confessoria alia negatoria. [Confessoria[5]] cum dicat quis aliquam rem corporalem[6] esse suam, sicut hunc servum, hunc fundum, hunc equum, hanc vestem. Item confessoria est qua dicis tibi ius esse eundi per fundum vicini tui aquamve ducendi, eo invito, et huiusmodi. Et hæc actio in rem ideo dicitur quia rem tuam incorporalem petis, scilicet ius eundi per fundum, et ideo confessoria dicitur quia constituta est verbis affirmativis. Actio[7] vero negatoria est quam dominus fundi intendit adversus te solito euntem per fundum suum, dicens tibi non esse ius ire per fundum suum. Et hæc actio dicitur in rem quia dominus fundi in hoc suam vindicat libertatem. Et huiusmodi actiones non[8] competunt de dominio rei sed de iure prædiorum. <Item in rem quædam recuperandæ possessionis causa, quædam adipiscendæ, et quædam retinendæ.[9] Recuperandæ, hoc est seisinæ propriæ prius habitæ per assisam novæ disseisinæ. Adipiscendæ, hoc est alienæ, videlicet alicuius[10] antecessoris. Retinendæ, sicut interdicta ne quis alteri[11] vim faciat. Item quandoque gratia recuperandæ tam possessionis quam proprietatis simul. Item quandoque causa recuperandæ possessionis quam quis ei concessit ad terminum vitæ vel annorum.>

[4] universalis, OC, MG, Y; utilis, OB, MA, CM; ulis., OA, LA, CE, MC; vulgaris, V; nullius, MB. [5] Om., OA, LA, OB, MA, MB, CE, Y, OC, MG, CM, MC. [6] temporalem, OA. [7] altera, OB, MA. [8] Om., OB, MA, MB. [9] recipiendæ, OB, MB. [10] Om., LA, MG. [11] alicui, OB, MA, MB.

De actionibus civilibus in personam, qualiter nascuntur.

ITEM actionum civilium in personam ex[12] contractu vel quasi quædam nascuntur[13] ex pacto. Ex quasi contractu nasci dicuntur quæ nec omnino ex pacto nec omnino ex maleficio, sed tamen[14] maiorem cum pactis habent affinitatem quam cum maleficiis. Ex maleficiis nascuntur actiones quibus delicta hominum coercentur, sicut condictio rei furtivæ, actio vi[15] bonorum raptorum, actio legis Aquiliæ, et iniuriarum. Ex quasi maleficio nascuntur f. 108b] actiones quæ nec ad pacta accedunt nec proprie ad maleficia, sed similiora sunt maleficiis quam pactis. Ex contractu et obligatione oriuntur actiones, secundum quod superius dictum est, aliæ re, aliæ verbis, aliæ litteris, aliæ consensu. Re, ut condictio[16] certi de mutuo. Condictio[17] autem certi competit ex omni causa et obligatione ex qua quid[18] certum petitur, sive ex contractu certo vel incerto. Causa vero huiusmodi actionum sunt quatuor contractus innominati,[19] de quibus superius dictum est in titulo de donationibus, ut do ut des, do ut facias, facio ut des, facio ut facias. Item est petitoria hereditatis actio, et competit illis quibus ius merum descendit ab antecessoribus sicut heredibus propinquioribus.

De possessoria hereditatis petitione, quæ dici poterit assisa novæ disseisinæ.

POSSESSORIA vero hereditatis petitio est de possessione propria, et quæ dicitur actio unde vi per quam restituitur spoliato sua possessio, et dici poterit assisa[20] novæ disseisinæ. Item dicitur possessoria petitio de possessione aliena, sicut alicuius antecessoris, de aliquo de quo antecessor obiit seisitus ut de feodo, quæ dicitur actio quorum bonorum sive assisa mortis antecessoris.

Cui competant actiones quæ oriuntur ex maleficio, et contra quem.

ITEM videndum cui competant actiones quæ ex maleficio oriuntur et contra quem. Et sciendum quod actio furti sive condictio domino rei competit contra[21] furem et eius successorem et contra quemlibet detentorem. Actio vi bonorum raptorum de rebus mobilibus vi ablatis sive robbatis datur domino rerum vel de cuius custodia surreptæ sunt, et qui intravit in solutionem erga dominum suum ita quod eius intersit[22] agere. Actio vero legis Aquiliæ de hominibus per feloniam occisis vel vulneratis dabitur propinquioribus parentibus, vel extraneis homagio vel servitio obligatis ita quod eorum intersit agere.

12-13 qualiter nascuntur, OB, MA, MB, CE, Y. 14 Om., OB, MA, MB, CE, CM, Y. 15 videlicet, V, MA, MB. 16-17 condicio, V, MSS. var.; conductio, MB. 18 quidem, MG, CM, MB. 19 nominati, OA, OB, OC, MA, MB, MG, CE, CM, MC; superius nominati, V; innominati, OG, OM, HA, X, Y. 20 Om., OB, MA, MB. 21 Om., OB, MB, MA (+ contra). 22 sit, OB, MA, MB, MC, CE, Y; intererat, LA.

Item cui actio iniuriarum competat, et contra quem.

Actio vero iniuriarum competit ei qui contumeliam vel iniuriam passus est contra eum qui iniuriam intulit, vel pulsavit,[23] verberavit vel[24] male tractavit, et in qua iudex eum tanti condemnabit quanti actor dixerit se nolle iniuriam sustinuisse, adhibita tamen per iudicem taxatione.

Item cui actio quod metus causa, et contra quem.

Actio quod metus causa datur ei qui probabili metu coactus rem suam tradidit, vendidit, vel promisit, versus eum qui metum intulit. Et dicitur metus probabilis qui in virum constantem cadere posset et non in hominem meticulosum. Actio de dolo competit ei contra quem dolus[25] committitur. Actio vero sive interdictum unde vi secundum quod duplex est, scilicet rei restitutoria et pœnalis, datur contra eum qui vi deiecit, et datur ei qui vi deiectus est ad restitutionem possessionis rei immobilis qua quis vi deiectus est. Et quo casu duplex est in persona deiectoris, secundum quod inferius dicetur in assisa novæ disseisinæ, et in qua nec mortalitas nec casus fortuitus liberat deiectorem.

Item cui et contra quem competat interdictum quod vi aut clam.

Actio sive interdictum quod vi aut clam datur adversus eum qui in solo vel[26] fundo[27] alterius novum opus manu[28] factum[29] construxit[30] vel destruxit,
f. 104] et se occultavit ne sibi[1] prohiberetur. Et qui talia construxit vel destruxit per hanc actionem compelletur ut id quod fecit in pristinum statum suis sumptibus reponat, ut res sit sicut solet esse et debet. Huiusmodi vero actiones sive interdicta non dantur heredibus neque in heredes in eo quod pœnalia sunt, sed dantur in eo quod sunt restitutoria.

Item cui et contra quem competat interdictum de itinere actuque privato.

Actio vero sive interdictum de itinere actuque privato datur adversus eos qui iniuste aliquem prohibent[2] uti sua servitute. Ait enim prætor, quod[3] itinere actuque privato agitur, vel via hoc anno nec vi nec clam nec precario ab adversario usum est, quo minus ita utatur, vim fieri veto. Et hæc omnia interdicta ex maleficio oriuntur.

De interdicto quorum bonorum.

Est etiam interdictum sive actio quorum bonorum quæ non oritur ex maleficio, sed ex quasi contractu, et datur heredibus propinquioribus de seisina antecessoris, et datur adversus quoslibet possidentes.

Alia divisio actionum.

Actionum autem civilium quæ sunt in rem, aliæ datæ sunt super ipsa pos-

[23] pulsavit vel, MG, CM. [24] et, V, OA, LA, OC, MC. [25] dolo, OA, LA, OB, MB, MG, CM. [26-27] Om., OB, MA, MB, Y; vel in fundo, MG, CM, OC. [28-29] manifestum, OB, MA, MB, CE. [30] construxerit, OA, OB, CE.

[1] Om., MA, MB. [2] prohibunt, MA, MB. [3] quod, MSS.; quo, Dig. 43. 19. 1.

sessione, aliæ proditæ super ipsa proprietate. Et si super eadem re uni petenti plures competant actiones, sicut assisa novæ disseisinæ, mortis antecessoris super possessione, et breve de ingressu et breve de recto super proprietate, simul et semel omnibus uti non poterit. Sed unam eligat quam voluerit, et una electa numquam habebit regressum ad alias pendente illa. Quod si ad aliam recurrat, impetratio de secunda non valebit.

Si plures competant super una re et una fuerit electa.

Si vero quocumque modo ab incepta recesserit per licentiam vel iudicium, in proponendis actionibus hunc ordinem observabit. Si enim ab assisa novæ disseisinæ recessum fuerit, statim habeatur recursus ad assisam mortis antecessoris si competat, et postea breve de ingressu, et ad ultimum ad breve de recto, et ita ascendendo de possessione usque ad proprietatem. Sed non e contrario descendendo, quia numquam de brevi de recto fit descensus ad alia brevia inferiora, quia qui semel egerit per breve de recto totum ius tam super possessione quam super proprietate deducit in iudicium, secundum quod videri poterit infra ubi tractatur de brevi de recto. Numquam enim a causa proprietatis fit descensus ad causam possessionis, nec postquam semel actum fuerit de seisina antecessoris[4] non poterit quis agere de seisina propria per assisam.

Si quis se retraxerit ab una cum fuerit electa.

Cum autem ab actione in rem quis semel recesserit vel ab actione se retraxerit, vel iudicium contrarium habuerit, numquam ad eandem redire poterit cum semel extincta non reviviscit. Si autem ex quacumque causa a brevi se retraxerit pro aliquo defectu et non ab actione, aliud erit.

Item actionum tertia divisio.

Item actionem quædam præiudiciales quæ oriuntur ex incidentibus quæstionibus vel emergentibus, in quibus quæritur utrum aliquis[5] sit ingenuus vel libertinus,[6] liber vel servus, filius an non, et si filius, utrum legitimus vel bastardus, et huiusmodi. Et dicuntur præiudiciales quia prius iudicantur quam actio principalis, et[7] ut per hoc remaneat principalis vel procedat in quacumque causa incidenti vel emergenti,[8] ut si incidat conventio sive pactum, res iudicata vel finis factus, vel alia quævis exceptio.

Ubi terminari debeant actiones criminales.

f. 104b] Ubi terminari debeant actiones sive placita videndum. Et sciendum quod si actiones criminales sint in curia domini regis debent terminari, cum sit ibi pœna corporalis infligenda, et hoc coram ipso si tangat per-

[4] antecessorum, LA; antecessor., MSS. var. [5] aliquid, OB, MB; aliud, MA. [6] libertinus et si libertinus liber, V. [7] Om., OB, MA, MB, CE, CM, Y. [8] emergente, OA, LA, CE, CM, MG, MC.

sonam suam, sicut crimen læsæ maiestatis, vel coram[9] iustitiariis ad hoc specialiter constitutis si tangat personas privatas. Vita vero et membra hominum sunt in manu regis,[10] vel ad tuitionem vel ad pœnam cum deliquerint, nisi ita sit forte quod aliquis gaudeat speciali libertate, quod habeat tol et them etcetera ut infra. Ad dominum regem pertinet[11] et coronam[12] suam cognoscendi de crimine læsæ maiestatis, ut de nece vel seditione personæ suæ vel regni vel exercitus sui. Item crimen falsi quod sub se plures continet species, et multipliciter fieri poterit, ut si quis falsaverit sigillum domini regis, vel falsam monetam fabricaverit, vel de non reproba reprobam fecerit, vel si quis falsario consenserit scienter. Item occultatio thesauri inventi fraudulosa, placitum de[13] pace[14] domini regis infracta. Et ista graviora sunt crimina et maiora quia principaliter tangunt personam ipsius regis. Sunt etiam crimina aliquantulum minora,[15] eo quod in parte tangunt ipsum regem propter pacem suam infractam, in parte privatas personas contra quas delinquitur, sicut crimen furti, crimen roberiæ contra pacem, et plagarum. Item crimen homicidii, sive sit casuale sive voluntarium, licet eandem pœnam non contineant quia in uno casu rigor et in alio misericordia. Item crimen incendii nequiter facti. Item raptus virginis vel sanctimonialis vel matronæ honeste viventis. Item crimen roberiæ et imprisonamenti contra pacem. Item de libero homine imprisonato. Quorum[16] omnia pœnam corporalem infligunt, et secundum quod fuerint maiora vel minora gravem inducunt pœnam vel minus gravem. Inducunt enim quædam ultimum supplicium cum pœna graviori et tormentis, ne statim deficiant, quandoque sine tormentis. Item quædam inducunt membrorum truncationem, quædam exilium perpetuum vel ad tempus, et eodem modo imprisonamentum. Pœnæ autem ad correctionem[17] hominum sunt inventæ, ut quos divinus timor[18] non revocat, temporalis saltem pœna cohibeat[19] a peccato. Ipse enim deus propter iniquitatem corripit[20] homines.

De generibus pœnarum quibus homines afficiuntur propter eorum iniquitates.

Genera pœnarum quibus afficiuntur malefactores sunt hæc. Sunt autem quædam quæ adimunt vitam vel membra. Sunt autem quæ auferunt civitatem, burgum, vel provinciam. Sunt autem quæ continent exilium perpetuum vel ad tempus, vel corporis[21] coertionem, scilicet imprisonamentum vel[22] ad tempus vel imperpetuum. Sunt quædam quæ fustigationem, ver-

[9] Om., OB, MA, MB, CE, Y. [10] domini regis, V, MA. [11] pertinent, OA, LA, MC, OC, CE, CM. [12] ad coronam, OB, MA, MB. [13-14] Om., OA. [15] maiora, OB, MA, MB. [16] quarum, OA, OB, OC, LA, MA, MB, CE, CM, Y, MC; (quorum omni, MG). [17] correctionem et correptionem, V; correptionem, OA, Y (+ alias correctionem); corruptionem, OB, MA, MB. [18] timor a malo, V, CM. [19] coerceat et cohibeat, V; coerceat, CM; prohibeat, OC. [20] corripuit, OB, MB, Y. [21] ad corporis, OB, MA. [22] Om., OA, LA, OC, MG, MC.

berationem, pœnam pilloralem et twymboralem et damnum cum infamia inducunt. Sunt etiam quædam quæ dignitatis et ordinis inducunt depositionem vel alicuius actus privationem vel prohibitionem. Et non alio modo puniatur quis quam secundum quod se habeat condemnatio, ut si gladio animadverti debeat in aliquem, tunc non[28] securi neque telo neque fustibus vel laqueo alio quove modo. Item qui vivi exuri debent non eis verberibus f. 105] noceatur, nec virgis, nec tormentis: quia plerique deficiunt dum torquentur,[1] et hoc nisi aliter exigat enormitas delicti. Solent præsides in carcere continendos damnare ut in vinculis contineantur, sed huiusmodi interdictæ sunt a lege, quia carcer ad continendos homines et non puniendos haberi debet. Respiciendum est iudicanti ne quid aut durius aut remissius constituatur quam causa deposcit, nec enim aut severitatis aut clementiæ gloria affectanda est, sed perpenso iudicio prout quæque res expostulat statuendum. In levioribus causis proniores esse debent ad lenitatem. In gravioribus vero pœnis severitatem legum cum aliquo temperamento benignitatis subsequi. Et pœnæ potius molliendæ sunt quam exasperandæ. Delinquunt latrones proposito per factionem. Ebrii, impetu per ebrietatem cum ad manus vel ferrum[2] pervenitur. Casu, cum per infortunium, ut si aliquis venando per telum in feram missum hominem interfecerit, et similia perpetraverit. Crimen vel pœna paterna nullam maculam filio infligere potest. Igni[3] concremantur qui saluti dominorum suorum insidiaverint. Facta puniuntur,[4] ut furta,[5] homicidia. Scripta, ut falsa et libelli famosi. Consilia,[6] ut[7] coniurationes. Sed hæc quatuor genera consideranda sunt septem modis, causa, persona, loco, tempore, qualitate, quantitate et eventu. Causa, ut in verberibus quæ impunita sunt a magistro vel parente nisi modum excedant, quia emendationis et[8] non[9] iniuriæ gratia videntur adhiberi, et puniuntur cum quis per iram ab[10] extraneo[11] pulsatus est. Persona dupliciter spectatur, eius scilicet qui fecit et eius qui passus est. Aliter enim puniuntur ex eisdem factionibus servi[12] quam liberi, et aliter qui quid[13] in dominum parentemve commiserit quam in extraneum, in magistratum quam privatum. Et similiter ætatis ratio habenda est. Locus facit ut idem sit furtum vel sacrilegium, et secundum hoc minor pœna vel maior. Tempus discernit prædonem a fure vel effractorem, et furem diurnum a nocturno. Quantitas discernit furem ab abigeo, secundum quod furtum fuerit maius vel minus, ut si quis suem surripuerit, fur, et si quis gregem, abigeus erit. Eventus, ut si ex voluntate et conscientia certa fecerit quis aliquid, sicut

[28] vero, OC, OB, MA, MB, CE, Y.

[1] torquuntur, OB, MA. [2] ad ferrum, OC, MG. [3] igne, V, MG, CM. [4] puniantur, OC, MG, CE, CM. [5] furta vel, OB, MA, MB (facta), Y. [6] concilia, OA, CE. [7] et, MA, MB. [8-9] Om., OB, MA, MB. [10-11] Om., OB, MA, MB, CE, CM, Y. [12] tam servi, CE, Y, MC. [13] quidem aliquid, V; quidem, CM; om., MG, OC.

homicidium, an ex eventu, ut supra. Et secundum hoc aut erit felonia aut infortunium. Item est pœna pecuniaria sicut corporalis, et[14] quælibet pœna corporalis[15] quamvis minima maior est qualibet pœna pecuniaria.

Ubi terminandæ sunt actiones civiles.

DICTUM est superius in cuius curia actiones criminales debeant terminari, sive in comitatu vel extra, sive in curia domini regis vel alibi. Nunc autem dicendum[16] ubi terminandæ sunt actiones civiles quæ sunt in rem vel in personam. Et sciendum quod earum quæ sunt in rem, sicut rei vindicationes per breve de recto, terminari debent in curia baronum vel aliorum de quibus ipse petens clamaverit tenere, si plenum rectum ei tenere voluerit, vel possit vel sciverit. Si autem noluerit vel non possit vel nesciverit, tunc probato a tenente quod curia domini sui ei de recto defecerit, tunc transferri debet placitum ad comitatum ut vicecomes rectum teneat, et sic
f. 105b] a comitatu transferri poterit ad magnam curiam ex certa causa, si dominus rex voluerit, et ibi terminari. Sed fieri non debet[17] contra voluntatem dominorum, sicut olim fieri solet per *præcipe* nisi ex prædictis causis, vel si dominus[18] curiæ sponte curiam suam remiserit ipsi regi. Et de hac materia habetis[19] plenius infra, de actionibus civilibus in rem super ipsa proprietate per breve de recto. In comitatu vero terminari poterit placitum per breve de recto et coram vicecomite, si ad magnam curiam translatum non fuerit ut prædictum est. Item quæstio status sicut placitum de nativis, nisi ille qui petitur excipiendo se dicat esse liberum, et coram iustitiariis domini regis in adventu ipsorum se esse probaturam. Et quo casu pacem habebit usque adventum[20] ipsorum, vel[21] transferri poterit probatio et iudicium ad magnam curiam si domino regi placuerit. Item in[22] comitatu et coram vicecomite placitari[23] possunt plura[24] placita in quibus vicecomes est iustitiarius constitutus per[25] breve[26] quod iustitiet, sicut de servitiis et consuetudinibus, de debitis, et aliis placitis infinitis. Item placitum de vetito namii in quo vicecomes iustitiarius est et vicecomes. Et qualiter huiusmodi terminentur inferius dicetur. Et quare non potest vicecomes et[27] comitatus[28] iudicare de alicuius libertate, sicut de ipsius nativitate, cum probatio libertatis sit quasi incidens placito de nativis, sicut posset[29] in curia domini regis? Nescio aliam causam assignare nisi hoc sit propter favorem libertatis, quæ est res inæstimabilis, et quæ insipientibus[30] et minus[31] discre-

[14-15] Om., OB, MA, MB, CE, Y. [16] dicendum est, MG, CM, OB, MA, MB, Y, MC. [17] debent, OA, OC, MB, MC, CE; deberet, OB, Y. [18] ei dominus, OB, MA, MB, Y. [19] habebitis, OA, CE. [20] ad adventum, V, OB, CE, CM, Y, MC. [21] vel si, OA, OC (ut), CE, MG, MC; vel ei, OB, MA, MB. [22] Om., OB, MA, MB. [23] implacitari, MG. [24] Om., OC, MG, CE. [25-26] Om., OB, MA, MB. [26] breve domini regis, OC, MG. [27-28] in comitatu, V, OC. [29] possit, V, MA, MG. [30-31] incipientibus minus, MA, MB.

tis committi non debet ad discrimen. Placita vero civilia in rem et in personam in curia domini regis terminanda coram diversis iustitiariis terminantur. Habet enim plures[32] curias, curiam propriam,[33] sicut aulam regiam, et iustitiarios capitales qui proprias causas regis terminant, et aliorum omnium per querelam vel per privilegium sive libertatem. Ut si sit aliquis qui implacitari non debeat nisi coram ipso[34] domino rege. Habet etiam curiam et iustitiarios in banco residentes[35] qui cognoscunt de omnibus placitis de quibus auctoritatem habent cognoscendi, et sine waranto iurisdictionem non habent neque coertionem. Habet etiam iustitiarios itinerantes de comitatu in comitatum, quandoque ad omnia placita, quandoque ad quædam specialia, sicut assisas novæ disseisinæ et mortis antecessoris capiendas, et ad[36] gaolas deliberandas, quandoque ad unicam vel[37] duas et non plures. In his casibus omnibus erit curia domini regis. Et sunt duæ recognitiones, scilicet de nova disseisina et de morte antecessoris, quæ capi non debent nisi in suis comitatibus per communem libertatem, et hoc nisi inceptæ fuerint in comitatibus, quia si inceptæ fuerint in comitatu, extra comitatum transferri poterunt de loco in locum et extra comitatum terminari cum omnibus sequelis suis, sicut convictionibus[38] et certificationibus cum evenerint. Et sive huiusmodi recognitiones in comitatu terminatæ fuerint sive non, non est prohibitum quin[39] convictiones et certificationes extra comitatum trahi possint. Et sicut prædictum est in parte, trahuntur placita causis supradictis[40] a curiis baronum usque ad comitatum, et ibi terminantur quandoque et quandoque inde transferuntur, et ponuntur coram iustitiariis itinerantibus in comitatu, et inde coram iustitiariis de[41] banco vel[42] coram rege multis de causis. Sunt etiam inter alia placita quædam quæ non per translationem, sed immediate terminari debent coram iustitiariis vel coram rege,
f. 106] scilicet placita[43] de baroniis, ubi ipse petens tenere clamat immediate de domino rege in capite per breve de recto quod vocatur *præcipe in capite,* et hoc ideo quia hoc tangit ipsum regem in toto vel in parte. Item immediate in curia domini regis terminari debent placita de advocationibus ecclesiarum et capellarum, et assisa ultimæ præsentationis. Et est ratio, quia si alius a rege mandaret episcopis de admittendo clericum et ipse non obtemperaret, alius a rege coertionem non haberet, et quia episcopus ad alterius mandatum quam regis clericum admittere non tenetur. Item immediate in curia domini regis placitantur placita de dotibus ubi mulier nihil habet. Et est ratio, quia si contra mulierem dotem petentem exciperetur

[32-33] plures curias in quibus diversæ actiones terminantur et illarum curiarum habet unam propriam, V; plures curias sicut curiam propriam, OB, MA, MB. [34] Om., OB, MA, MB. [35] sedentes, OB, MA, MB, Y, MC. [36] Om., OB, MA, MB. [37] Om., OB, MA, MB; vel ad, Y. [38-39] Om., OB, MA, MB, CE, Y. [40] prædictis, OB, MA, MB, Y. [41] in, OB, MA, Y. [42] et, OB, MA, MB. [43] placitum, V, MG, OC.

quod dotem habere non posset, eo quod viro cuius nomine dotem petit numquam fuit legitimo matrimonio copulata, nullus alius præter regem posset episcopo demandare[1] inquisitionem faciendam. Item immediate pertinet ad regem querela[2] finis factæ in curia domini regis et non observatæ.[3] Et est ratio, quia nemo potest finem interpretari nisi ipse rex in cuius curia fines fiunt. Est enim eius interpretari cuius est condere.[4] Item in curia domini regis immediate placitantur plura[5] placita propter impotentiam aliorum ex necessitate, cum non possit aliquis baro, vicecomes, vel alius de liberis tenementis cognoscere, nec tenens tenetur respondere, sine waranto vel præcepto domini regis, nec etiam possunt aliquem de huiusmodi ad sacramentum sine waranto compellere. Et huiusmodi placita sunt infinita. Qualiter autem placita de curia in curiam transferuntur propter necessitatem multipliciter, vel[6] propter indulgentiam privilegiatorum sicut Templariorum et huiusmodi, infra dicetur plenius per translationem per pone.

Ubi et coram quibus personis proponendæ sunt actiones et probandæ.

VIDENDUM[7] etiam ubi et coram quibus personis proponendæ sunt[8] actiones et probandæ. Et sciendum quod in iudicio.

Quid sit iudicium, et in quibus consistit officium iudicis, scilicet in tribus.

VIDENDUM est igitur quid sit iudicium. Et sciendum[9] quod iudicium est in qualibet actione trinus actus trium personarum: iudicis, videlicet, actoris et rei, secundum quod large accipi possunt huiusmodi personæ, scilicet quod duæ sint personæ ad minus inter quas vertatur[10] contentio, et tertia persona ad minus quæ[11] iudicet. Alioquin non erit iudicium, cum istæ personæ sint partes principales in iudicio sine quibus iudicium consistere non potest. Iudex vero sive iustitiarius uti debet veritate, et veritas iudicii in tribus consistit, scilicet in[12] indifferenti et æquali partium susceptione, ut legitur in Deuteronomio primo,[13] *Audite illos et quod iustum fuerit, iudicate, sive civis sit iste sive peregrinus. Nulla erit distantia personarum, ita parvum audietis ut magnum, nec accipietis cuiusquam personam, quia dei iudicum est.* Item in eodem libro capitulo sexto decimo, *Non accipies personarum nec munera, quia munera excæcant* etcetera, ut infra de iustitiariis. Item consistit in diligenti examinatione quia oportet iudicem cuncta
f. 106b] rimari. Hoc intellegens Iob ait, vicesimo nono, *Causam quam*

[1] mandare, OB, OC, MG. [2] pertinent querelæ, MA, MB, MC, Y, OB. [3] observati, OA, MG, MC. [4] concedere, V, MB. [5] Om., OB, MB. [6] Om., OB, MA, MB. [7] dicendum, OB, Y; videndum est, CE, OC, CM (est etiam). [8] sint, OA, MB. [9] sciendum est, OB, CE. [10] vertitur, OC, MG, CM. [11] qui, V, Y; (qui iudicat, MG). [12] Om., OB, MA, MB. [13] Om., V; secundo, OC, CM.

ignorabam diligentissime investigabam. Non enim dicit diligenter sive diligentius, immo diligentissime. Debet enim iudex per examinationem de dubiis facere[14] certum, et de credulitate veritatem, de ignorantia notitiam, et notorium sive notitiam de ignoto. Item consistit veritas iudicii in iusta sententiæ prolatione[15] et iusta et diligenti executione, ut in Deuteronomio sexto decimo, *Iuste quod iustum est persequeris,*[16] *ut vivas et possideas terram quam dominus deus daturus est tibi.* Et in secundo libro Paralipomenon nono decimo ubi dicitur, *Videte quid faciatis, non enim hominis exercetis iudicium sed dei, et illud idem quod iudicaveritis in vos redundabit. Sit timor domini vobiscum, et cum diligentia cuncta facite. Non enim est apud dominum deum nostrum iniquitas neque personarum acceptio, nec cupido munerum,* quæ excæcant oculos sapientum et pervertunt verba iustorum: ut legitur in Ecclesiastico vicesimo capitulo, *Xenia*[17] *et dona excæcant oculos iudicum.* Et qui dona sive munera dixit, omne genus muneris intellexit. Munus, scilicet a manu, quale scilicet[18] est res corporalis quæ præstatur. Munus a lingua, quale est blandiens et adulatoria supplicatio, laudum celebre præconium, vanæ gloriæ symphonia. Item munus ab obsequio, quale est servitium impensum et acceptum, pro quo extorquetur iudicii rectitudo. Item nec minus munus a sanguine vocari meretur, cum pro sanguinis linea recti iudicii linea recurvatur. In hoc enim tangit sanguis sanguinem. Hæc[19] profecto genera munerum sordidorum nomine nuncupantur, et lex humana gravem pœnam infligit iudici corrupto per sordes, id est per munera sordida, ut si iudex sive iustitiarius paciscatur cum litigatore[20] ad certam partem litis, ut C. *ad legem Iul. repet.* l. *omnes,* ubi dicitur, *Omnes cognitores et iudices a pecuniis manus abstineant, neque alienum iurgium putent suam prædam. Etenim privatarum*[21] *quoque*[22] *litium cognitor idemque mercator statutam legibus cogetur subire iacturam.* Iactura enim sive pœna erit quod id[23] quod recepit[24] restituat in quadruplum, ut C. eodem l. ult. in fine, quia ibi tenentur in quadruplum, sive tempore administrationis aliquid receperint sive post, quocumque titulo vel quocumque velamento, ut si finxerint[25] intervenisse titulum donationis vel venditionis. Re vera sordidus est ille quem iudicii veritas non adornat, ut si favor vel odium, timor, invidia vel præmium inducant contrarium, ut iudicii veritas corruat in plateis, de quo dici poterit, Væ[26] illi sordido per quem veritas sordescit in paludibus platearum. Nec erit inter beatos connumerandus de quibus dicitur,[27] Beatus qui[28] excutit manus suas ab omni munere. Ab omni tamen munere non est

[14] Om., OB, MA, MB. [15] probatione, OB, MA, MB. [16] prosequeris, OA, OC, CE, Y, OB, MA, MB, MC. [17] exennia, MSS. [18] Om., V, CE, MG. [19] hoc, CE, MC. [20] ligatore, OB, MA, MB. [21] privatorum, OB, MA, MB, CE, Y, MG, CM. [22] Om., OB, MA, MB. [23] idem, V, MA; illud, OB, MB, Y (istud). [24] recipit, MG, OC. [25] finxerit, V, MG. [26] ut, OB, MA, MB. [27-28] Om., CE. [28] Om., OB, MA, MB, Y (+).

abstinendum, quia licet ab omnibus et passim avarissimum sit accipere et vilissimum, a nemine tamen accipere erit inhumanum, ut si amicus recipiat ab amico solo intuitu amicitiæ et amoris. Actor vero, sive sit petens sive querens, uti debet intentione. Docere enim debet et rationem prætendere quod ad ipsum pertineat actio et quod pars esse possit in iudicio. Proponere enim debet[29] in iudicio coram[30] eo qui ius dicturus est intentionem suam, et illam fundare et probare. Reus vero uti debet exceptione et defensione, secundum quod inferius dicetur plenius.

De potestate iudicis.

OPORTET etiam quod ille qui iudicat[31] ad hoc quod rata sint iudicia habeat iurisdictionem ordinariam vel delegatam. Et non sufficit quod iurisdictio-
f. 107] nem habeat nisi habeat coertionem, quod si iudicium suum executioni demandare non posset,[1] sic essent iudicia delusoria. Non enim habet ordinarius iurisdictionem et executionem in omni causa, cum iura sint separata et limitata.

De divisione iurisdictionum sacerdotii et regni.

SUNT[2] enim causæ spirituales in quibus iudex secularis non habet cognitionem neque executionem cum non habeat coertionem. In his enim causis pertinet cognitio ad iudices ecclesiasticos qui regunt et defendunt sacerdotium. Sunt etiam causæ seculares quarum cognitio pertinet ad reges et principes qui defendunt regnum, et de quibus iudices ecclesiastici se intromittere non debent, cum eorum iura sive iurisdictiones limitatæ sint[3] et separatæ, nisi ita sit quod gladius iuvare debeat gladium. Est enim magna differentia inter sacerdotium et regnum.

De regimine iurisdictionum regni, quia de sacerdotis nihil ad præsens.

CUM autem de regimine sacerdotii nihil pertineat ad tractatum istum, ideo videndum est[4] de his quæ pertinent ad regnum, quis primo et principaliter debeat et possit iudicare. Et sciendum quod ipse rex et non alius, si solus ad hoc sufficere possit, cum ad hoc per virtutem sacramenti teneatur astrictus. Debet enim in coronatione sua in nomine Ihesu Christi præstito sacramento hæc tria promittere populo sibi subdito.

De sacramento quod rex facere debet in coronatione sua.

IMPRIMIS se esse præcepturum et pro viribus opem impensurum ut ecclesiæ dei et omni populo christiano vera pax omni suo tempore observetur. Secundo, ut rapacitates et omnes iniquitates omnibus gradibus interdicat. Tertio, ut in[5] omnibus iudiciis æquitatem præcipiat et misericordiam, ut indulgeat ei[6] suam misericordiam clemens et misericors deus, et ut per iustitiam suam firma pace gaudeant universi.

[29-30] debet coram, V, MG. [31] iudicet, OB, MA, MB.

[1] possit, OC, MA, CM, MG, MC. [2] cum, MA, CM; nunc, MG. [3] sunt, V, MG, MA. [4] erit, V, OA, OC, MC, MG. [5] Om., OB, MA, MB. [6] et, OB, MA, MB.

Ad quid creatus sit rex, et ordinaria iurisdictione.

AD hoc autem creatus est rex[7] et electus, ut iustitiam faciat universis, et ut in eo dominus sedeat, et per ipsum sua iudicia discernat, et quod iuste iudicaverit sustineat et defendat, quia[8] si non esset qui iustitiam faceret pax de facili posset exterminari, et supervacuum esset leges condere et iustitiam facere nisi esset qui leges tueretur. Separare autem debet rex cum sit dei vicarius in terra ius ab iniuria, æquam ab iniquo, ut omnes sibi subiecti honeste vivant et quod nullus alium lædat, et quod[9] unicuique quod suum fuerit recta contributione reddatur. Potentia vero omnes sibi subditos debet præcellere. Parem autem habere non debet nec multo fortius superiorem maxime in iustitia exhibenda, ut dicatur vere[10] de eo, magnus dominus noster, et magna virtus eius etcetera. Licet in iustitia recipienda minimo de regno suo comparetur, et licet omnes potentia præcellat, tamen cum cor regis in manu dei esse debeat, ne[11] sit effrenata[12] frenum apponat temperantiæ et lora[13] moderantiæ, ne cum effrenata sit trahatur ad iniuriam. Nihil enim aliud potest rex in terris, cum sit dei minister et vicarius, nisi id solum quod de iure potest, nec obstat quod dicitur quod principi placet legis habet vigorem, quia sequitur in fine legis cum lege[14] regia quæ de imperio eius lata est, id est non quidquid de voluntate regis temere f. 107b] præsumptum est, sed[15] quod[16] magnatum suorum consilio, rege auctoritatem præstante et habita super hoc deliberatione et tractatu, recte fuerit definitum. Potestas itaque sua iuris est et non iniuriæ, et cum ipse[17] sit auctor iuris non debet inde iniuriarum nasci occasio unde iura nascuntur, et etiam qui ex officio suo alios prohibere necesse habet, id[18] ipsum in propria persona committere non debet. Exercere igitur debet rex potestatem iuris sicut dei vicarius et minister[19] in terra, quia illa potestas solius dei est, potestas autem iniuriæ diaboli[20] et non dei, et cuius horum opera fecerit rex eius minister erit cuius opera fecerit. Igitur dum facit iustitiam vicarius est regis æterni, minister autem diaboli dum declinet[21] ad iniuriam. Dicitur enim rex a bene regendo et non a regnando, quia rex est dum bene regit, tyrannus dum populum sibi creditum violenta opprimit dominatione. Temperet igitur potentiam suam per legem quæ frenum[22] est potentiæ,[23] quod secundum leges vivat,[24] quod[25] hoc sanxit lex humana quod leges suum ligent latorem, et alibi in eadem, digna vox maiestate regnantis est legibus,

[7] Om., V, CM. [8] qui, OB, MA, MB. [9] Om., OB, MA, MB. [10] Om., OB, MA, MB, CE, CM, Y, MC. [11-12] et non sicut effrenata, MA. [12] effrenatum, CE, Y, MC; ineffrenata, V. [13] loras, OA, OC, CE, Y, MC, MG, CM. [14] legia, MG, OC. [15-16] sed animo condendi iura sed quod, V; sed quid, OB, MA, MB. [17] Om., OB, MA, MB. [18] ad, MG, CM. [19] minister dei, OB, MA, MB, CE, Y, CM. [20] diaboli est, OB, MA, MB, Y, CM. [21] declinat, OB, MA, MB. [22-23] frenum potentem, OB, MA, MB. [24-25] iuvat quia, OB, MB, MA (vivat).

scilicet alligatum se principem profiteri.[26] Item nihil tam proprium est imperii quam legibus vivere, et maius imperio est legibus submittere principatum, et merito debet retribuere legi quod lex tribuit ei, facit enim lex quod ipse sit rex. Item cum non semper oporteat regem esse armatum armis sed legibus, addiscat rex sapientiam et conservet iustitiam, et deus præbebit illam sibi, et cum illam invenerit beatus erit si tenuerit illam, cum sit honor et gloria in sermone sensati, et lingua imprudentis subversio ipsius, et principatus sensati stabilis, et rex sapiens iudicabit populum suum. Si autem fuerit insipiens perdet illum, quia a capite corrupto descendit corruptio membrorum, et si sensus et vires non vigeant in capite, sequitur quod cetera membra suum non poterunt officium exercere. Non solum autem sapiens esse debet sed misericors, et cum sapientia misericorditer iustus, et licet tutius sit reddere rationem pro misericordia quam pro iudicio. Tutissimum tamen est ut ita[27] palpebræ eius præcedant gressus suos quod iudicium non vacillet per imprudentiam, nec misericordia desipiat[28] per incircumspectionem.[29] Misericordia siquidem iniusta est cum incorrigibili,[30] et non est in eos liberalitatis augustæ referenda humanitas qui impunitatem veteris admissi consuetudini potius quam emendationi deputarunt.[31] Et cum indulgeat iudex indigno, nonne ad prolapsionis contagium provocat universos? Sic ergo misereatur indigno ut semper homini condoleat. Item pauperis non misereatur quis in iudicio, misericordia scilicet remissionis, cui tamen misericordia compassionis est sicut et omnibus miserendum. Et quibus et qualiter sit miserendum, eum doceant merita vel demerita personarum.

Item ad quid iustitiarii, et iurisdictione delegata.

f. 108] DICTUM est in proximo de ordinaria iurisdictione quæ pertinet ad regem, consequenter dicendum est de iurisdictione delegata ubi quis ex se ipso nullam habet auctoritatem, sed ab alio sibi commissam, cum ille qui delegat non sufficiat per se omnes causas sive iurisdictiones terminare. Ut[1] si ipse dominus rex ad singulas causas terminandas non sufficiat, ut levior sit ei labor in plures personas partitio onere, eligere debet de regno suo viros sapientes et timentes deum in quibus sit veritas eloquiorum et qui oderint[2] avaritiam, quæ inducit cupiditatem, et ex illis constituere iustitiarios, vicecomites,[3] et alios ministros et ballivos suos, quibus referantur tam

[26] proficiscere id est profiteri, V; proficere, MA; profecerit, MB; profec., OB; confiteri, CE. [27] Om., OB, MA, MB, Y. [28] decipiat, V, OC, MG, CM, MC; desipia, OB; desipiatur, MA. [29] incertum spectionem, OB, OC, CM, Y; incertam inspectionem, MG; interdictum spectionem, MA; incircumspectionem, V, OA, MB, CE, MC. [30] corrigibili, OB, MA, Y. [31] deputaverint, OB, MA; deputaverunt, MB.

[1] et, V, OC. [2] oderunt, V, OC, MA. [3] Om., OB, MA, MB, Y.

quæstiones super dubiis quam querimoniæ super iniuriis, et qui ad dextram neque ad sinistram viæ propter prosperitatem terrenam vel adversitatis metum a tramite iustitiæ non declinent, sed iudicent populum dei in æquitate, ut dici possit de[4] eis[5] cum psalmista quod de vultu eorum iudicium prodiit æquitatis. Et considerent efficaciter quid oportuerit secundum necessitatem, quid expedierit secundum utilitatem, quid liceat secundum permissionem,[6] quid deceat secundum honestatem. Et tale iudicium diligit honor regis, cuius personam in iudicando repræsentant. Nulli autem iuris beneficium denegent, a nullo præmium petant ut prædictum est vel recipiant, ut quis ius suum libere prosequatur,[7] ut causa viduæ ad eos libere ingrediatur, ut sint orphano et pupillo adiutores, ut nulli calumniam fieri patiantur, ut constitutiones eorum et edicta iuri et consuetudinibus approbatis et communi utilitati sint convenientia. Coram eis nullum deprimat adversariorum potentia, sed agat quilibet quod causa sua desiderat et se temperet ab iniuria, nec a liminibus iudiciorum iustorum avertat eos odium, favor, vel gratia, ut dici possit de eis, Iustus es, domine, et rectum iudicium tuum, etcetera. Item sapientes oportet esse eos qui iudicant ut honestatem iudicandi ab aliis non mendicent. Si quis autem minus sapiens et indoctus sedem iudicandi conscendere[8] et honestatem iudicandi sibi præsumpserit, ex alto corruet[9] quia volare satagit antequam pennas assumat, et qui tali potestatem iudicandi dederit perinde erit ac si gladium poneret in manum furientis. Item non solum oportet iudicantem esse sapientem immo potentem, iuxta illud Salomonis, *Noli quærere fieri iudex nisi virtute valeas irrumpere*[10] *iniquitates, ne forte extimescas*[11] *faciem potentis et ponas scandalum in agilitate tua.*

De differentia iustitiariorum.

Item iustitiariorum quidam sunt capitales, generales, perpetui et maiores a latere regis residentes, qui omnium aliorum corrigere tenentur iniurias et errores. Sunt etiam alii perpetui[12] certo loco residentes, sicut in banco, loquelas omnes de quibus habent warantum terminantes, qui omnes iurisdictionem habere incipiunt præstito sacramento. Item sunt alii itinerantes de loco in locum, sicut de comitatu in comitatum, quandoque ad omnia placita, quandoque ad quædam specialia, sicut ad assisas tantum et gaolas, et qui auctoritatem habere incipiunt sine sacramento cum breve domini regis receperint de waranto. Sunt etiam iustitiarii constituti ad quasdam assisas, duas vel tres vel plures, qui quidem perpetui non sunt quia expleto officio iurisdictionem amittunt.

[4-5] Om., OB, MA, MB. [6] promissionem, OB, MA, MB, MG, V. [7] persequatur, OB, V. [8] ascendere, OB, MA, MG. [9] corruit, V, CM; corruere, OB; corrue, MA. [10] erumpere, V, OC. [11] extumescas, OA; contumescas, MG; tumescas, CM. [12] Om., OB, MA, MB, CE, CM, Y.

De potestate iustitiariorum.

f. 108b] Est autem eorum potestas quod ex[13] quo[14] eis commissa est causa, una vel plures licet simpliciter, extenditur eorum iurisdictio ad omnia, sine quibus causa terminari non potest, quantum ad iudicium et executionem iudicii. Et eodem modo si causa fuerit incidens vel emergens et præiudicialis, ad alias vero res et alias personas non possunt iurisdictionem suam extendere nec de aliis cognoscere, quam de his quæ in commissione continentur, cum fines mandati diligenter sint[15] attendendi.

Qualiter et quando finiatur eorum potestas et iurisdictio.

Et quamvis quidam eorum perpetui sint[16] ut videtur, finitur tamen eorum iurisdictio multis modis, scilicet mortuo eo qui delegavit vel mortuo eo sub cuius proprio nomine causa delegatur. Item cum delegans revocaverit iurisdictionem vel alium dederit iustitiarium, re integra ex toto vel in parte. Item si ipse delegatus remittat causam ad ipsum delegantem vel ad[17] alium delegatum, ex causa propter certum[18] diem[19] et certum locum. Item finitur lata sententia et executioni demandata, quia iudex per iudicium redditum functus est officio suo, et iuratores liberati sunt a sacramento,[20] nisi sit qui dicat quod reddito iudicio nihilominus possit iustitiarius iuratores revocare ad certificandum vel inquirere de falso sacramento, secundum quod iustitiarius fuerit capitalis vel itinerans generaliter ad omnes causas. Re vera cum iudicium debito modo redditum sit, non potest iustitiarius qui iudicium reddidit[21] illud postea corrigere vel mutare, eodem tamen die quo redditum est[22] supplere poterit in his quæ pertinent ad consequentias. Sed hoc ultimo locum habet in personis eorum qui constituti sunt iustitiarii ad[23] assisas specialiter capiendas, ut unam, duas, vel plures. Et notandum in fine quod nullus iustitiarius a domino rege sic[24] delegatus[25] poterit aliquem sibi subdelegare.

Qualiter constituendi sunt iustitiarii ad itinerandum de comitatu in comitatum generaliter ad omnia placita vel ad specialia.

Ut autem de capitalibus iustitiariis et[26] in banco residentibus ad præsens taceamus, videndum qualiter constituendi sunt iustitiarii ad itinerandum de comitatu in comitatum, ad omnes causas generaliter vel ad certas, et postea qualiter ad speciales, unam, duas vel plures. Si autem constituti debeant ad omnes causas[27] generaliter, tunc præstito sacramento qualiter se f. 109] gerere debeant in itinere suo, fiat cuilibet eorum breve specialiter

[13-14] Om., OB, MA, MB, Y (+). [14] Om., CE. [15] sunt, OC, MG. [16] sunt, V, MG. [17] Om., OB, MA, MB. [18-19] certitudinem, OC, MG. [20] sacramento suo, OB, MA, MB. [21] reddit, OB, MA, MB. [22] sit, OB, MA, MB, CE, Y, CM. [23] ad aliquas, V, OA; ad alias, MC. [24-25] Om., OB, MA, MB. [26] Om., V, MG. [27] Om., OB, MA, MB.

per se et postea omnibus in communi. Forma autem brevis specialis[1] talis erit.[2]

De sacramento quod iustitiarii facient cum iustitiariam receperint.

Et sacramentum tale erit. Iurabit quilibet post alium quod rectam iustitiam facient pro posse suo in comitatibus in quibus fuerint itineraturi, tam pauperibus quam divitibus, et quod assisam servabunt secundum capitula subscripta[3] et inferius exprimanda, et quod facient omnes rectitudines et[4] iustitias[5] spectantes ad coronam domini regis. Et post suum sacramentum dicatur eis expresse quod pro posse suo intendant ad faciendum commodum domini regis.

Breve uni eorum clausum.

Rex dilecto et fideli suo N. salutem. Sciatis quod constituimus vos iustitiarium nostrum una cum dilectis et fidelibus nostris A. B. C. ad itinerandum per comitatum talem, vel comitatus tales, N. de omnibus assisis et placitis tam coronæ nostræ quam aliis, secundum quod in brevi nostro de generali summonitione inde vobis directo plenius continetur. Et ideo vobis mandamus, rogantes quod in fide qua nobis tenemini una cum prædictis sociis vestris[6] ad hæc expedienda fideliter et diligenter intendatis, ut tam fidem vestram quam diligentiam ad hoc appositam debeamus merito commendare. Teste etcetera. Et hæc eadem forma fiat singulis eorum per se.

Breve omnibus iustitiariis simul quod erit eorum warantum, et publice legetur in comitatu patens.

Rex delictis et fidelibus suis A. B. C. D. salutem. Sciatis quod constituimus vos iustitiarios nostros ad itinerandum in comitatu tali de omnibus placitis et assisis tam coronæ nostræ quam aliis, quæ emerserunt[7] postquam iustitiarii nostri ultimo itineraverunt in comitatu illo, et etiam de illis quæ summonita et atterminata fuerunt et non finita coram iustitiariis nostris apud Westmonasterium, vel coram iustitiariis nostris qui ultimo itineraverunt in eodem comitatu, de omnibus placitis, vel tantum de assisis novæ disseisinæ, mortis antecessoris capiendis, vel gaolis deliberandis. Ita quod omnes assisæ illæ et omnia placita illa sint coram vobis in eodem statu quo[8] remanserunt per præceptum nostrum, vel per[9] præfatos iustitiarios nostros itinerantes vel per iustitiarios nostros de[10] banco. Mandavimus enim vicecomiti nostro N. quod ad diem et locum quem ei scire facietis, faciat coram vobis summonitiones fieri et attachiamenta venire, cum brevibus assisarum et placitorum prædictorum. Et ideo vobis mandamus, rogantes quod in fide qua nobis tenemini ad hæc exequenda fideliter etcetera, ut supra.

[1] Om., MG, OC, CM. [2] est, OC, MA, OB, MG, CM, MC. [3] scripta, MG. [4-5] Om., OB, MA, MB, CE, Y. [6] nostris, MSS. var. [7] emerserint, V, MA. [8] in quo, OA, OC, MG, MC. [9] Om., OB, MA, MB, CE, CM, Y, MC. [10] in, OB, MA, MB, CE, Y.

Breve de eodem omnibus iustitiariis simul patens.

REX A. B. C. salutem. Sciatis quod constituimus vos iustitiarios etcetera, ut supra. Et ideo vobis mandamus, rogantes quod tali die conveniatis apud talem locum facturi inde quod ad iustitiam pertinet, et in fide qua nobis tenemini ad negotia nostra ibidem expedienda ita fideliter etcetera, ut supra. Mandavimus enim vicecomiti nostro tali quod ad prædictum diem et locum faciat coram vobis summonitiones fieri, et attachiamenta venire cum brevibus assisarum prædictarum et placitorum prædictorum. In cuius rei testimonium mittimus vobis has litteras nostras patentes. Teste etcetera. Postea fiant brevia vicecomiti clausa quod venire faciat coram iustitiariis omnia placita, et de generali summonitione omnibus facienda tam maioribus quam minoribus.

Breve clausum vicecomiti quod venire faciat coram iustitiariis omnia placita.

REX vicecomiti vel vicecomitibus talibus salutem. Præcipimus vobis quod ad certos dies et loca quæ vobis scire facient[11] dilecti et fideles nostri tales, vel aliter tales et socii sui, quos iustitiarios nostros assignavimus ad itinerandum per comitatus vestros ad omnia placita, venire faciatis coram eis f. 109b] omnia placita coronæ nostræ[12] quæ placitata non sunt, et quæ emerserunt postquam iustitiarii nostri ultimo itineraverunt in partibus illis, ad omnia placita et similiter omnia attachiamenta ad placita illa pertinentia, et omnes assisas et omnia placita quæ posita sunt ad primam assisam coram iustitiariis, cum brevibus assisarum et placitorum, sicut plenius continetur in litteris nostris clausis quas[13] singulis vestrum alias inde[14] misimus. Teste etcetera. Scilicet[15] de generali summonitione quæ tales sunt.[16]

Breve de generali summonitione clausum.

REX vicecomiti salutem. Summone per bonos summonitores omnes[17] archiepiscopos, episcopos, abbates, priores, comites, barones, milites et libere tenentes de tota balliva tua, et de qualibet villa quatuor legales homines et præpositum, et de quolibet burgo duodecim legales burgenses per totam ballivam tuam, et omnes illos qui coram iustitiariis itinerantibus venire solent et debent, quod sint apud talem locum tali die, anno regni nostri tali, coram dilectis et fidelibus nostris A. B. C. D. quos iustitiarios nostros constituimus, audituri et[18] facturi[19] præceptum nostrum. Facias etiam tunc venire coram eisdem iustitiariis nostris omnia placita coronæ[20] quæ placitata non sunt, et quæ emerserunt postquam iustitiarii nostri ultimo itineraverunt in partibus illis ad omnia placita et omnia attachiamenta ad placita

[11] faciant, V, OA, OB. [12] Om., OB, MA, MB, Y (+). [13] quam, OC, MG. [14] Om., OB, MA, MB, CE, CM, Y. [15-16] Om., MA. [16] Om., OB, MB, Y. [17] Om., MG, Y. [18-19] Om., MA, MB; (om. constituimus auditari . . . iustitiariis nostris, OB). [20] coronæ nostræ, V, MA, CM.

illa pertinentia, et omnes assisas et omnia placita quæ posita fuerunt ad primam assisam coram iustitiariis, cum brevibus assisarum et placitorum, ita quod assisæ illæ et placita pro defectu tui vel summonitionis tuæ non remaneant. Facias etiam[21] clamari et sciri per totam ballivam tuam quod omnes assisæ et omnia placita quæ fuerunt atterminata[22] et non finita coram iustitiariis nostris de banco, vel coram iustitiariis nostris qui ultimo itineraverunt in comitatu tuo de omnibus placitis, vel coram iustitiariis nostris[23] illuc missis ad assisas novæ disseisinæ capiendas et gaolas deliberandas, tunc sint coram præfatis iustitiariis nostris apud talem locum in eodem statu in quo remanserunt, per præceptum nostrum vel[24] præceptum prædictorum iustitiariorum nostrorum itinerantium, vel per iustitiarios nostros de banco. Summone etiam per bonos summonitores omnes illos qui vicecomites fuerunt post ultimam itinerationem prædictorum iustitiariorum nostrorum in partibus illis, quod tunc sint ibidem coram prædictis iustitiariis nostris cum brevibus assisarum et placitorum quæ tempore suo receperunt, et ad respondendum de tempore suo sicut responderi debet coram iustitiariis itinerantibus.[25] Et habeas ibi summonitores et hoc breve. Teste etcetera. Aliquando vero cum iustitiarii itinerare debent in diversis comitatibus, bene possunt facere summonitiones generales sub nomine suo proprio in prædicta forma sic.

Breve cum ipsi iustitiarii fecerint summonitionem nomine proprio et per breve suum.

Talis et socii sui iustitiarii itinerantes in tali comitatu vicecomiti tali salutem. Mandamus vobis ex parte domini regis quod summoneas per bonos summonitores omnes archiepiscopos[26] etcetera, omnia ut supra. Facta igitur[27] generali summonitione ut prædictum est, videndum erit[28] quando loquelæ quæ sunt in banco vel alibi incipiant esse coram iustitiariis itinerantibus, et esse desinant coram iustitiariis de banco vel alibi,[29] cum possit summonitio fieri per multum tempus ante iter. Et sciendum quod non ante-
f. 110] quam iustitiarii inceperint itinerare, quia bene poterit iter multipliciter impediri, revocari, vel suspendi, et unde semper dabitur dies partibus a iustitiariis de banco sub tali condicione, nisi iustitiarii itinerantes prius venerint ad partes illas, et quo casu semper remanebunt placita in banco quousque iter[1] inceptum fuerit. Si autem datus fuerit dies ante generalem summonitionem partibus, et infra diem illum incipiat itineratio, retro trahetur dies ille ad diem itinerationis per generalem[2] summonitionem, et

[21] Om., OB, MA, MB, CE. [22] attachiata et atterminata, V. [23] Om., OB, MA, MB. [24] vel per, V, OA, OC, MC. [25] nostris itinerantibus, MG, CM. [26] archiepiscopos episcopos, OB, MA, MB, CE, CM, Y. [27] autem, CE, MG; ergo, Y. [28] est, OB, MA, MB, CE, CM, Y. [29] aliis, V, MG, OC.

[1] Om., MG, CM. [2] Om., OB, MA, MB.

desinet placitum coram iustitiariis de banco. Sed quid dicetur de eo qui coram iustitiariis de banco essoniatus fuerit de malo lecti? Fiat de eo secundum quod visus fuerit vel non visus, et si visus fuerit, tunc[3] secundum quod languor ei fuerit adiudicatus, vel secundum quod fuerit malum transiens. Et si visus non fuerit, si possit sine licentia surgere videndum, vel si non possit, a quo petenda sit licentia surgendi, utrum a iustitiariis itinerantibus vel de banco: vel si visus fuerit et habeat malum transiens, coram quibus debeat comparere: vel si languor ei fuerit adiudicatus, coram quibus debeat[4] testificari visus: vel si iustitiarii itinerantes, si in eodem comitatu iacuerit essoniatus, mittere possent[5] ad ipsum ut faciat attornatum, cum essonium de malo lecti coram eis non habeat locum. Cum vero post generalem summonitionem itineris non venerit quis liber homo, nec se essoniaverit de communi summonitione, licet placitum non habuerit nec fuerit implacitatus primo die, pro defalta erit in misericordia licet postmodum compareat, nisi rationabili de causa docuerit se esse impeditum. Et si forte se essoniaverit, nisi postea comparuerit non valebit essonium, et idem erit si venerit et sine licentia recesserit. Si autem constituantur iustitiarii ad assisas, et non ad omnia alia placita, sed ad placita specialia, sicut ad assisas omnimodas, ad[6] gaolas deliberandas, et ad placita de dote tantum coram quatuor iustitiariis, tunc fiat breve in hac forma quatuor iustitiariis patens[7] omnibus simul.

Item omnibus quatuor iustitiariis simul ubi constituuntur ad specialia et non ad omnia placita.

REX dilectis et fidelibus suis A. B. C. D. salutem. Sciatis quod constituimus vos iustitiarios nostros ad assisas novæ disseisinæ, mortis antecessoris, ultimæ præsentationis capiendas, et ad placita de dote unde mulieres petentes nihil habent generaliter tenenda, quicumque contra assisas prædictas terras[8] vel advocationes ecclesiarum defortiaverint. Vel sic: ad assisas mortis antecessoris et magnas assisas, et omnes iuratas per præceptum nostrum summonitas coram iustitiariis nostris ad primam assisam, vel coram iustitiariis nostris apud Westmonasterium atterminatas, præterquam super[9] illos qui profecti sunt in servitio nostro tali: et similiter ad gaolam deliberandum, tam de illis qui in prisona nostra inveniuntur, quam de illis qui per præceptum nostrum in custodia committuntur. Et ideo vobis mandamus, rogantes quod ad diem talem in[10] tali loco conveniatis etcetera, ut supra de constitutione[11] iustitiariorum[12] ad omnia placita. Et de hoc statim fiat vicecomiti breve clausum in hac forma.

[3] Om., OB, MA, MB, MG, OC. [4] debet, OB, MA, MB, CM. [5] possint, V; possunt, OC; posset, OB, MB; possit, MA. [6] et ad, OB, MA, MB, CE, CM. [7] patentes, OC, MG. [8] Om., OC, MG. [9] Om., OB, MA, MB, CE, CM. [10] Om., OB, MA, MB, CE, CM. [11-12] iustit. constitutis, CE; constitut. iustit., OA, MG, CM.

Breve clausum vicecomiti quod venire faciat assisam.

Rex vicecomiti salutem. Scias[13] quod constituimus dilectos et fideles nostros A. B. C. D. iustitiarios nostros ad assisas novæ disseisinæ etcetera ut supra, per omnia usque ad clausulam, Et ideo, et[14] tunc[15] sic: Et ideo tibi præcipimus quod tali die venire facias coram eisdem iustitiariis nostris apud talem f. 110b] locum omnes assisas novæ disseisinæ, mortis antecessoris, ultimæ præsentationis, magnas assisas et omnes iuratas et omnia placita de dote, secundum[16] quod[17] prædictum est, et[18] quæ summonitæ sunt coram iustitiariis nostris ad primam assisam cum in partes illas venerint, vel coram iustitiariis nostris apud Westmonasterium atterminatæ, et omnia attachiamenta quæ pertinent ad gaolam deliberandam, vel alios in custodia positos deliberandos. Et summone per bonos summonitores omnes illos qui vicecomites fuerunt postquam[19] etcetera ut supra. Teste etcetera. Si autem constituantur iustitiarii ad unam assisam novæ disseisinæ tantum, vel mortis antecessoris tantum, unam, duas, vel plures, tunc fiat eis omnibus simul breve patens in hac forma.

Si autem quatuor constituantur milites iustitiarii ad unicam assisam capiendam.

Rex dilectis et fidelibus suis A. B. C. D. salutem. Sciatis quod constituimus vos iustitiarios nostros ad assisam novæ disseisinæ capiendam, quam A. arramavit versus B. coram vobis per præceptum nostrum de libero tenemento suo in tali villa. Vel sic: quam A. arramavit versus B. coram iustitiariis nostris ad primam assisam cum in partes illas[20] venerint etcetera. Si autem constituantur tantum ad unam assisam mortis antecessoris, tunc sic: Sciatis quod constituimus vos iustitiarios nostros ad assisam mortis antecessoris capiendam, quam A. arramavit versus B. de tanto terræ cum pertinentiis in tali villa. Et ideo vobis mandamus quod ad diem et locum quibus ad hoc intendere poteritis, vel quos duxeritis providendos. Vel sic: quod tali die conveniatis apud talem locum ad assisam illam capiendam, facturi inde quod ad iustitiam pertinet secundum legem et consuetudinem regni nostri Angliæ, salvis nobis amerciamentis inde provenientibus. Mandavimus enim vicecomiti nostro tali quod assisam illam, dictis die et loco vel ad diem et locum quem ei scire facietis, coram vobis venire faciat. Et in huius rei testimonium mittimus vobis istas litteras nostras patentes. Teste etcetera. Et super hoc fiat vicecomiti breve clausum quod respondeat formæ præcedenti per omnia in hac forma.

Breve de eodem vicecomiti clausum quod venire faciat assisam.

Rex vicecomiti tali[21] salutem. Scias[22] quod constituimus A. B. C. D. iusti-

[13] sciatis, V, OB, MA, MC. [14-15] Om., OB, MA, MB. [16-17] sicut, OB, MA, MB, CE, CM. [18] Om., OB, MA, MB. [19] Om., MG, CM. [20] Om., OB, MB, Y, CE. [21] Om., MA, MB, Y, MG. [22] sciatis, V, OB, CM.

tiarios nostros ad talem assisam capiendam, vel talem quam talis arramavit etcetra, ut supra. Vel sic: ad assisam novæ disseisinæ capiendam quam talis arramavit etcetera, ut[23] supra.[24] Et similiter ad assisam mortis antecessoris quam talis arramavit etcetera, ut supra. Possunt enim plures assisæ una iustitiaria contineri sicut una si unus fuerit petens vel querens, et sive plures ibi fuerint disseisinæ[25] sive[26] plures disseisitores,[27] sive plures tenentes sive unus. Et ideo tibi præcipimus quod assisam illam vel assisas illas ad prædictum diem et locum, vel[28] ad diem et locum[29] quem vobis scire facient, coram præfatis iustitiariis nostris venire facias etcetera. Teste etcetera. Si autem assisa ultimæ præsentationis capienda sit coram talibus iustitiariis, tunc sic: ad recognoscendum super sacramentum suum quis advocatus tempore pacis præsentavit ultimam personam etcetera, secundum[30] formam brevis per omnia. Si autem ad assisam utrum, tunc sic: ad assisam capiendam quæ summonita est coram vobis per præceptum nostrum inter A. personam talis ecclesiæ petentem et B. laicum, scilicet tenentem, vel e converso, ad recognoscendum utrum tantum terræ vel redditus cum pertinentiis in tali villa sit libera elemosina pertinens ad ecclesiam prædicti[31] A. an laicum feodum prædicti B., vel e contrario utrum tantum terræ vel reddi-
f. 111] tus cum pertinentiis in tali villa sit laicum feodum prædicti B. vel libera elemosina ipsius[1] A. Si autem constituatur aliquis iustitiarius de banco, vel alius et solus constituatur, tunc fiat ei[2] breve patens de iustitiaria in hac forma.

Si iustitiarius de banco solus constituatur et quod assumat.

REX dilecto et fideli suo tali salutem. Sciatis quod constituimus vos iustitiarium nostrum, una cum aliis[3] quos vobis duxeritis associandos vel[4] assumendos,[5] ad assisam novæ disseisinæ capiendam, quam A. arramavit coram vobis per præceptum nostrum versus B. et alios nominatos in brevi nostro originali, de libero tenemento suo in tali villa. Vel sic: ad capiendam assisam mortis antecessoris, vel aliam quamcumque secundum formam brevis. Et ideo vobis mandamus quod ad diem et locum etcetera, ut supra, facturi etcetera, salvis etcetera. Mandavimus etcetera. In cuius rei testimonium etcetera. Et fiat breve vicecomiti super eodem clausum quod venire faciat assisam coram iustitiariis in hac forma.

Breve vicecomiti clausum de eodem.

REX vicecomiti salutem. Questus est nobis talis quod talis etcetera. Et sic totum originale de verbo in verbum usque, Et tenementum illud esse in

23-24 Om., OB, MB, CE, Y. 25 disseisitæ, CM; disseisiti, MA; disseis., MSS. var. 26-27 vel disseisitores, V; et plures diss., OA, OC, MG. 28-29 Om., OB, MA, MB, Y, MG. 30 et secundum, OB, MA, MB, Y, CM. 31 dicti, OB, MA, MB.

1 prædicti, CE, MB; pr. ips., OB, Y. 2 Om., OB, MA, MB, Y. 3 his quos, OA, OC, MG, MC. 4-5 Om., MG, CM.

pace usque ad certum diem, quem dilectus et fidelis noster talis tibi scire faciat, et interim etcetera. Et summone eos etcetera, quod tunc sint coram præfato tali ét sociis suis quos etcetera, ad certum diem[6] et[7] locum quem tibi scire faciat, parati etcetera. Et sic fiet de aliis assisis. Et in quo casu contingit multotiens quod aliqua de causa fit tali iustitiario associatio alterius[8] iustitiarii, ad impetrationem disseisitoris forte ut captio assisæ differatur et in fraudem. Et quo casu si talis venerit bonum est. Si autem non, nihilominus procedat assisa, quia plus habet auctoritatis breve patens de capiendo assisam quam breve clausum de associatione, nisi ita sit quod mandetur expresse quod sine tali non capiatur. Si autem primo summonita fuerit assisa coram iustitiariis forte apud Westmonasterium, et constituantur postmodum iustitiarii in comitatu ut captio assisæ maturetur, tunc[9] fiat breve in hac forma.

Breve si de banco transferatur assisa usque ad comitatum ad certos iustitiarios.

Rex A. B. C. salutem. Sciatis quod constituimus vos iustitiarios nostros ad assisam ultimæ præsentationis capiendam, quæ summonita fuit coram iustitiariis nostris apud Westmonasterium inter A. querentem et B. impedientem, de ecclesia tali. Et ideo vobis mandamus etcetera, ut supra. Mandavimus enim vicecomiti nostro tali quod venire faceret coram nobis tali die et tali loco, vel ad certos diem et locum quando ad hoc intendere poteritis, recognitores illius assisæ ad faciendam assisam illam, in eo[10] statu et sicut venire debuerunt[11] tali die coram iustitiariis nostris apud Westmonasterium ad idem faciendum. Mandavimus etiam ei quod scire faciat prædicto B. quod tunc sit ibi auditurus assisam illam in eodem statu quo[12] atterminata fuit coram iustitiariis nostris apud Westmonasterium, tali die etcetera, non obstante eo quod idem dies datus fuit ipsi B. per essoniatorem[13] suum, postquam defaltam fecerat coram eisdem iustitiariis apud Westmonasterium. Et sive venerit sive non, procedatis ad illam assisam capiendam, tum propter lapsum sex mensium, tum quia si præsens[14] esset nihil dicere posset contra assisam, quare remaneret post prædictam defaltam quam fecit in præfata curia apud Westmonasterium. Et in cuius rei testimonium etcetera. Teste etcetera. Aliud[15] breve de eodem clausum vicecomiti dirigendum in hac forma.[16]

Breve clausum de eodem vicecomiti dirigendum.

Rex vicecomiti salutem. Scias quod constituimus tales iustitiarios nostros ad assisam ultimæ præsentationis capiendam, quæ summonita fuit coram

[6-7] Om., OA, OC, MG. [8] talis, OB, MA, MB, Y, CE; (vel iustitiarius, CM). [9] Om., OB, MA, MB. [10] eodem, OC, CE. [11] debuerint, MG, CM; deberent, OC. [12] in quo, MSS. var. [13] essoniatorem, LA; essonium, V; esson., MSS. [14] ad præsens, OB, MA, MB, Y. [15-16] Om., (rubrica), MA, OC, MG.

f. 111b] iustitiariis nostris apud Westmonasterium inter tales, ad recognoscendum quis advocatus etcetera, et sic totum originale. Et ideo tibi præcipimus quod diligenter inquiras qui fuerunt recognitores eiusdem assisæ, et illos sine omni dilatione venire facias coram iustitiariis nostris apud talem locum tali die ad faciendam recognitionem illius assisæ, sicut venire debuerunt coram iustitiariis nostris apud Westmonasterium tali die ad idem faciendum constitutos. Scire etiam facias prædicto B. et sic deinceps per omnia sicut in brevi præcedenti usque ad clausulum, In cuius rei testimonium etcetera. Et habeas etcetera. Teste etcetera. Cum autem assisa mortis antecessoris posita fuerit aliquando coram talibus iustitiariis in comitatu, et post defaltam vel essonium vel diem datum vel warantum vocatum posita fuerit coram iustitiariis itinerantibus, et primo die non venerit tenens, tunc summoneatur quod sit coram talibus iustitiariis itinerantibus per tale breve.

Si assisa transferatur a quatuor iustitiariis usque ad iter iustitiariorum extra comitatum cum in comitatu incepta fuerit.

REX vicecomiti salutem. Summone per bonos summonitores etcetera A. quod sit coram talibus iustitiariis nostris itinerantibus, ad audiendam assisam mortis antecessoris quam B. in curia nostra, coram talibus iustitiariis nostris[17] ad hoc constitutis, arramavit versus eundem A. de tanta terra cum pertinentiis in tali villa, ita quod assisa illa tunc procedat in eodem statu in quo fuit apud talem locum, et quando posita fuit coram præfatis iustitiariis itinerantibus. Et venire facias coram eisdem iustitiariis nostris itinerantibus apud prædictum locum, C. D. E. recognitores eiusdem assisæ ad præfatum terminum, ad faciendam assisam illam. Et habeas ibi[18] nomina recognitorum et hoc breve. Teste[19] etcetera. Si vero constitui debeant iustitiarii ad aliquam inquisitionem faciendam, vel de contentionibus habitis inter aliquos de libertatibus, vel de roberia vel de aliis, sicut de iniuriis et huiusmodi, si duo constituantur vel plures, fiat singulis eorum[20] breve clausum in hac forma.

Breve de constituendo iustitiarios ad inquisitiones faciendas super contentionibus ad querelam.

REX dilecto et fideli suo A. salutem. Sciatis quod constituimus vos iustitiarium nostrum simul cum B. ad quandam inquisitionem faciendam inter C. querentem et D. super contentionibus inter eos ortis de talibus libertatibus, et de occupationibus feodorum, et de quibuscumque aliis iniuriis, roberia, verberibus et plagis et huiusmodi, de quibus contentio fuerit inter eos, secundum formam litterarum nostrarum quas inde misimus vicecomiti nostro tali. Et ideo vobis mandamus, rogantes quatenus ad diem quem

[17] Om., OA, LA, OC, MG, Y, CM. [18] Om., OB, MB, Y, CE. [19] Om., LA, CM; (breve etc. teste etc., MSS. var.). [20] Om., OB, MA, MB, CE, Y.

prædictus vicecomes noster vobis scire faciet, accedatis apud talem locum ad prædictam inquisitionem simul cum prædicto B. et præfato vicecomiti nostro faciendam, ut diligentiam vestram et discretionem merito debeamus commendare. In cuius rei testimonium etcetera. Teste etcetera. Et fiat aliud breve consocio suo consimile et clausum, et etiam super eodem fiat breve vicecomiti clausum in hac forma.

Breve vicecomiti clausum super eodem.

REX vicecomiti salutem. Præcipimus tibi quod assumptis tecum dilectis et fidelibus nostris A. et B. quos ad[21] hoc[22] iustitiarios nostros constituimus, in propria persona tua[23] accedas ad talem locum, et illic coram te et coram præfatis iustitiariis nostris venire facias viginti quatuor de legalioribus et discretioribus militibus de comitatu tuo, per quos rei veritas etcetera, et qui nec prædictos C. et D. aliqua affinitate attingant, vel qui[24] aliquo modo non sint essoniabiles, ad recognoscendum super sacramentum suum si præ-
f. 112] dictus C. prædictum D. robbavit, vel aliam iniuriam ei fecit contra pacem nostram. Et ita quod omnia procedant secundum querelam conquerentis. Et tunc sic: Et inquisitionem illam vel inquisitionem quam inde feceris venire facias coram nobis, vel scire facias nobis tali die vel sine dilatione. Et scire facias prædicto C.[1] ad quem diem facere volueris inquisitionem illam, ut inde tempestive præmuniatur, et ut prædicta inquisitio in præsentia utriusque partis procedat si voluerint interesse. Et ita te habeas in hoc negotio etcetera. Teste etcetera. Et infiniti sunt casus et formæ infinitæ quibus constituuntur iustitiarii, secundum quod inferius videri poterit in multis locis. Sed hæc ad præsens sufficiant[2] exempli causa.

In adventu iustitiariorum de ordine proponendi actiones et eorum officio.

IN adventu iustitiariorum ad omnia placita ex iuridictione sibi delegata, pertinet ad eos audire querelas singulorum et petitiones, ut unicuique fiat iustitia et quod suum fuerit tribuatur. Et si sit qui putet[3] se petitionem habere, actionibus debet experiri, quia nemo sine actione experitur, et hoc[4] non[5] sine brevi et[6] libello conventionali, quia nemo de libero tenemento suo sine brevi vel eius pertinentiis nisi gratis voluerit respondebit. Quod si ad hoc iniuste artatus fuerit, subvenitur ei per tale breve domini regis vicecomiti directum in hac forma.

Breve ne quis implacitetur sine brevi et præcepto domini regis.

REX vicecomiti salutem. Præcipimus tibi quod non implacites vel implacitari permittas talem de libero tenemento suo in tali villa, sine speciali præ-

[21-22] Om., Y. [22] Om., OB, MA, MB, CE. [23] Om., OB, MA, MB. [24] Om., OC, MG.

[1] D., MSS. var. [2] sufficiunt, LA, MA, MC. [3] putat, V; petet, MA, MB, CE; petit, OB, Y. [4] Om., OB, MB. [4-5] Om., MA. [6] sive, V, OA, OC; vel sine, MG; et sine, CM.

cepto nostro vel capitalis iustitiarii nostri. Teste etcetera. Et sicut non debet sine brevi respondere, ita nec[7] debet sine iudicio disseisiri. Et dicitur ideo breve quia rem de qua agitur et intentionem petentis paucis verbis breviter ennarat, sicut facit regula iuris, quæ rem quæ est breviter ennarat. Et ideo videtur quod sine brevi sive libello non debeat[8] quis experiri[9] in iudicio,[10] ne mutari possit petentis intentio vel modus petendi. Item sine brevi non debet quis experiri, nec tenens sine brevi respondere de pertinentiis non magis quam de ipso tenemento, sicut de pastura et aliis de quibus vicecomes et comitatus non habent cognitionem, sicut de placito namii vetiti, pro servitiis et consuetudinibus, quia ubicumque loquela deducta fuerit in curiam[11] baronum[12] vel aliorum qui libertates habent de averiis captis et detentis contra vadium et plegios, et querela pervenerit ad comitatum, si contentio fiat de terra, servitiis et consuetudinibus, pastura, vel huiusmodi, quæ pertinent ad liberum tenementum sine brevi,[13] remanebit loquela, et querens[14] sibi perquirat per breve si[15] voluerit, et tenens semper in seisina moretur. Et quoniam quandoque competit uni actio unica contra unum, quandoque plures contra[16] unum vel contra plures, qui tenent in communi vel separatim et per se, quandoque competunt plures actiones vel una pluribus qui tenent in communi contra unum vel plures, quarum quædam sunt præiudiciales, eo quod primo debent terminari, secundum quod f. 112b] sunt criminales vel civiles, et si omnes criminales, tunc una maior et altera minor, vel si una criminalis et altera civilis, vel si omnes civiles, in rem vel[17] in personam, et si in rem, vel super possessione vel super proprietate.

De ordine actionum.

IDEO[18] de ordine actionum et iudiciorum et quæ actio alteri debeat præferri. Et imprimis sciendum quod si alicui plures competant actiones criminales contra unum vel plures, illa quæ maior est primo debet terminari, ne maleficia remaneant impunita et extinguatur pœna, ut[19] si de minori crimine prius ageretur, sic extincta persona criminosi, extingueretur pœna[20] in maiori. Sicut videri poterit, ut si quis accusatus fuerit de furti crimine vel homicidii, et[21] similiter de crimine læsæ maiestatis, et convictus, gravius punitur crimen læsæ maiestatis quam crimen furti vel homicidii,[22] quia ex uno sequitur quod criminosus trahitur, frangitur et suspenditur, ex alio non sequitur nisi tantum suspensio. Et ideo si de minori crimine prius ageretur,

[7] non, OA, LA, OC, CE, MG, CM, MC. [8] debet, V, OB, MB, CE, Y; debetur, MA. [9-10] in iudicio respondere, CM, MG (audiri). [11] curia, OA, CE; cur., MSS. var. [12] baronis, OC; baron., MSS. var. [13] brevi et, OB, MA, MB. [14-15] querens perquiritur si, MG, CM; (perquirat si, V). [16] in, CE, Y. [17] et, OB, MA, MB. [18] Om., MA, LA. [19-20] Om., MG, CM. [21-22] Om., MG, CM, Y.

ita extingueretur pœna in maiori pro parte, scilicet quod non traheretur nec[23] frangeretur, quod esse non debet. Si autem duæ vel plures competant actiones contra unum, quarum una criminalis sit et altera civilis, criminalis prius debet terminari.[24] Et est ratio, quia si quis appellatus est[25] de vita et membris, competit ei exceptio contra quemlibet agentem civiliter, quod appellatus ei respondere non tenetur antequam se defenderit in criminali, nec mutare poterit[26] statum suum quamdiu[27] dubius fuerit status propter crimen. Si autem contra unum duæ competunt[28] actiones civiles, quarum una in personam et alia in rem, utraque simul poterit intentari, quia neutra aliam tollit vel excludit, ex quo sese inter easdem personas compatiuntur, ac si unus illas intentaret versus plures. Si autem utraque fuerit in rem et utraque super possessione, illa quæ fuerit super possessione propria prius terminari debet, sicut assisa novæ disseisinæ, quam[29] illa quæ fuerit super possessione aliena, sicut assisa mortis antecessoris de[30] morte alicuius antecessoris.[31] Si autem plures petierint seisinam propriam versus unum per assisam novæ disseisinæ, ultima seisina prius erit terminanda, et sic fiat de[32] pluribus quod de duobus. Et illud idem fiat[33] de assisa[34] mortis antecessoris, si plures petant versus unum per assisam. Si autem uni competant plures actiones civiles versus unum, tam super possessione propria et aliena quam super proprietate petens habet electionem quam primo voluerit intentare, et una electa ad alias regressum non habebit pendente illa, si processerit secundum ordinem actionum. Et si ordine[35] non servato processerit, ad alias postmodum regressum non habebit. Et unde si plures competant actiones adversus unum, sicut assisa novæ disseisinæ de possessione propria, et assisa[36] de[37] seisina antecessoris, et breve de ingressu, et breve de recto, primo si velit ordinem servare, quod[38] una terminata possit ad alias habere regressum, primo eligat actionem[39] super possessione, et illam primo de seisina propria, et postea de seisina aliena, et tunc demum agat de proprietate, et primo eligat actionem de ingressu, et postea super ipso recto.[40] Quia si primo elegerit agere[41] super ipso recto, numquam postmodum regressum habebit ad inferiores, nisi ita sit quod aliquando per narrationem vertatur breve de[42] recto in breve de ingressu. Quia quamvis teneat ordo ut f. 118] prædictum est de actione in actionem ascendendo usque ad breve de recto, numquam tenebit ordo descendendo a superiore actione ad inferiorem.

[23] quod non, OB, MA, MB, CE (— quod), Y (et quod non). [24] determinari, MG, CM, Y. [25] fuerit, MG, CM. [26] possit, LA, MC. [27] quam, MG, CM. [28] competant, V, LA, OB, MC. [29] quod, V, LA. [30-31] Om., MG, CM. [32-33] Om., MG, CM. [34] assisis, OA, LA, MC; ass., MSS. var. [35] de ordine, MG, CM. [36-37] ass. mortis antecessoris de, CE; (ass. de mortis ant. et, MG, CM). [38] quia, CE, MG, CM, MC. [39] actiones, V, OA. [40-42] Om., MG, CM. [41] Om., OB, MA, MB, CE, Y.

Quod prius agendum est super possessione quam super proprietate.

Et quod de possessione prius agendum sit quam de proprietate, et quod causa possessionis est præmittenda, quamvis in fine debeat proprietas prævalere, videri poterit manifeste. Quia esto quod iustitiarii prius de proprietate et recto[1] pronuntient quam de possessione inter aliquos, si postea de possessione cognoscere voluerint[2] inter eosdem, nihil agunt.[3] Quia placitum de recto quod præcessit[4] inter eosdem de eodem tenemento recognitionem de petendo seisinam propriam vel alienam de eodem tenemento extinguit inter eosdem. Quia placitum de recto utrumque ius determinat, tam possessionis quam proprietatis. Ut de termino Sanctæ Trinitatis anno regis[5] Henrici tertio comitatu Eboraci, assisa mortis antecessoris, si Willelmus le Seneschal. Et idem erit si duo implacitaverint unum, unus videlicet per recognitionem in causa possessionis, et alius per breve de recto in[6] causa proprietatis, suspenditur placitum per breve de recto[7] donec sciatur cui debeat possessio remanere, ubicumque fuerit placitum de recto, in curia domini[8] regis vel in comitatu. Et si possessio per recognitionem tenenti remanserit, tunc demum procedat placitum super recto inter eos. Si autem tenens amiserit per recognitionem, tunc cadit breve de recto, et tunc[9] agat petens versus[10] eum qui evicit per recognitionem. Sed cum prosecutio per breve de recto ita suspensa sit per recognitionem, petens per breve de recto semper apponet clamium suum, pro quocumque[11] feratur sententia in causa possessionis. Et quod prius cognoscendum sit de possessione quam de proprietate si violentia adhibita sit, probatur ff. *ad l. iul. de vi publica,* l. *si de vi,* ubi dicitur quod si de vi et possessione vel dominio quæratur, ante cognoscendum est de vi quam de proprietate rei, et etiam prius quæritur[12] de vi quam de iure dominii sive possessionis. Item est et alia ratio, quod qui rem petere voluerit, si caute sibi providerit, videat primo an[13] aliqua ratione[14] nancisci possit[15] possessionem, quoniam commodius est possidere quam petere. Multi enim sunt qui si possessionem habuerint, se defendere poterunt per exceptionem. Si autem fuerint extra, vix aut numquam forte[16] recuperabunt per actionem. De hoc autem quod dicitur quod qui primo[17] petierit per breve de recto, quod ad inferiores actiones descendere non
f. 118b] possit, videndum[18] qualiter usus fuerit brevi de recto. Sunt quidam qui dicunt quod si in tantum usus fuerit petens per breve de recto quod tenens summonitus sit,[19] et ad summonitionem essoniatus, quod hoc suffi-

[1] de recto, OA. [2] voluerit, V, MG. [3] ageret, V; agent, Y; agit, MG, CM, OC. [4] processit, OB, MA, MB, CE, Y, MG, CM. [5] regni regis, V, OC. [6-7] Om., MG, CM. [8] Om., OB, MA, MB, CE, Y. [9-10] cum agat petens adversus, MG, CM. [11] quocumque modo, MG, CM. [12] queritur, MSS. [13-14] si aliqua actione, LA, MC (ratione). [15] Om., OB; poterit, MA, MB, LA, CE, MC. [16] Om., MG, CM. [17] Om., MG, CM; prius, OC. [18] videndum est, LA, MC. [19] fuerit, LA, MC.

cit quod regressum non habeat ad actiones inferiores, quia tunc inceptum est placitum cum effectu per breve de recto. Quidam autem dicunt contrarium, quod non est inceptum cum effectu antequam summonitus comparuerit et ad breve responderit[20] vel warantum vocaverit vel ulterius processerit. Sed re vera sufficit[21] si fiat ut primo dictum est. Et hæc vera sunt si breve per quod actio incepta est teneat in suo casu. Ut si[22] assisa mortis antecessoris impetrata fuerit et non iacuerit inter partes, pro non impetrata reputabitur, et ideo descendere poterit petens ad assisam novæ disseisinæ ad seisinam propriam recuperandam.[23] Eodem modo videtur quod esse debeat, si quis usus fuerit et impetraverit parvum breve de recto secundum consuetudinem manerii domini regis, ubi impetrasse debuit magnum breve patens. Si eo utatur[24] nihilominus regressum habebit ad breve magnum ad petendum liberum tenementum, et e contrario. Quia cum in suo casu non sint[25] impetrata, ideo nulla. Si autem utraque actio duorum versus unum super proprietate, et ubi uterque agere poterit[26] tam super possessione quam super proprietate, sed ratione diversorum temporum semper de ultima seisina[27] prius erit cognoscendum. Et si de ultima seisina constare non possit, tunc observetur quod dicitur quod[28] qui prius appellat prius agat. <Item[29] incidit quandoque quæstio proprietatis in actionem intentatam super ipsa possessione, sive possessorium intentetur causa recuperandæ possessionis, sicut in assisa novæ disseisinæ, vel adispicendæ possessionis, sicut in assisa mortis antecessoris. Et quo casu simul quandoque intentatur[30] proprietas cum petitorio iudicio quoad cognitionem possessionis et non quoad pronuntiationem super proprietate. Et sæpius inquirendum[31] erit de ipsa proprietate ut de possessione magis constare possit, et sic nihil[32] commune habet possessio[33] cum proprietate quoad pronuntiationem, licet quoad[34] cognitionem.[35] Vel dici poterit quod nihil commune habent quoad decisionem, habent tamen[36] commune quoad cognitionem[37] ut prædictum est, quia forte aliter iudex non posset cognoscere de uno, scilicet de possessione, nisi cognosceret de reliquo, scilicet de proprietate. Pronuntiatio vero iustitiarii erit super possessione. Et notandum quod verbum possessionis quandoque ponitur pro re possessa et quandoque pro restitutione.>

Fallit in quatuor casibus.

Cum autem ab una parte plures actiones civiles proponantur versus unum

[20] respondebit, MG, CM; respondit, MA. [21] Om., OB, MA, MB; sufficiat, V. [22] Om., OB, MA, MB. [23] recipiendam, OB, MB, CE. [24] teneatur, OB, MA, MB. [25] sunt, V, CE; fuit, OC, CM; n. sit imp., MA. [26] possit, MG, CM. [27] Om., LA. [28] Om., CE, MG, CM, OB, MA, MB. [29] Om., OA, LA. [30] intentantur, OA, LA, OC, Y, MB. [31] inquirendus, MG, CM. [32-33] nihil commune possessionem, MG, CM; nihil convenit possessio, OC; nihil consequentiæ habet possessio, OB, MB. [34-35] quoad convictionem, MG, CM. [36] Om., MG, CM. [37] convictionem, MG, CM.

vel plures de pluribus rebus et diversis, poterit qui eas[38] proponit quam voluerit præmittere et omnes simul tractare. De hoc autem quod dicitur quod si plures alicui competant[39] actiones, una debet experiri, et una electa ad alias non poterit recurrere pendente prima, sciendum est[40] quod istud fallit in quatuor casibus. Primus casus est quod cum quis plures habeat actiones vel duas de una re quæ sint[41] contrariæ, si utrasque proposuerit audiri non debet non[42] magis quam si contraria allegaret. Oportet igitur quod unam istarum proponat quam voluerit, quia sese non compatiuntur nec simul stare possunt, quia una excludit aliam. Ut si quis peteret simul sortem et usuras, et terram in dominico et ad terminum. Secundus casus est ut si illa quæ primo[43] proponitur pendeat ex alia, et quæ posterius proponi deberet[44] per ordinem. Ut si quis tamquam heres petat[45] debitum hereditarium antequam se probaverit heredem, et postea vult inquiri si sit heres vel non. Præpostera est enim talis petitio. Item si quis petat fundum rei vindicatione, et statim vult percipere fructus vel colligere antequam fundum adquisiverit, vel de fructibus agere antequam prima actio terminetur de principali, repelli debet a secunda actione de fructibus. Primo enim debet constare de re principali per actionem primam cuius esse debeat, et postea de[46] eius pertinentiis. Et unde[47] videtur rationibus prædictis quod si quis petat manerium cum pertinentiis, ad quod pertineat advocatio sicut de pertinentiis, et pendente placito de manerio, antequam convincatur cuius esse
f. 114] debeat, contingat ecclesiam vacare, et ille qui petit manerium præsentaverit[1] antequam principale terminetur, si placitare voluerit, non audietur per breve *quare impedit* nec de ultima præsentatione. Et plures sunt huiusmodi actiones et infinitæ. Tertius casus est cum secunda sit præiudicialis primæ, quod non est in primo casu, sed[2] e converso. Ut si a te petam fundum Titianum quem tu[3] possides et negas meum esse, et petam viam ad ipsum fundum Titianum per fundum Sempronianum qui Titii est, non sum audiendus in hac secunda actione de via quia præiudicat primæ, et[4] quia primo oportet discutere cuius esse debeat fundus Titianus, ad quem via pertinere debeat. Item si vindico a te aliquem fundum, et antequam convincatur velim interim[5] agere tecum de[6] communi[7] dividundo, non[8] sum audiendus pro eo, quia[9] per[10] hanc actionem de dividundo[11] præiudicatur primæ de principali recuperando. Quartus casus est si tales sint actiones propositæ, quod una tollitur electione alterius. Ut si agam in

[38] illas, LA, MC. [39] competunt, MG, CM. [40] Om., CE, MG, CM. [41] fuerint, V; sunt, OC, CE. [42] Om., V, OC. [43] Om., MG, CM. [44] debet, MG, CM. [45] peteret, OB, MB; petierit, MA. [46] Om., OA, OB, OC, MA, MB, MC, MG, CM, LA, Y. [47] Om., OB, MA, MB.

[1] præsentavit, MG, CM. [2] et, OB, MA, MB, CE, Y. [3] Om., MG, CM. [4] Om., LA, Y, MC. [5] iterum, OA, OC, MA, MG, CE, CM; iterim, OB. [6-7] contrarium, MG, CM. [8-11] Om., MG, CM. [9-10] quod per, V; quia super, OA.

causa proprietatis per breve de recto, et postea velim recurrere ad aliam quæ sit de possessione, non possum, quia per hoc fieret præiudicium primæ, et cum utraque actio tam proprietatis quam possessionis sub actione de proprietate continetur. <Et notandum in fine quod[12] cum quis habeat plures actiones concurrentes de eadem re, una debet experiri, ut ff. *quod metus causa,* l. *si*[13] *mulier*[14] § *si coactus,* et ff. *de tributoria actione,* l. *quod in heredem* § *eligere.* Sed videtur contra ff. *quorum legatorum,* l. prima § *quod autem,* ubi dicitur quod si duæ competant actiones quas actor sciat sibi competere, et protestatus fuerit ex una rem suam consequi velle, licebit ei, et ita potest indefinite proponere actiones. Solutio: Ubi certus sum duas mihi competere actiones eligere cogor, ut ff. *de tributoria,* l. *quod in heredem* § *eligere.* Si autem ignorem quæ mihi competat, tunc sub generali verbo indefinite possum proponere actiones, ut in l. contraria. Vel ubi ex confessione adversarii dependet mea actio, cogitur adversarius exprimere cum fuerit interrogatus, utrum pro herede vel pro possessore possideat, ut sciatur per medium quæ actio mihi competat actori, licet titulum suæ possessionis dicere nemo[15] cogatur, ut C. *de heredibus* l. *cogi possessorem.* Item si quis duo brevia simul vel diversis temporibus impetraverit, dum tamen illis[16] usus fuerit, electo uno brevi per quod agere voluerit et alio prius usus fuerit, ex secundo agere non poterit antequam se retraxerit a primo, ut de Abbate de Rivallibus et Petro de Sabaudia coram rege. Et notandum quod ubi duæ actiones de eadem re concurrunt, aut sunt rei persecutoriæ aut pœnæ. Si autem rei tantum, tunc in electione actoris erit qua voluerit experiri, ut prædictum est. Et una electa etcetera ut supra, ut ff. *locati,* l. *si merces* § *culpæ nomine.* Si autem pœnæ,[17] tunc aut ex[18] uno facto vel diversis. Ex uno et eodem facto, ut si quis aliquid per vim rapuerit, tenetur actione furti et interdicto unde vi. In quo casu, una electa non poterit recurrere ad aliam, nisi quatenus minus consecutus fuerit ex una, ut ff. *de privatis delictis,* l. *non utique,* et ff. *de actionibus et obligationibus,* l. *si servum.* Si autem ex diversis factis, tunc neutra tollitur per aliam, et ibi[19] duæ actiones de eadem re concurrentes, una aliam[20] non consumit, ut in Institutionibus.[21]> <Item
f. 114b] notandum quod pœnalis actio non datur in heredes, nec transit in[22] eos nisi lis fuerit contestata cum defuncto. Ad hoc facit ff. *de publicanis et vectigalibus,* l. *interdum*[23] § *pœnæ,* ubi dicitur quod pœnæ ab heredibus peti non possunt, si non est quæstio mota vivo eo qui delinquit. Et hoc sicut in ceteris quoque pœnis ita et[24] in vectigalibus. Item in causa criminis et

[12] Om., OB, MA, MB. [13-14] similiter, V, OB, MA, CE, Y, MC. [15] non, LA, MC. [16] ille, V; illis, OB, CE, Y; ill., OA, LA, OC, MA, MC. [17-18] pœnæ et tunc ex, OA; pœnæ et tunc aut ex, CE, Y, OB, MA, MB. [19] ubi, OB, MA, MB, CE, Y, MC. [20] electa, LA, MC. [21] ut Institutionibus, LA, OB, MA, MB, CE, Y, MC. [22] ad, OC, MG, CM. [23] interdictum, OB, LA. [24] Om., OC, MG, CM.

maxime si civiliter[25] agatur. Et[26] in actione iniuriarum[27] illustres personæ per procuratorem agere possunt,[28] ut iii. qu. ix. § *nisi* et C. *de iniuriis* l. ultima. Item in eo quod pœnalis est non datur in heredes similesque[29] personas nisi in quantum ad eos pervenerit. Item si contra pupillum agatur vel furiosum, ad damna inde non tenentur, nisi in quantum ad eos pervenerit ut supra, quia affectu carent, nisi pupillus forte doli capax sit.[30]>

De actione vi bonorum raptorum triplici.

ITEM actio civilis cum aliquando triplex sit et quasi mixta, scilicet personalis, pœnalis et rei persecutoria, sicut de restitutione spoliatorum, quod res corporalis et immobilis restituatur spoliato, vel quod res incorporalis, sicut ius aliquod, in[31] debitum statum reformetur, sicut dici poterit de servitutibus, ut de iure eundi, agendi, et de iure pascendi in fundo alieno, et huiusmodi, bene poterunt hæc omnia unica[32] actione terminari, sicut per assisam novæ disseisinæ, secundum diversas species disseisinarum. Personalis enim est quia[33] tantum datur[34] spoliato, et competit contra spoliatorem in eo quod pœnalis est. Est etiam[35] pœnalis propter delictum quia iniuste et sine iudicio, et tantum persequitur[36] spoliatorem, si spoliatus[37] superstes sit, et in eo quod pœnalis est[38] extinguitur per mortem utriusque vel alterius ipsorum. Est etiam restitutoria tantum aliquando, et non[39] pœnalis quantum ad eos qui immunes sunt a delicto disseisinæ, quia pœnam sentire non debet qui immunis est a[40] culpa,[41] secundum quod inferius dicetur de assisa novæ disseisinæ. Item ex uno facto iniurioso plures possunt oriri actiones pœnales in[42] causa civili, et uni competere vel pluribus contra unum vel plures, et omnes simul bene poterunt[43] intentari, cum non sint contrariæ vel præiudiciales sed sese compatiuntur, ut videri poterit. Ut si quis nihil iuris habeat in fundo alieno nec aliquam servitutem contra voluntatem domini, cuius fundus ille fuerit, fossatum levaverit, plures competere poterunt[44] ex hoc domino fundi actiones, scilicet assisa novæ disseisinæ de libero tenemento, ex quo talis sic[45] novum opus fecerit in alieno, et rem alienam sic[46] invito domino contractavit. Ex hoc etiam poterit ei competere et alia, quod fossatum illud levatum est ad nocumentum liberi tenementi sui, eo forte quod per[47] fossatum[48] poterit obstrui via aliqua. Item[49] competere poterit ei[50]

[25] cui dicitur, MG, CM. [26-27] et in actione iniuriarum, LA, MC; et iniuriarum, V, OA, OB, MA, MB, CE, Y, OC, MG, CM. [28] possit, MG, CM. [29] similes et, OB, MA, MB. [30] sit. Item de ordine actionum, OA, LA, MC, OB, MB, CE, Y, MA (actionis); c. s. i. d. o. a. etcetera, OC, MG, CM. [31] et, MG, CM. [32] una, OB, MA, MB. [33] quoniam, OB; quando, MA; quod, MG; quod enim, CM. [33-34] quoniam d. t., MB. [35] enim, OC, CE, Y, MG, CM, MB; etenim, OB, MA. [36] prosequitur, LA, MC, MG, MA. [37] spoliator, V; spoliatus, OA, OB, OC, MA, MB, MC, MG, CE, CM, Y. [38] Om., MG, CM. [39] ideo, MG, CM. [40-41] Om., OB, MA, MB. [42] et in, MG, CM. [43] possunt, LA, MC, Y. [44] possunt, OB, MA, MB, Y, LA, MC. [45] Om., CE, Y. [46] sicut, MG, CM. [47] Om., OB, MA, MB, CE. [48] fossatum illud, V. [49] tunc, MG, CM. [50] Om., OA, LA, MG, CM.

et tertia, quia per fossatum illud poterit alicuius aquæ cursus iniuste ad nocumentum domini diverti. Et quia ibi[51] sunt plures iniuriæ ex uno facto, per hoc poterit delinquens pluribus actionibus teneri uni, et aliquando pluribus. Et poterit ille cui iniuriatum est omnibus simul si voluerit experiri vel vicissim. Plures enim actiones pœnales de eadem re sive de eodem facto concurrentes, una aliam non consumit, quia quatenus minus consecutus fuerit per unam consequi poterit si voluerit per aliam, si vicissim egerit et successive. Sed cum[52] plures competant actiones ex uno facto ut prædictum est, videndum erit[53] utrum omnes iniuriæ unica actione possint[54] terminari. Quia cum lites restringendæ sint, non expedit pluribus actionibus f. 115] uti cum una sufficiat pro omnibus, ad demoliendum illud totum quod iniuriose factum est, et ad pristinum[1] statum reformetur, quod res sit sicut esse solet et debet. Unde necessarium erit quod procedat assisa novæ disseisinæ, quod fossatum omnino prosternatur, et fiat tenementum adeo planum sicut esse solet. Per hoc enim poterit via obstructa aperiri, et aqua trestornata[2] recipere cursum debitum. Et sic poterunt omnes iniuriæ unica actione terminari, et secundum diversitatem nocumentorum poterunt damna æstimari. Si autem primo tantum ageretur de via obstructa, adhuc pro magna parte remanere poterit iniuria de fossato et aqua[3] trestornata, et si[4] primo tantum de aqua trestornata, adhuc remanere[5] posset in magna parte iniuria de fossato, et etiam omnino de via obstructa. Et ideo melius est[6] quod per unicam actionem omnes simul terminentur iniuriæ, quam per plures. Item ex uno delicto sive[7] facto[8] plures oriri poterunt[9] actiones criminales et pœnales, et competere pluribus sicut uni, et contra unum et plures, sive nascantur ex uno facto vel pluribus, secundum quod plenius dicetur infra de placitis coronæ, de appellis et pœnalibus actionibus. Item ex uno facto vel delicto plures possunt oriri actiones pœnales, et pluribus competere sicut uni, ut si cui iniuria illata fuerit per illos qui sunt sub sua[10] potestate, sicut sunt filius, filia, vel alii qui sunt de alicuius familia, et in servitio suo verberaverit,[11] vulneraverit,[12] et[13] male tractaverit[14] contra pacem, competit quidem ei actio qui ictus sustinuit et vulnera, et ipsam[15] violentiam[16] directa, ut consequatur[17] suum interesse secundum

[51] ubi, OB, MA, MB. [52] si, CE, Y. [53] est, OB, MA, MB, CE, Y, LA, MC. [54] possunt, LA, MA, MG, Y, CE, CM, MC.

[1] præfatum, LA; primum, OB, MA, MB, CE, Y. [2] retornata, OC; bestornata, LA, MC; tunc tornata, MG, CM; cresturnata, MA. [3] de aqua, OB, MA, MB. [4] Om., OA, LA, MC, OC, MG, CM, OB, MA, MB. [5] Om., OC, MG, CM. [6] Om., OB, MA, MB. [7-8] Om., OB, MA, MB, CE, Y; sive ex facto, V. [9] possunt, OB, MA, MB, CE, Y. [10] una, OC, CE; pœna, OB. [11] verberavit, OB, MA, MB, Y, MG, CM. [12] vulneravit, OB, MA, MB, Y. [12-13] Om., MG, CM. [14] tractavit, OB, MA, MB, Y. [15-16] ipsa violentia, MG, CM. [17] sequatur, MA, CM; exequatur, MG.

æstimationem iniuriæ. Competit etiam domino actio indirecta, quatenus sua interfuit non caruisse servitiis famulorum et operis[18] servorum et huiusmodi. Competit etiam domino actio ex hoc si tales verberati sunt vel pulsati in dedecus[19] ipsius domini, etiam[20] si servitio et operis[21] servorum non caruerit. Et ita poterit interesse sua aliquando, ratione alterius istorum, et aliquando ratione utriusque, ut si dicat se nolle sustinuisse damnum pro tanto, nec pudorem vel dedecus pro tanto, coniunctim vel divisim. Sed videndum inter cetera quæ istarum sit præiudicialis, et si una dependeat ex alia. Et videtur quod sic, quia esto quod serviens vel[22] servus cui violentia illata est in probatione sua defecerit, licet querela vera sit, videtur quod per hoc extincta sit actio domini, quia si factum non[23] probetur, quod est principale, quod valere non debeat aliquid quod dependeat ex eo, et perinde[24] quod talis non verberatur ad dedecus ipsius, nec ad damnum. Sed re vera quamvis[25] tales in probatione sua defecerint, nihilominus subesse poterit verum quod ita fuit. Et unde si unus non probaverit, alius potest. Idem erit si tales se retraxerint vel sequi noluerint.

[18] operibus, V, OC, CE. [19] delictis, MG, CM. [20] et etiam, OB, MA, MB; et, LA, MG. [21] operibus, V, OC, CE; opere, OB, MA, MB, Y. [22] sive, OB, MA, MB, Y, CE. [23] Om., MG, CM. [24] proinde, V, MG, Y. [25] quatenus tales, CE, Y.

DE PLACITIS CORONÆ

f. 115b] *Qualiter iustitiarii procedere debent in itinere suo et quo ordine.*

FACTA coram iustitiariis itinerantibus generali summonitione ad certos diem et locum, quæ ad minus continere debet spatium quindecim dierum, videndum erit[26] in primis qualiter procedere debeant[27] et quo ordine. Et sciendum quod in primis incipere debent de placitis coronæ, in[28] quibus terminantur actiones criminales tam maiores quam minores, nisi ipse dominus rex forte in aliqua[29] parte aliter duxerit faciendum. Et in primis legantur brevia quæ dant eis auctoritatem et potestatem itinerandi, ut sciri possit[30] de eorum auctoritate. Quibus auditis, si iustitiariis placuerit, quidam maior eorum et discretior publice coram omnibus proponat quæ sit causa adventus eorum, et quæ sit utilitas itinerationis, et quæ commoditas si pax observetur. Et proponi solent verba ista per Martinum de Pateshilla. In primis de pace domini regis et iustitia eius violata[31] per murdritores et robbatores et burgatores, qui malitiam suam exercent die ac nocte, non solum in homines de loco in locum itinerantes, sed in homines in lectis suis dormientes, et[32] quod[33] dominus rex mandat omnibus fidelibus suis[34] quod in fide[35] qua ei tenentur, et[36] sicut salvare sua voluerint, efficax et diligens præstent[37] consilium et auxilium ad pacem et iustitiam suam conservandam, et malitiam prædictorum tollendam et reprimendam, et huiusmodi plura.[38] Quibus propositis, debent iustitiarii se transferre in aliquem locum secretum, et vocatis ad se quatuor vel sex vel pluribus de maioribus de comitatu, qui dicuntur buzones[39] comitatus et[40] ad quorum nutum[41] dependent[42] vota aliorum, et sic inter se tractatum habeant iustitiarii ad invicem, et ostendant qualiter a domino rege et consilio suo sit provisum, quod omnes tam milites quam alii qui sunt quindecim annorum et amplius, iurare debent[43] quod utlagatos,[44] robbatores et burgatores non receptabunt, nec

[26] est, LA, MC. [27] debeat, V, OB, MA; debet, MB. [28] et in, OB, MA, MB. [29] alia, OB, MA. [30] poterit, V; possunt, MG, CM. [31] violata et, OB, MB, Y; violenta, MA, MG. [32] Om., OB, CM. [33] quia, MG, CM. [34-35] suis ex fide, MG, CM. [36] Om., OB, MB, Y. [37] præstetur, LA, OB, MA, MB, CE, Y, MC. [38] placita, MA, MB, MG, CM, OC. [39] buzones, OA, OB, LA, CE, MC; busones, V, Y; barones, MA, MB; burgatores, MG, CM; butores, OC. [40] Om., OB, MA, MB. [41-42] initium dependeant, MG, CM, OC (mut.). [43] debeant, MG, CM. [44] utlagos, LA, MC; utlagatos murdritores, V, CM, MG (-rat-).

eis consentient nec eorum receptatoribus.[45] Et si quos tales noverint, illos attachiari[46] facient et hoc vicecomiti et ballivis suis monstrabunt. Et si huthesium vel clamorem de talibus audiverint, statim audito clamore sequentur[47] cum familia et hominibus de terra sua. <Ad quod notari poterit quod si quis feloniam fecerit et statim captus fuerit, levato[48] huthesio,[49] cessabit secta. Et unde si homo per infortunium oppressus fuerit, submersus, vel aliquo alio modo mortuus, vel interfectus, statim levetur huthesium, sed sequi non oportet de terra in terram, villa[50] in villam, cum malefactor cap-
f. 116] tus sit, scilicet la bane.> Et traciam[1] conducent[2] per terram suam, et in fine terræ suæ illam monstrabunt dominis terrarum vicinarum. Et quod sic fiat secta de terra in terram cum omni diligentia donec malefactores comprehendantur. Et quod[3] non remaneat tracia facienda nisi impedimentum interveniat per noctem supervenientem, vel alia rationabili causa, et quod[4] illos quos suspectos habebunt pro posse suo arrestabunt, non expectato mandato iustitiarii vel vicecomitis, et quid[5] inde fecerint scire faciant iustitiariis vel vicecomiti. Iurabunt etiam quod si aliquis venerit in villam vel burgum vel alibi, et emerit panem, cervisiam, vel alia victualia, et suspectus habeatur quod hoc sit ad opus malefactorum, ipsum arrestabunt et arrestatum vicecomiti vel ballivis suis liberabunt. Iurabunt etiam quod nullum de nocte recipient in domum suam ad hospitandum nisi bene notus sit, et si forte ignotum aliquem hospitaverint, quod non permittent eum[6] in crastino recedere ante clarum diem,[7] et hoc sub testimonio trium vel quatuor proximorum vicinorum. Convocentur[8] postmodum servientes et ballivi hundredorum, et per ordinem irrotulentur hundreda sive wapentakia et nomina servientum, quorum quilibet affidabit quod de quolibet hundredo eliget quatuor milites, qui statim veniant[9] coram iustitiariis ad faciendum præceptum domini regis, et qui statim iurabunt quod eligent duodecim milites vel liberos et legales homines si milites non inveniantur, qui neminem appellent[10] nec sint appellati, nec male crediti de pace infracta, de morte hominis, vel alio maleficio, et per quos negotia domini regis possint melius et utilius expediri. Et nomina ipsorum duodecim statim imbreviari faciant in quadam cedula et illam liberent iustitiariis, qui etiam cum venerint iurabunt in hac forma, primus sic.

[45] receptationibus, MG, CM. [46] attachiare, MG, CM, OC, OB; attach., MSS. var. [47] sequantur, V; sequuntur, MSS. var. [48-49] levat huthesium, OB, MB, MA (levet). [50] de villa, LA, OC.

[1-2] postea traceam conducant, V. [3] Om., OB, MA, MB; quia, CM, MG. [4] Om., MG, CM. [5] quod, V, MA. [6-7] eum abire in crastinum ante clarum diem, MG, CM (ire), OC (redire). [8] convenienter, MG, CM, OC. [9] venient, MB, CE, Y, MG, MC. [10] appellant, V, MG, OC.

De sacramento duodecim militum electorum ad dicendum veredictum in placito coronæ.

Hoc[11] auditis iustitiarii quod veritatem dicam de hoc quod a me interrogabitis[12] ex parte domini regis, et fideliter faciam id quod mihi præcipietis ex parte domini regis, et pro aliquo non omittam, quin ita faciam pro posse meo, sic me deus adiuvet et hæc sancta. Et post eum iurabit quilibet aliorum separatim et per se, ita:[13] Tale sacramentum quale A. primus iurator scilicet hic iuravit, ego tenebo ex parte mea, sic me deus adiuvet et hæc sancta. Et cum ita iuraverint omnes, legantur eis capitula per ordinem, de quibus coram iustitiariis respondebunt. Quibus auditis, statim dicatur eis quod de quolibet capitulo, separatim et per se sufficienter, distincte et aperte respondeant in veredicto suo, et illud habeant ad certum diem. Et secreto[14] dicatur eis quod si sit aliquis in hundredo vel wapentakio suo qui male creditus sit de maleficio aliquo, illum[15] statim capiant[16] si possint. Si autem non, tunc secreto habere faciant iustitiariis nomen talis, et omnium illorum qui male crediti sunt[17] in quædam cedula, et præcipietur vicecomes quod illos statim capiat et captos venire faciat coram iustitiariis, ut[18] iustitiarii de his faciant iustitiam.[19] Capitula vero[20] quæ illis duodecim proponenda sunt, quandoque variantur secundum varietatem temporum et locorum, et quandoque augentur, quandoque minuuntur. Sed tamen[21] aliquid dicatur de capitulis exempli causa qualiter per ordinem proponuntur.

Capitula de quibus duodecim respondebunt.

Imprimis de veteribus placitis coronæ quæ alias fuerunt coram iustitiariis, f. 116b] et non fuerunt terminata.[22] De novis placitis coronæ quæ postea emerserunt, per quod notari[23] poterit per capitula ista quod non erit quærendum de placitis illis quæ emerserunt ante aliud iter iustitiariorum, et quæ coram eis proposita non fuerunt. Et si aliquis[24] de huiusmodi fuerit[25] accusatus, inde habebit exceptionem, et etiam possent[26] iuratores duodecim[27] de alio itinere[28] argui de periurio, ut de termino Sancti Michælis anno regis[29] Henrici nono incipiente decimo, de quodam Henrico Rumbaud[30] comitatu Hertfordiæ.[31] De illis qui sunt in misericordia domini regis et non sunt amerciati, ad quod videndum qualiter quis sit amerciandus. Et sciendum quod miles et liber homo non amerciabitur[32] nisi secundum

[11] Om., MG, CM. [12] interrogabitur, MG, CM. [13] Om., V, MA; ita quod, CM. [14] secrete, V, OC. [15] ipsum, MG, OC, CM (—statim). [16] capient, OB, MB, Y. [17] crediti sint, LA, MC. [18-19] ut faciant de illis iustitiam, MG, CM. [20] Om., OB, MA, MB. [21] cum, MG, CM; tunc, OC. [22] atterminata, CE, Y, MA, MB, MC; attachiata, OB. [23] vitari, MG, CM. [24] quis, OB, MA, MB, CE, Y; aliquis illorum, V. [24-25] aliquis eorum fuerit, MG, CM (illorum). [26] possunt, V, MA, MB, OC, MG. [27-28] Om., OB, MA, MB, CE, Y. [29] regni regis, V, MG, OC. [30] Romband, V; Rumbande, Rumbaude, Rombaut, Robbatut, Robbanum, Rumbald, MSS. var.; qui robbavit, CE, Y. [31] Herefordiæ, OB, MA, MB, CE, LA, OC; H'fordiæ, MG, CM. [32] amerciabuntur, LA, MC.

modum delicti, secundum quod delictum fuerit magnum vel parvum, et[33] salvo contenemento suo. Mercator vero non nisi salva mercandisa sua. Et villanus autem non nisi salvo waynagio[34] suo. Et hoc per iudicium proborum hominum de visneto qui affidabunt simul cum serviente. Comites vero et barones non sunt amerciandi nisi per pares suos et secundum modum delicti, et hoc per barones de scaccario vel coram ipso rege.[35] Clericus vero non amerciabitur secundum beneficium suum ecclesiasticum, sed secundum quantitatem laici feodi sui, et secundum modum delicti. Et ad hoc fideliter faciendum affidabunt amerciatores, et[36] quod neminem gravabunt per odium nec alicui deferent[37] per[38] amorem, et quod celabunt[39] ea quæ audiverint. De valletis et puellis qui sunt et esse debent in custodia domini regis, qui sunt et qui illos habent et per quem, et quantum terræ illorum[40] valent. De dominabus quæ sunt et esse debent de donatione domini regis sive sint maritatæ sive non, et si sint maritatæ, quibus et per quem et quantum terræ illarum valent. De ecclesiis quæ sunt de donatione domini regis, quæ ecclesiæ illæ sunt et qui illas habent et per quem. De eschætis domini regis, quæ sunt et qui[41] illas tenent[42] et per quod servitium, tam de terris Normannorum quam de aliis, et si teneantur sine waranto. De seriantiis domini regis, quæ sunt et qui illas tenent et per quem, et cuiusmodi[43] seriantiæ illæ sunt et quantum valent. De purpresturis factis super dominum regem, sive in terra, sive in mari, sive in aqua dulci, sive infra libertatem, sive extra, sive alibi ubicumque. De mensuris factis et iuratis per regnum, si servatæ sint sicut provisum fuit, et si custodes mensurarum mercedem ceperint[44] ab aliquo quod possint per alias emere et per alias vendere, quod quidem intellegatur de omnibus mensuris, tam ulnis quam ponderibus, et si assisa de latitudine pannorum servata sit sicut fuit provisum, et si quis denarios ceperit pro pannis contra assisam venditis. De vinis venditis contra assisam et quis ea vendiderit. De illis qui ceperunt denarios ab[45] illis qui extraneos hospitati sunt contra assisam inde factam anno præterito. De vicecomitibus et aliis ballivis domini regis qui tenuerunt[46] placita coronæ et quæ placita, et qui convenire[47] faciunt hundreda sive wapentakia pro inquisitionibus faciendis de morte hominis vel aliis placitis coronæ, et si ceperint misericordias pro defaltis vel pro huthesio non levato vel non secuto. De usurariis
f. 117] christianis[1] mortuis, qui fuerunt[2] et quæ[3] catalla habuerunt[4] et

[33] Om., OC, MG, CM. [34] wannagio, wangnagio, wagnagio, MSS. var. [35] Om., OB, MB, Y (+). [36] Om., V, MA. [37] differunt, MG, CM. [38] propter, V, OC. [39] cessabunt, OB, MB. [40] eorum, V, OC, MG, CM, Y. [41-42] quis illas tenet, V, LA, OA, OB, MC; qui illas tenet, OC. [43] cuius, MG, CM. [44] Om., CM; receperint, OA, LA, MB, MC. [45] de, MG, CM. [46] tenuerint, MG, CM, Y. [47] conveniri, LA, MC.

[1] Om., OB, MA, MB. [2] fuerint, MG, CM. [3] qui, MG, CM, OC, Y, MA. [4] habuerint, MG, CM.

quis ea habuerit. De catallis Iudeorum occisorum, et vadiis et debitis et cartis eorum et quis ea habeat.[5] De falsonariis[6] et retonsoribus denariorum. De moneta et cambio domini regis, scilicet quis fecit monetam et cambium sine domino rege vel iustitiariis suis.[7] De burgatoribus et malefactoribus et eorum receptatoribus tempore pacis. De fugitivis, et si quis redierit post fugam sine waranto domini regis. De utlagatis et eorum catallis, quis ea habet,[8] et si qui utlagati[9] redierint sine waranto. De his per quorum terras utlagati[10] vel burgatores[11] transierunt, qui non fecerunt sectam post[12] eos sicut facere[13] debuerunt. De mercatis[14] remotis ab uno die in alium sine licentia domini regis, nisi de die dominica, et si quod[15] mercatum de novo levatum fuerit sine præcepto domini regis. De novis consuetudinibus levatis, sive in terra sive in aqua,[16] quis eas[17] levavit et[18] ubi.[19] De mercede capta pro blado et aliis catallis dimittendis ne caperentur ad castella,[20] et similiter de prisis factis per vicecomitem, constabularium,[21] vel[22] alios ballivos contra voluntatem eorum quorum catalla illa[23] fuerunt. De defaltis, scilicet de his qui summoniti fuerunt ad esse hic coram iustitiariis et non sunt, et qui non venerunt primo die.[24] De gaolis deliberatis[25] sine waranto domini regis, et similiter de illis qui tenuerunt placita[26] de probatoribus sine waranto. De evasione latronum. De wrecco maris. De malefactoribus in parcis et vivariis, qui[27] illi sint,[28] et eodem modo de columbariis[29] et qui columbas capiunt revertentes ad columbaria. De rapinis et prisis factis extraneis, per quos hoc factum fuerit, et quando et ubi et in cuius potestate. De illis qui non permittunt ballivos domini regis intrare in[30] terras suas ad summonitiones et attachiamenta vel districtiones faciendas, pro debitis domini regis vel pro placitis et aliis rebus sine speciali libertate. De ballivis qui ceperunt dona vel denarios pro recognitoribus removendis[31] de iuratis et assisis, et similiter de vicecomitibus et ballivis qui ceperunt redemptionem de valletis integrum feodum militis tenentibus, vel viginti libratas terræ habentibus, ne milites fierent ad mandatum domini regis, cum vicecomites et alii ballivi præceptum domini regis inde haberent speciale de talibus plenæ ætatis existentibus milites faciendi.[32] De vicecomitibus et

[5] habet, MA; habeant, MC, LA; habuerit, CE; habuit, Y. [6] felonariis, LA, (MG), CM. [7] eius, OB, MA, MB, Y. [8] habuit, MA; habeat, V. [9] utlagi, OA, LA, OC. [10-11] utlagati vel raptores vel legatores, OB, MA, MB (burgatores). [12-14] Om., OB, MA, MB. [13] Om., MG, CM, OC. [15] quid, OB, MA, MB, Y (corr. quod). [16] aqua et, MG, CM. [17] ea, LA, MC. [18-19] Om., OB, MA, MB, MG, CM. [20] castella et huiusmodi, V, MG, CM. [21] constabular., MSS. var. [22] ct, OB, MA, MB. [23] Om., OB, MA, MB. [24] Om., OB, CE, Y. [25] liberandis, MG, CM; deliberand., MA, MB. [26] placitum, OC, MG, CM. [27-29] Om., OB, MA, MB. [28] sunt, V, MG, CM. [30] ad, LA, MC. [31] amovendis, V, LA, MC, MG, OA (corr.); amovendi, OC. [32] existendi, OB, MB, CE, Y, MA (emdi.); faciendis, V.

aliis ballivis qui placita[33] coronæ et namii vetiti placitant et terminant in comitatibus et hundredis, vel per sacramentum vel alio modo, cum nullam inde habeant potestatem sine speciali mandato domini regis et per breve suum, nisi tantum vicecomes qui est in hoc iustitiarius domini regis super iniusta captione et detentione. De excessibus vicecomitum et aliorum ballivorum, si[34] aliquam litem suscitaverint[35] occasione habendi terras vel custodias vel perquirendi denarios vel alios profectus,[36] vel per[37] quod iustitia et veritas occultetur vel dilationem[38] capiat.[39] De vicecomitibus et aliis ballivis ambidextris qui capiunt ex utraque parte. De thuthingis,[40] hundredis,[41] sive wapentakiis,[42] et aliis ballivis domini regis positis ad firmam tempore prædictorum vicecomitum. De prisis domini regis in terra, sive in aqua dulci vel salsa, et libertatibus spectantibus ad castella sua, sive[43] ad comitatum sive ad burgos suos sive ad alia quæcumque loca, quæ sunt[44] et quan-
f. 117b] tum valeant per annum, et quis ea occupaverit vel celaverit et[45] detinuerit. De vicecomitibus et aliis ballivis qui ceperunt denarios ab illis qui rettati fuerunt de morte hominis, ut dimitteret[46] eos per plevinam cum non essent replegiandi sine speciali præcepto domini regis. De vicecomitibus et aliis ballivis qui imprisonaverunt illos qui rettati fuerunt de latrocinio per indictamenta vel appellum probatoris, et illos in[47] prisona[48] detinuerunt[49] quousque haberent de illis redemptionem, cum possent et deberent per legem terræ replegiari sine aliqua redemptione, vel si a talibus redemptionem ceperunt[50] ne imprisonarentur. De vicecomitibus et aliis ballivis qui bis vel pluries denarios ceperunt[51] ab aliquo, ac si pluries esset amerciatus cum amerciatus non[52] esset nisi semel. De vicecomitibus et aliis[53] ballivis qui distrinxerunt plures unum nomen habentes pro pluribus americiamentis, ubi non fuit amerciatus nisi unum tantum. De vicecomitibus et aliis ballivis qui distrinxerunt aliquem ad pacandum[54] plus quam id ad quod fuit amerciatus per summonitionem scaccarii. De ballivis qui faciunt cervisias suas quas quandoque vocant Scotale,[55] quandoque Filastale,[56] ut pecuniam extorqueant ab eis qui sequuntur hundreda sua et ballivas suas,[57] et de illis similiter[58] qui licet cervisiam non faciunt,[59] blada tamen colligunt in autumno, agnos et alia, prætextu ballivæ suæ, per quod pauperes gravant

[33] placitum, OA, OC, MG, CM. [34] qui, CE, Y, MC. [35] sustentaverint, OB, MB, Y. [36-37] perfectus per, OB; profectus per, CE, Y, MB, MC; proficumus per, MA. [38-39] dilatio capiatur, MG, CM. [40] tuthingys, thitringis, threynogis, MSS. var. [41-42] Om., OB, MA, MB, Y, CE; hundr. vel wap., LA, MC. [43] Om., MG, CM. [44] sint, MG, CM. [45] vel, V, MG, CM, OB, MA, MB. [46] dimitterent, V, CE, MA. [47] qui in, MG, CM. [48] prisonam, LA, MC. [49] detinuerint, OB, MA, Y. [50] ceperint, OB, MA, MB, CE, Y. [51] ceperint, MA, CM; receperint, Y; receperunt, MB. [52] Om., LA, MB. [53] Om., MG, CM. [54] placitandum, CM, MG. [55] Scotale, Scothale, Scottale, Scottales, Scochale, MSS. [56] Filastale, Filsthale, Filetale, Filethale, Filezale, Yildhale, Ildale, MSS. [57] Om., OB, MA, MB. [58] Om., MG, CM. [59] faciant, V, MA, Y.

et molestant. De catallis extraneorum de potestate regis Franciæ existentium dum rex fuit in Wasconia, quo devenerunt etcetera. De denariis captis pro[60] defaltis[61] per ballivos[62] de his qui non venerunt ad summonitionem vicecomitis, quis eos[63] ceperit et quantum. De his qui levaverunt warennam sine sufficienti waranto. De his qui manuceperunt habendi aliquem coram iustitiariis in adventu ipsorum, et non habuerunt eum[64] primo die. De his qui traxerunt[65] brevia et alteri parti vendiderunt, per quod dominus rex amisit id quod ad ipsum inde pertinebat. De thesauris inventis.

Breve de generali summonitione ad itinerandum apud Shipweye in comitatu Cantiæ infra libertatem quinque portuum.

REX dilectis et fidelibus suis ballivis de Hastinges salutem. Præcipimus vobis quod omni occasione postposita sitis apud Shipweye[66] ad talem diem coram dilectis et fidelibus nostris talibus, et illuc tunc venire faciatis viginti quatuor de legalioribus et discretioribus baronibus de Hastinges et alios, sicut venire solent et debent, ad placitum de Shipweye, ad respondendum coram præfatis iustitiariis nostris de capitulis subscriptis. De veteribus placitis coronæ quæ alias fuerunt coram iustitiariis[67] apud Shipweye et non f. 118] fuerunt terminata. De novis placitis coronæ quæ infra libertatem vestram emerserunt tempore pacis, postquam iustitiarii ultimo itineraverunt apud Shipweye. De his qui fuerunt in misericordia etcetera. De ecclesiis etcetera. De assisis pannorum etcetera. De eschætis etcetera. De illis qui robbaverunt in terris vel[1] aqua post pacem clamatam. De[2] purpresturis[3] etcetera. De mensuris etcetera. De vinis venditis etcetera. De thesauro etcetera. De[4] catallis Francorum etcetera.[5] De falsonariis etcetera. De burgatoribus etcetera. De mercatis etcetera. De[6] cambio etcetera.[7] De fugitivis etcetera. De mercede etcetera. De novis consuetudinibus etcetera. De defaltis etcetera. De gaolis etcetera. De rapinis etcetera. De navibus captis in guerra et traditis per Willelmum de Wroteham,[8] cui tradebantur et quis illas habeat[9] vel quid de illis actum sit. De illis qui vendiderunt naves vel mæremium ad naves faciendas inimicis patris domini[10] regis[11] et suis contra prohibitionem patris ipsius domini regis. Faciatis etiam venire coram eisdem iustitiariis nostris ad præfatum terminum, omnia placita et omnia attachiamenta quæ venire et terminari debent et solent coram iustitiariis placita tenentibus apud Shipweye. Teste etcetera. Eodem modo et per

[60-61] per defaltam, MG, CM. [62] ballivos et, OB, MA, MB. [63] eorum, OB, MA, MB, Y, MC, CE. [64] Om., OB, MA, MB, MG, CM. [65] retraxerunt, V, Y. [66] Skipweye, Schipweye, Schippeweye, Scippeweye, Schyppeweye, Schepwaye, Skipweye, MSS. [67] iustitiariis nostris, MG, CM, OC.

[1] vel in, V, OC, OB. [2-3] Om., MG, CM. [4-5] Om., MG, CM. [6-7] Om., OA. [8] Wroham, Rocham, Wrocham, MSS. var. [9] tradidit, MG, CM. [10-11] Om., MG, CM.

eadem verba scribatur ballivis de Romenal,[12] ballivis de Heya, ballivis de Dovre,[13] et ballivis de Sandewyz,[14] ita quod quilibet istorum[15] portuum[16] habeat litteras[17] per se in prædicta forma. Et quoniam[18] sæpius contentio est inter homines prædictorum portuum, et homines de Gernemue[19] et de Donewyz,[20] fiat breve vicecomiti Norfolciæ et Suffolciæ in hac forma.

Breve vicecomiti Norfolciæ et Suffolciæ quod scire faciat hominibus de Gernemue et Donewyz.

REX vicecomiti Norfolciæ et Suffolciæ salutem. Scias[21] quod summoneri[22] fecimus ad talem diem apud Shipweye omnia placita de quinque portubus sicut teneri debent et solent coram iustitiariis apud Shipweye. Et ideo tibi præcipimus quod hoc scire[23] facias hominibus de Gernemue et ballivis de Donewyz, ita quod si aliquis conqueri voluerit de aliquo qui sit de libertate vel infra libertatem quinque portuum, tunc sit apud Shipweye coram præfatis iustitiariis nostris querelam suam propositurus et iustitiam inde recepturus. Teste etcetera.

De crimine læsæ maiestatis.

CUM sint quædam crimina capitalia quæ corporalem pœnam inducunt, quandoque ultimum supplicum, quandoque membrorum truncationem, secundum quod fuerint[24] maiora vel minora, et quorum quædam sunt pub-
f. 118b] lica et quædam privata, et publicorum quædam maiorem[25] pœnam inferunt propter personam contra quam præsumitur, sicut est crimen læsæ maiestatis, ut si contra personam ipsius regis sit præsumptum, quod quidem crimen omnia alia crimina excedit quoad pœnam, ideo primo dicendum est[26] de hoc crimine læsæ maiestatis. Habet enim crimen læsæ maiestatis sub se multas species, quarum una est ut si quis ausu temerario machinatus sit in mortem regis, vel aliquid egerit vel agi[27] procuraverit ad seditionem[28] domini regis vel exercitus sui, vel procurantibus auxilium et[29] consilium præbuerit vel consensum, licet id quod in voluntate habuerit[30] non perduxerit[31] ad effectum. Ad accusationem vero huius[32] criminis admittitur quilibet de populo, liber homo et servus et minor infra ætatem constitutus,

[12] Romenale, Remenale, Romevale, Romevallis, MSS. [13] Dovere, Dowere, Daure, MSS. [14] Sandewiche, Sandwiche, Saundwiz, Sandwic, MSS. [15] ipsorum, OC; eorum, V, OA, CE. [15-16] istarum partium, CM. [17] Om., OB, MA, MB, CE, Y. [18] quia, MG, CM; quam, OC. [19] Gernemuewe, Goriewe, Jernemwe, Jernemue, MSS. var. [20] Dunwyche, Dunewyz, Sandewico, Sandewyz, Audewyche, MSS. var. [21] sciatis, V, OB, MA, MB, Y. [22] summonitionem, OC, CE. [23] sciri, V, MA; scire, OA, LA, CE, OB, Y, OC, MC, MG, CM. [24] fuerunt, MA, MG. [25] maiorem habent, MG, CM. [26] Om., LA, Y, OC, MG, CM, CE, MC. [27] egi, OB, MA, MB. [28] seductionem, MG, CM. [29] vel, MG, CM; om., OA, LA, OB, MA, MB, CE, Y, OC. [30] habuit, OA, OC; haberent, MA. [31] perduxit, OC, MG; produxerit, OA, OB, MB, CE; produxit, MA. [32] huiusmodi, MSS. var.

dum tamen accusatus attachietur usque ad ætatem accusantis. Et hoc dico dum tamen sit ille qui accusat integræ famæ et non criminosus, quia criminosi ab omni accusatione repelluntur, ut si accusans[33] fuerit latro cognoscens vel utlagatus, vel aliquo genere feloniæ convictus vel convicendus. Nec etiam admittuntur ad accusationem in crimine læsæ maiestatis aliquo casu conspiratores[34] vel crimini consentientes, et in hoc casu[35] pertinet actio tota ad accusantem et ad ipsum regem. Continet etiam sub se crimen læsæ maiestatis crimen falsi, quod quidem multiplex est, ut si quis falsaverit sigillum domini regis vel monetam reprobam fabricaverit, et huiusmodi, secundum quod inferius dicetur. Si sit aliquis qui alium noverit esse inde culpabilem vel in aliquo criminosum, statim et sine aliquo intervallo accedere debet ad[36] ipsum regem[37] si possit, vel mittere si venire non possit,[38] vel[39] ad aliquem regis familiarem, et omnia ei manifestare per ordinem. Non enim debet morari in uno loco per duas noctes vel dies antequam personam regis videat, nec debet ad aliqua negotia quamvis urgentissima se convertere, quia[40] vix permittitur ei quod retro aspiciat. Quod autem si ad[41] tempus dissimulaverit et subticuerit,[42] quasi consentiens et assentiens, erit seductor domini regis manifestus, sive accusatus proprius fuit[43] homo vel alienus. Et si post intervallum accusare velit, non erit[44] de iure audiendus nisi docere possit se fuisse iustis rationibus impeditum. Si quis autem de hoc crimine fuerit diffamatus,[45] tunc videndum erit utrum appareat accusator vel non. Si autem nullus appareat nisi sola fama, quæ tamen[46] apud bonos et graves oriatur, hic salvo attachiabitur per salvos et securos plegios, vel si plegios non habuerit, per carceris inclusionem, donec de crimine sibi imposito veritas inquiratur. Et si condemnandus fuerit, ultimum sustinebit supplicium cum pœnæ aggravatione corporalis et omnium bonorum amissione, et heredum suorum perpetua[47] exheredatione, ita[48] quod nec ad hereditatem paternam nec[49] maternam admittuntur.[50] Est enim tam grave crimen[51] istud quod vix permittitur heredibus quod vivant. Et si aliquando forte[52] ad successionem admittantur tales, hoc magis erit de gratia quam de iure. Si autem appareat accusator, tunc primo capiatur ab eo securitas de prosequendo, et si plegios non habuerit, sufficit pro securitate sola fidei datio, et hoc ideo quia si ad plegios inveniendos districte
f. 119] teneretur, alii se abstinerent a consimili accusatione. Facta igitur securitate de prosequendo ut prædictum est, statim capiatur accusatus et

[33] accusatus, MA, MB, Y. [34-35] Om., MG, CM. [36-37] Om., OC, MG, CM. [38] poterit, MG, CM. [39] Om., OB, MA, MB, Y. [40] quia enim, OC, MG, CM. [41] Om., LA, CE, OB, MA, MB. [42] substituerit, OB, MA, CE, MG, CM, OC. [43] fuerit, V, Y, LA, MA, MC. [44] est, MC, LA. [45] defamatus, MG, OC, CM; accusatus, LA, MC. [46] tantum, V; cum, MA, CM, MG; tum, OC. [47] Om., OB, MA, MB, MG, CM, OC. [48-50] Om., MG, CM. [49] vel, V, CE; nec ad, OB. [51] Om., OB, MA, MB. [52] Om., CE, Y.

carcerali custodiæ mancipetur, nec erit per plegios dimittendus,[1] neque[2] per ballivum sine speciali præcepto domini regis, non magis quam de homicidio perpetrato, et si libere et sine districtione venire voluerit et libere respondere, libere debet recedere nisi iudicium eum[3] incumberet. Utroque autem apparente, tam accusante quam accusato, proponat[4] accusans[5] appellum suum in hunc modum, scilicet dicere debet se interfuisse et vidisse certo loco, certo die, certa hora, et scivisse ipsum accusatum[6] prolocutum[7] fuisse mortem regis vel seditionem suam vel exercitus sui, vel consensisse, vel consilium vel auxilium impendisse, vel ad hoc auctoritatem præstitisse,[8] et hoc eo iuxta considerationem curiæ disrationare parato. Accusato etiam[9] e contra per[10] ordinem[11] negante solet appellum illud[12] per duellum terminari, nec erit locus concordiæ nisi hoc sit de voluntate ipsius regis.[13] Poterit tamen accusatus ad appellum respondere et illud declinare antequam duellum vadietur. Dicere enim poterit appellatus cum[14] feloniam defenderit et seditionem domini regis et totum quidquid ei imponitur, et petere sibi allocari quod appellans est latro cognoscens et latro captus et imprisonatus pro latrocinio, et quod fregit prisonam et a prisona evasit, vel quod utlagatus fuit, ita quod nihil restat de eo iudicandum nisi tantum executio iudicii. Item petere poterit sibi allocari quod cum dicat appellans quod alii plures fuerunt cum eo ubi prolocutio[15] facta fuit,[16] quod ipsi numquam simul fuerunt aliquo tempore de[17] die neque[18] de nocte.[19] Item petere poterit sibi allocari quod cum idem appellans post diem quo prolocutio[20] illa fieri debuit et seditio, ductus esset alias coram iustitiariis pro alia transgressione, nihil locutus fuit[21] de tali seditione domini regis. Item petere poterit sibi allocari quod ex quo appellans[22] talem scivit seditionem esse prolocutam,[23] statim et sine mora non[24] accessit ad regem ut hoc ei ostenderet, sed hoc per tantum tempus subticuit,[25] quod interim posset domino regi si ita esset periculum imminere. Et unde in appello suo audiri non deberet, sicut inimicus et traditor domini regis et consentiens feloniæ. Item petere poterit sibi allocari quod cum hoc fieri deberet tali tempore, et appellans esset[26] sæpius in[27] curia domini regis et cum rege sæpius loqueretur, vel loqui posset si vellet, de hoc nihil ei ostendit. Item petere poterit sibi allocari

[1] Om., OB, MA, MB. [2] nec, V, MG, CM, OC. [3] ei, V, OC. [4] proponit, MG, CM. [5] accusatus, OA, MB. [6] appellatum, LA, Y. [7] prælocutum, V, LA, Y. [8] præstasse, OB, MA, MB, CE, Y (corr.). [9] enim, OA; et, CE, OB. [10-11] Om., MG, CM. [12] istud, V, OA, OC. [13] domini regis, MG, CM. [14] qui, MG, CM, OC. [15] prælocutio illa, V. [15-16] prælocutio facta fuerit, LA, Y, MC. [17] neque de, MG, CM, OC. [18-19] vel de nocte vel aliquo alio tempore, V. [19] nocte aliquo tempore, OB, MB, CE, MG, CM, OC. [20] prælocutio, LA, Y, MC. [21] fuerit, MG, CM. [22] appellatus, OA, LA, OC, OB, MA, MB, MC. [23] prælocutam, OA, LA, OC, Y, MC, MG, CM. [24] Om., MG, CM. [25] substituit, MG, CM. [26] Om., MG, CM; esse, OC. [26-27] esse in, OB, MA; esset in, MB.

quod cum ipse appellatus veniret coram ipso appellante et staret inter plures, ipsum[28] non cognovit nec scivit ipsum ab aliis discernere. Poterit etiam plura alia petere sibi allocari, de die et hora et variatione, et aliis pluribus, secundum quod inferius dicetur de appellis. Ad exceptiones istas oportet quod appellans respondeat ad singulos articulos per ordinem, ut sic remaneat appellum ad iudicium. Et tunc videndum quis possit et debeat iudicare. Et sciendum quod non ipse rex, quia sic esset in querela propria actor et iudex in iudicio vitæ et membrorum et exheredationis, quod quidem non esset si querela esset aliorum. Item iustitiarius non, cum in iudi-
f. 119b] ciis personam domini regis cuius vices gerit repræsentet. Quis ergo iudicabit? Videtur[29] sine præiudicio melioris sententiæ quod curia et pares iudicabunt, ne maleficia remaneant impunita, et maxime ubi periculum fuerit vitæ et membrorum vel exheredationis, cum ipse rex pars actrix esse debeat in iudicio. Sed in hac parte ut videtur erit distinguendum quale sit factum de quo proponitur appellum, utrum scilicet sit[30] ibi felonia vel transgressio, quia quælibet transgressio dici non debet felonia, quamvis e converso. Si autem ibi fuerit felonia, tunc iudicanda sunt verba appelli, ordo et processus, ut sciri possit si inter appellantem et appellatum iungi possit duellum, quia[31] si ad appellum accusantis paratus esset appellatus sine responsione vadiare duellum, præcedere deberet examinatio ut prædictum est. Et si sine examinatione contra iustitiam esset vadiatum, per examinationem posset devadiari. Si autem tale sit factum quod debeat[32] ibi magis transgressio quam felonia denotari remanebit duellum, sed tunc[33] videndum utrum transgressio illa quæ tangit regem gravis fuerit vel levis, sive sibi, sive uxori et[34] pueris. In suis vero poterit rex iniuriari. Si autem levis fuerit transgressio quæ pœnam infligat pecuniariam tantum et levem, bene possunt iustitiarii sine paribus iudicare. Si autem gravis fuerit et proxima exheredationi, quod redemptionem inducat, ibi debent pares iustitiariis associari, ne ipse rex per seipsum vel iustitiarios suos[35] sine paribus actor sit et iudex.

De crimine falsi et suis speciebus.

Est et aliud genus criminis læsæ maiestatis quod inter graviora numeratur, quia ultimum inducit supplicium et mortis occasionem, scilicet crimen falsi, in quadam sui specie, et quod tangit coronam domini[36] regis, ut si aliquis accusatus fuerit vel convictus quod sigillum domini regis falsaverit, consignando inde cartas et brevia, vel si cartas confecerit et brevia et signa apposuerit adulterina, quo casu si quis inde inveniatur culpabilis vel seisi-

[28] eum, MA, MB, CE; om., OB. [29] videtur quod, OB, MA, MB. [30] Om., OB, MA, MB. [31] quod, MG, CM. [32] Om., OB, MA, MB. [33] Om., OB, MA, MB, CE. [34] sive, MG, CM, OC. [35] Om., MG, CM, OC. [36] ipsius domini, V, MB.

tus, si warantum non[37] habuerit, pro[38] voluntate regis iudicium sustinebit. Et[39] si warantum habuerit[40] et warantizaverit, liberabitur et tenebitur warantus. Si autem cum[41] warantum nominaverit[42] subtraxerit se warantus, exigendus erit et utlagandus. Sed ille qui captus est, non erit propter hoc dimittendus nec liberabitur nisi quod culpabilis non sit posuerit se super patriam, et si forte cum venerit de warantia ei defecerit, bene poterit inter eos ad duellum perveniri. Est et aliud genus criminis quod sub nomine falsi continetur et tangit coronam domini regis, et ultimum inducit supplicium, sicut de illis qui falsam fabricant monetam, et qui de[43] non reproba faciunt reprobam, sicut sunt retonsores denariorum, qui cum sint in seisina[44] sæpius non contingit ipsos liberari per waranti vocationem. Socios autem et coadiutores et ministros habere possunt in hoc opere, quos si appellare voluerint audientur.

De occultatione thesauri.

Est inter cetera gravis præsumptio contra regem et dignitatem et coronam suam, quæ[45] quidem est quasi crimen furti, scilicet occultatio thesauri inventi fraudulosa. Ut si quis accusatus fuerit quod thesaurum invenerit, scilicet argentum vel aurum vel aliud genus metalli, quocumque loco, cum super hoc fuerit apud bonos et graves diffamatus per patriam, statim
f. 120] attachietur quod sit coram iustitiariis in adventu eorum, ubi si negaverit se[1] aliquid invenisse, poterit veritas per patriam declarari, et cum non[2] sit de aliquo seisitus, poterunt[3] tamen contra ipsum[4] esse præsumptiones probabiles, quibus standum erit donec per patriam probetur contrarium. Poterunt autem tales esse præsumptiones, ut si solito ditius se habuerit in vestibus et[5] aliis ornamentis, cibis et potibus et[6] huiusmodi, qui cum super hoc convictus fuerit, erit gaolæ committendus, et postea graviter pro voluntate domini regis redimendus. Et non refert quo loco huiusmodi thesaurus inveniatur secundum tempora moderna, licet aliter hoc antiquitus fuerit observatum. Est autem thesaurus quædam vetus depositio pecuniæ vel alterius metalli cuius non extat[7] modo memoria, ut iam dominum non habeat, et sic fit[8] eius qui invenerit ut non alterius sit. Alioquin si quis aliquid lucri causa vel metus vel custodiæ recondiderit sub terra, non erit thesaurus cuius etiam[9] furtum fit.[10] Thesaurus donum fortunæ creditur, et nemo servorum opera thesaurum quærere debet nec propter thesaurum

[37] Om., OB, MA. [38-40] Om., OB, MA, MB. [39] Om., LA, Y, MC. [41] Om., OB, MA, MB, CE. [42] nominaverit et, OB, MA, MB; nom. qui, CE. [43] de re, V. [44] seisinam, MG, CM. [45] quod, OB, MA, MB.

[1] Om., OB, MA, MB. [2] Om., MA, MB. [3] poterit, V, OC. [4] eum, OB, MA, MB, CE. [5] et in, V, OB, MA. [6] et aliis, LA, Y, MC. [7] existat, MA, CE; extitit, OC. [8] erit, OB, MA, MB; om., LA; de iure naturali fit, V; sit, CE, CM. [9] autem, MC, LA. [10] sit, CE, CM.

terram fodere, sed si alterius rei tunc operam sumebat, et fortuna aliud dedit. Cum igitur thesaurus in nullius bonis sit, et antiquitus de iure naturali esset inventoris, nunc de iure gentium efficitur ipsius[11] domini regis. Et alia quædam quæ in nullius bonis esse dicuntur, sicut wreccum maris, grossus piscis, sicut sturgio et balena, et aliæ res quæ dominum non habent, sicut animalia vagantia quæ nullus sequitur, petit, vel advocat, et quæ sunt domini regis propter suum privilegium, et eorum quibus ipse[12] rex concesserit[13] talem libertatem.[14] Et unde[15] videndum quid dici debeat wreccum.

Quid sit wreccum, et de grosso pisce, scilicet sturgio et balena.

Et sciendum quod wreccum dici poterit quasi[16] derelictum, ut si quid[17] navis levandæ[18] causa a nave proiectum fuerit ab[19] aliquo[20] sine[21] animo retinendi vel repetendi, id[22] proprie dici poterit[23] wreccum, cum res proiecta habita sit pro derelicta, et si habita sit pro derelicta videri poterit per præsumptiones, ut si liber proiectus fuerit, utrum inveniatur clausus vel apertus, cum commode claudi possit et bene, et sic de similibus. Item magis proprie dici poterit wreccum si navis frangatur et de qua nullus vivus evaserit,[24] et maxime si dominus rerum submersus fuerit, et quidquid inde ad terram venerit erit domini regis, nec aliquis alius a domino rege aliquid inde vindicare poterit vel habere, quamvis prope[25] litus maris prædia possederit, nisi de wrecco habendo speciali gaudeat privilegio. Et quod huiusmodi dici debeant[26] wreccum verum est nisi ita sit quod verus dominus aliunde veniens per certa indicia et signa docuerit res esse suas, ut si canis vivus inveniatur et constare possit quod talis sit dominus illius canis,[27] præsumetur ex hoc illum esse dominum illarum rerum. Et eodem modo si certa signa apposita fuerint mercibus et rebus. Et[28] ea quæ dicta sunt locum habent si res in litore maris inveniantur,[29] et illud idem si prope litus vel longius in mare, dum tamen constare possit in veritate quod in litore essent applicandæ. Sed[30] quid si in mari longius a litore inveniantur,[31] ita quod constare non possit ad quam terram vel regionem esset[32] applicandæ?[33] Tunc quidquid ita inventum fuerit erit inventoris, eo quod in nullius
f. 120b] bonis esse dicatur, et dicitur a nautis lagan, et quod ideo occupanti conceditur, quia non est aliquis qui inde privilegium habere possit, rex non magis quam privata persona, propter incertum rei eventum. De sturgione vero[34] ita observatur, quod[35] rex illum habebit integrum propter suum

[11] Om., CE, MA; illius, CM. [12] Om., OB, MA, MB, CE. [13] concessit, OB, MA, MB. [14] libertatem aut privilegium, V. [15] Om., LA, CM. [16] tamquam, LA, Y, MC. [17] quis, OB, MA. [18] alleviandæ, LA, Y. [19-20] Om., OB, MB. [19-21] absque, MA. [22] illud, OB, MA. [23] potest, LA, Y, MC. [24] evasit, OB, MA, MB. [25] Om., CE; ipse, OB; propositus, MA. [26] debeat, OB, MA, MB. [27] Om., OB, MA, MB, CE. [28] Om., OB, MA, MB. [29] inveniatur, OB, MA, MB. [30-33] Om., MA. [31] inveniatur, OB, MB. [32] essent, OB, MB. [34] nec, MG, CM. [35] quia, MG, CM.

privilegium. De balena vero sufficit secundum quosdam si rex inde[36] habuerit[37] caput et regina caudam.

De assisis regni iuratis si non observentur.

Est enim gravis præsumptio contra regem et coronam et dignitatem suam, ut si assisæ statutæ et iuratæ in regno suo ad communem regni sui utilitatem non fuerint observatæ, secundum quod superius videri poterit inter capitula supradicta. Et unde transgressoribus quandoque infligitur pœna corporalis, scilicet pilloralis vel twymboralis cum infamia, secundum regni statuta, et quandoque pœna pecuniaria, et quandoque villæ abiuratio,[38] secundum diversitatem delictorum.

De crimine homicidii et qualiter dividitur.

Est etiam inter alia crimina crimen capitale[39] quod in parte tangit ipsum regem, cuius pax infringitur, et in parte privatam personam, quæ nequiter et contra pacem domini regis occiditur. Et unde imprimis videndum de homicidio, quid sit homicidium, et unde dicatur, quæ eius species, et qua pœna homicidiæ puniantur. Et[40] est homicidium hominis occisio ab homine facta. Si enim a bove, cane, vel alia re, non dicetur proprie homicidium. Est enim dictum homicidium ab homine et cædo, cædis,[41] quasi hominis cædium. Species homicidii sunt plures, nam aliud spirituale, aliud corporale. De spirituali vero ad præsens non est hic[42] dicendum. Sed corporale est quo homo occiditur corporaliter, et hoc dupliciter committitur, lingua vel facto. Lingua tribus modis, scilicet præcepto, consilio, defensione sive[43] tentione.[44] Facto quatuor modis, scilicet iustitia, necessitate, casu et voluntate. Iustitia, ut cum iudex vel minister[45] reum iuste damnatum occidit. Istud autem homicidium si sit ex livore vel delectatione effundendi humanum sanguinem, licet ille iuste occidatur, iste tamen peccat mortaliter propter intentionem corruptam. Si vero hoc fiat ex amore iustitiæ, nec[46] peccat iudex ipsum condemnando ad mortem, et præcipiendo ministro ut occidat eum, nec minister si missus a iudice occidit[47] condemnatum. Et peccat uterque si hoc fecerint iuris ordine non servato.[48] Necessitate, quo casu distinguendum erit utrum necessitas illa fuit evitabilis vel non. Si autem evitabilis et evadere posset absque occisione, tunc erit reus homicidii. Si autem inevitabilis, quia occidit hominem sine odii meditatione in

[36] Om., LA, Y. [37] habeat, MG, OC, CM, MC, LA, Y. [38] abiurationem, OB, MB, Y, MG, CM, OA, OC; ambutionem, MA; *sic*, LA, MC. [39] Om., OB, MA, MB. [40] Om., OB, MA, MB, Y. [41] dis, OC, MB, MG, CM, LA, Y. [42] Om., V, CE, CM, OB, MA, MB. [43] vel, OB, MA, MB. [44] tentione, OA, OB, OC, MG, CM, Y (corr. con-), LA; contentione, CE, MC; intentione, MA; in contentione, MB; tuitione, V. [45] iustitiarius vel minister, V; iustitiarius reum, OB, MA, MB. [46] non, V, MG, CM. [47] occidat, V, CE, MB, MC. [48] observato, LA, Y, MC.

motu dolore animi, se et sua liberando[49] cum aliter evadere non posset, non[50] tenetur ad pœnam homicidii. Casu, sicut per infortunium, cum aliquis proicit lapidem[51] ad avem vel animal[52] et alius transiens ex insperato percutitur[53] et moritur, vel si quis arborem inciderit, et per casum arboris aliquis opprimatur, et huiusmodi. Sed hic erit distinguendum utrum quis dederit operam rei licitæ vel illicitæ. Si illicitæ, ut si lapidem proiciebat quis[54] versus locum per quem consueverunt homines transitum facere, vel dum insequitur quis equum vel bovem, et aliquis a bove vel equo percussus fuerit, et f. 121] huiusmodi, hic imputatur ei. Si vero licitæ rei operam dabat, ut si magister causa disciplinæ discipulum verberat, vel si cum quis deponebat fœnum de curru, vel arborem incidebat, et huiusmodi, hic[1] si adhibuit diligentiam quam potuit, scilicet respiciendo[2] et proclamando, sed non nimis[3] tarde vel dimisse,[4] sed[5] tempore congruo et alte,[6] et ita quod si[7] aliquis[8] ibi erat vel illuc veniebat posset aufugere[9] et[10] sibi præcavere, vel magister non excedendo modum in verberando discipulum, non imputatur ei. Sed[11] si dabat operam rei licitæ et non adhibuit diligentiam debitam,[12] imputabitur ei.[13] Voluntate, ut si quis ex certa scientia et in assultu præmeditato,[14] ira[15] vel odio vel causa lucri, nequiter et in felonia et[16] contra pacem domini regis aliquem interfecerit. Et fit aliquando huiusmodi homicidium pluribus astantibus et videntibus, aliquando vero clanculo[17] et nemine[18] vidente, ita quod sciri non possit quis sit occisor, et huiusmodi homicidium dici poterit murdrum, secundum quod inferius dicetur. Pœna vero homicidii duplex,[19] spiritualis videlicet et corporalis. Spiritualis tollitur per pænitentiam.[20] Et occidit quis alium dupliciter, quandoque lingua, quandoque facto. Lingua, ut si quis dissuadet et sic dissuadendo retrahit aliquem a bono proposito volentem alium liberare a morte, et sic quodam modo indirecte facit quis homicidium. Pœna vero homicidii commissi facto variatur. Pro homicidio vero iustitiæ iusta et recta intentione facto, non est aliqua pœna infligenda. Si sit aliquis qui mulierem prægnantem percusserit vel ei venenum dederit, per quod fecerit abortivum, si puerperium iam formatum vel animatum fuerit, et maxime si[21] animatum, facit homicidium. Possunt etiam esse plures culpabiles de homicidio sicut unus, ut[22] si plures rixati fuerint inter

[49] deliberando, LA, Y, MC. [50] nec, MG, CM. [51] Om., OB, MA. [52] aliud animal, LA, Y, MC; aliter, MG, CM, OC. [53] concutitur, MG, CM. [54] Om., LA.

[1] hoc, MG, CM; licet, OC. [2] recipiendo, OA, OB, OC, MA, MB, MG, CM, LA. [3] nihil, MG, CM. [4] remisse, LA, Y, MC. [5] si, MG, CM, OC. [6] alto, CE, OC, MG; alito, CM. [7-8] aliquid, OB, MA, MB; si aliquid, CE. [9] effugere, LA, Y, MC; aut fugere, OA, CE, CM, OB, MA; aut fugeret, MB. [10] aut, OB, MA, MB. [11-13] Om., OB, MA, MB, CE, Y. [12] Om., MG, CM, OC. [14] meditato, MG, CM; præmeditatur, OC. [15] Om., OB, MA, MB. [16] Om., OB, MA, MB. [17-18] clam nemine, LA, Y; clamdestino et nemine, MG, OC, CM (c-tine). [19] duplex est, V, Y, MB. [20] patientiam et pœnitentiam, V; inpotentiam, OB, MA, MB; smam., LA. [21] Om., OB, MA, MB, CE. [22] Om., OB, MA, MB, CE.

se in aliquo conflictu, et aliquis sit interfectus inter tales, nec[23] appareat a quo nec ex cuius vulnere, omnes dici poterunt homicidæ, et illi qui percusserunt et qui[24] tenuerunt malo animo dum percussus fuit.[25] Item et illi qui voluntate occidendi venerunt licet non percusserunt. Item et illi qui nec[26] occiderunt nec[27] voluntatem occidendi habuerunt, sed venerunt ut præstarent consilium et auxilium occisoribus, quamvis aliquando eorum violentia repellatur. Item non solum tenetur ille qui percutit et occidit, verum etiam ille qui præcipit percutere et occidere, quia[28] cum non sint immunes a culpa, immunes esse non debent a poena. Nec etiam ille qui cum posset[29] hominem a morte liberare non[30] liberavit. Item fit homicidium in bello, et tunc videndum utrum bellum sit iustum vel iniustum. Si autem iniustum tenebitur occisor. Si autem iustum, sicut pro defensione patriæ, non tenebitur nisi hoc fecerit corrupta intentione.[31]

De officio coronatorum.

CUM autem contingat homicidium fieri quandoque in domibus, quandoque in villa vel vicis, quandoque in campis extra villam et in nemoribus, et ad f. 121b] coronatores pertineat de[32] huiusmodi occisis, cum de[33] interfectore[34] quis ille fuerit nesciatur, diligentem facere inquisitionem, ideo bonum est videre quale sit eorum officium in[35] hac parte. Est igitur[36] eorum officium, quod quam cito habuerint mandatum a ballivo[37] domini regis vel a probis hominibus patriæ illius, accedere debent ad occisos sive ad vulneratos, sive ad submersos vel subito mortuos, et ad domorum fractiones et ad locum ubi dicitur thesauri fuisse inventum. Et hoc facere debent statim et sine mora aliqua, et in adventu ipsorum[38] versus partes illas mandare debent quatuor vel quinque vel sex[39] villis vicinis quod statim veniant coram eis,[40] et per eorum sacramentum faciant inquisitionem de homine occiso, cum a coronatoribus fuerint requisiti.[41]

De inquisitionibus ubi occisus fuerit.

IMPRIMIS scilicet ubi mortuus occisus fuerit, in domo vel in campo. Item si ad luctam vel ad tabernam vel[42] aliam congregationem, et ubicumque inventus fuerit mortuus, tunc diligenter erit inquirendum qui tunc interfuerunt, sive masculus sive femina, maior vel minor, et qui illorum de facto fuerunt[43] culpabiles, et qui de forcia, consilio vel præcepto, et[44] qui fuerunt in causa aliqua[45] illius facti.[46] Et facta inquisitione diligenti, quotquot per

[23] non, MG, CM. [24] Om., OB, MA, MB. [25] fuerit, V, MG, CE, OB, MA, MB. [26] non, MG, CM, OB, MA, MB; om., CE. [27] non, OB, MA. [28] et quia, OB, MA, MB. [29] possit, MG, OC. [30] et non, OB, MA, MB, MC, CE, OC, Y (+ et). [31] voluntate et intentione, V; voluntate, OB, MA, MB. [32] et, OB, MA, MB. [33-34] interfectione, OB, MA, MB. [35] Om., MG, CM. [36] enim, OB, MA, MB, CE. [37] ballivis, OB, MA, MB, CE, CM. [38] eorum, OA, OC. [39] sex de, CE, MA. [40] ipsis, V, MB. [41] inquisiti, OC, MG; (— fu. req., CM). [42] vel ad, MA, MG, CM, OC. [43] fuerint, MA, MG, CE, CM, LA, Y, MC. [44] vel, OA, OB, MA, MB, LA, MC. [45] alia, OB, MA. [46] Om., OB, MA, MB (— et).

inquisitionem inventi fuerint[47] culpabiles aliquo prædictorum modorum, si præsentes fuerint vel alicubi[48] inveniri possint,[49] statim et sine mora capiantur et vicecomiti liberentur[50] et in gaolam detrudantur. Quotquot etiam[51] inventi fuerint per inquisitionem in domibus vel[52] ubi mortuus fuerit interfectus, licet culpabiles non fuerint, attachiandi tamen sunt usque ad[53] adventum iustitiariorum, et nomina plegiorum irrotulentur in rotulis coronatorum.

De attachiendo culpabiles.

NEC sunt[54] illi qui culpabiles inveniuntur per plegios dimittendi sine speciali præcepto domini regis, facta prius inquisitione utrum appellati sint[55] odio vel atya vel per verum appellum. Et breve de tali inquisitione facienda gratis debet concedi, secundum quod videri poterit in carta de libertatibus. Et non erit de aliquibus inquisitio facienda nisi tantummodo de illis qui fuerunt[56] in prisona.

Si in campis vel boscis.

SI autem[57] in campis vel in boscis inveniatur occisus, imprimis attachientur inventores, sive masculi fuerint sive feminæ, cuiuscumque fuerint ætatis, et sive mortuus occisus fuerit ibi vel alibi ubicumque. Et si ibi occisus non fuerit secundum quod perpendi poterit per præsumptiones, et multotiens per sanguinis effusionem si plagas habuerit, statim et recenter investiganda[58] sunt vestigia malefactorum, et sequenda per ductum carettæ, passus equorum, et vestigia hominum, vel[59] alio modo, secundum quod consultius et melius fieri possit.

Si notus vel ignotus.

INQUIRATUR etiam utrum mortuus ille notus fuerit vel ignotus, et ubi nocte illa hospitatus, et secundum quod inquisitum fuerit attachientur hospites et hospitæ et tota familia in domo inventa ubi fuerit hospitatus.

Si occisor fugerit.

SI autem sit aliquis qui fugerit pro huiusmodi occisis, et de quo habeatur aliqua suspicio quod culpabilis extiterit, statim accedant coronatores ad domus ipsius et diligenter inquirant quæ catalla habuerit et quæ blada in[60] horreo,[61] si villanus fuerit, et si liber homo, quam terram liberam habuerit et quid[62] valeat, sive[63] bladum habuerit in terra sive non. Et cum ita inquisiverint, appretiari faciant blada et catalla sicut statim vendi possent,[64] et terram liberam quantum[65] valeat per annum, et liberent ea toti[66] villatæ ad respondendum de pretio coram iustitiariis, salvo tamen servitio dominorum

[47] fuerunt, V, OC, MA. [48] alibi, OB, MA, MB. [49] possent, V, OC, CM; poterint, Y. [50] deliberentur, V, MG. [51] Om., MA; autem, V, CE. [52] illis, V, LA, MG, CM, OC, MC. [53] Om., OB, MB. [54] etiam, MG, CM. [55] sunt, MA, CE, MC. [56] fuerint, OA, CE, MG, CM. [57] Om., OB, MA, MB. [58] in investiganda, OB. [59] et, V, CM. [60-61] Om., OB. [62-63] quidquid valeat si, MG, CM. [64] possunt, V, MA, MB. [65] quid, MG, CM. [66] totæ, V, MA.

feodi. Et istis omnibus sic inquisitis, sepeliantur corpora occisorum, quæ f. 122] si ante talem inquisitionem factam et visum coronatorum sepulta fuerint, tota villata in misericordia remanebit.

De submersis.

Si autem[1] de submersis et subito mortuis vel oppressis vel per infortunium vel alio modo extinctis fieri debeat[2] inquisitio, simili modo et[3] inquirendum qui præsentes fuerint, quando tales submersi fuerunt,[4] oppressi vel subito mortui. Et tunc videantur corpora defunctorum nuda et aperta qualitercumque fuerint mortui,[5] ut sciri possit[6] utrum ibi sit felonia vel infortunium, secundum quod perpendi poterit[7] per signa exteriora, ut si inveniantur plagæ apertæ[8] vel brussuræ per ictus orbos, vel si iugulati fuerint, quod[9] perpendi poterit per signum impressionis funiculi collum constringentis, vel per aliquam[10] læsionem in corpore inventam, et secundum hoc procedere debent coronatores ad inquisitionem[11] in forma supradicta,[12] et facere attachiamenta de corporibus et rebus secundum quod malefactores inventi fuerint vel non inventi. Et si nulla inveniatur felonia, sed[13] quod subito mortui sint[14] vel per infortunium, tunc attachiare debent inventorem usque ad adventum iustitiariorum, et similiter omnes illos qui in societate fuerunt[15] ubi tale accidit infortunium. <Item[16] batelli de quibus tales submersi fuerint appretientur, et alia quæ sunt causa mortis alicuius, et sunt deodanda pro rege, ut[17] si submersus fuerit quis in aqua dulci et non in mari, ubi[18] nec navis nec mæremium,[19] si navis fracta fuerit, erit deodanda, quia omnia ista erunt dominorum si vivant,[20] sicut eorum catalla. Nec sunt deodanda ex infortunio in mari nec wreccum, nec etiam murdrum de occisis vel submersis in mari.>

De thesauris.

Item de officio eorum si thesaurus dicatur inveniri, et de attachiamentis inde faciendis. Imprimis inde[21] inquirere debent ab eis qui inde rettati sunt, et si aliquis inventus sit inde seisitus, vel si præsumptio faciat contra aliquem quod thesaurum invenerit, eo quod quis abundantius se[22] habuerit in victu et ditius in vestitu, ut[23] supra. Et si aliquis talis inveniatur, attachiari debet per quatuor[24] vel sex[25] vel plures si possint inveniri.

Si raptus virginum.

Est etiam eorum officium in raptu virginum quod si quis[26] ab aliqua de

[1] Om., OB, MA, MB. [2] debet, V, OC. [3] erit, V; est, CE; etiam modo, Y. [4] fuerint, OB, MA, MB, Y. [5] Om., OB, MB, CE. [6] poterit, LA, MC. [7] possit, OB, MA, MB, CE. [8] Om., OB, MA, MB, CE. [9] secundum quod, V, CE. [10] aliam, V, OB, MA, MB, CE. [11] inquisitionem faciendam, MG, CM. [12] prædicta, OB, MA, MB. [13] secundum, OB, MA, MB. [14] sunt, V, CE. [15] fuerint, OC, MA, MG, CM, Y. [16] item et, MG, CM. [17] et, OB, MB, CE, MC, MA; et hoc, Y. [18-19] Om., MG, CM. [20] vivat, MG, CM. [21] Om., V, OA, MA, MG, CM. [22] Om., OB, MA, MB. [23] etcetera ut, MG, CM. [24] quatuor vel per quinque, MG, CM. [25] per sex, OA, MG, CM; per sex plegios, V. [26] aliquis, OC, MG, CM, LA, MA.

raptu fuerit appellatus, et factum recens fuerit, secundum quod multotiens videri poterit per indicia certa, ut si huthesium levatum fuerit et recenter secutum et ruptum vestimentum, et si non ruptum, sanguine tamen intinctum, tunc[27] attachietur appellatus per quatuor vel sex[28] vel plures si tot inveniri possint, sin[29] autem, ad minus per duos quod sit etcetera, ut supra. Si autem factum recens non fuerit nec huthesium recenter levatum nec signa appareant quæ[30] præsumptionem inducant, sufficit si appellatus attachiatur per duos.

De pace et plagis.

f. 122b] Est etiam eorum officium in appello de pace et plagis, ut si quis de pace et plagis fuerit appellatus: imprimis videnda erit plaga, et si plaga mortalis fuerit et appellatus inveniatur, statim capiatur et captus detineatur, donec sciatur utrum vulneratus convalescere possit vel non. Si autem non, et moriatur, appellati retineantur[31] in prisona. Si autem convaluerit, attachietur appellatus per quatuor vel plures, secundum quod plaga fuerit maior vel minor. Si autem ibi[32] fuerit mahemium, tunc per plures, et[33] fiat ibi[34] bona securitas. Si autem plaga simplex fuerit, tunc sufficit si[35] per duos. Et si advena fuerit et ignotus et[36] de longinquo veniens, peregrinus, vel si pro penuria amicorum plegios invenire non possit, eius sit plegius gaola quæ ad custodiendum deputatur et non ad puniendum.

De officio vicecomitis in appello de pace et plagis et de plagis mensurandis.

Cum quis alium appellaverit de pace et plagis, videre debet coronator plagas illas, et illas mensurare cuius sint longitudinis et cuius profunditatis, sive factæ fuerint in capite sive alibi, et quibus armis. Et hæc omnia faciet irrotulari cum testimonio vicecomitis si præsens fuerit in inquisitione facienda, vel saltem in comitatu si appellum factum sit in comitatu.

Si plaga periculosa sit ponantur appellati in prisonam, nec sunt per plegios dimittendi, sed videndum in cuius prisona sint custodiendi, scilicet in prisona illius qui potestatem habet iudicandi tales.

Appellati vero de morte hominis et de pacis et plagis periculosis statim capiantur et in prisonam detrudantur, et ibi custodiantur donec per dominum regem per plegios dimittantur vel per iudicium deliberentur, vel donec de eis petatur curia Christianitatis, si clerici fuerint, cuiuscumque ordinis vel dignitatis fuerint. Appellati vero de forcia salvo attachientur quousque appellati de facto convincantur. Sed videndum in cuius prisona debeant cum capti fuerint remanere, sive capti fuerint[37] pro latrocinio vel[38] morte

[27] Om., OB, MA, MB. [28] quinque, OB, MA, MB. [29] si, OB, MA, MB; (si autem non, V). [30] per quæ, MA, MB. [31] detineatur, LA; detineantur, Y, MC. [32] Om., MG, CM. [33] ut, V, OB, MA, MB. [34] Om., OC, MG, CM. [35] Om., OB, MA, MB, CE, MG, CM, OC. [36] Om., V, LA. [37] sint, OB, MA, MB. [38] sive, V; sive pro, Y; vel pro, LA, MG, MC.

hominis vel pro alia felonia. Et sciendum quod non nisi in prisona ipsius qui tales posset in curia sua iudicare, sicut dominus rex qui potestatem habet iudicandi de vita et membris, vel tollendi vitam vel concedendi. Ut si felo convictus fuerit pro morte hominis vel alia felonia, ultimo puniatur supplicio sicut morte vel membrorum trucatione.

De probatore.

ITEM concedendi vitam vel membra, sicut dicitur de probatore, de quo nullus prisonam habere poterit nec de eo placitum habere nisi ipse[39] dominus rex, cum nullus alius possit ei vitam concedere vel membra. Et hæc vera sunt nisi sit aliquis in regno qui regalem habeat[40] potestatem in omnibus, sicut sunt comites[41] paleys, salvo dominio domino regi sicut principi, vel si[42] sit aliquis qui de concessione domini regis talem habeat libertatem, sicut soke et sake, tol, team, infangenethef et utfangenethef, qui inventus fuerit seisitus de aliquo latrocinio, sicut hondhabbende and[43] bacherende, et unde f. 123] qui tales habent libertates habebunt prisonam suam de talibus, quia possunt tales in curia sua iudicare.

Prisones non debent de terris suis disseisiri sed inde debent sustentari.

PRISONES[1] vero sic imprisonati antequam convicti fuerint de terris suis disseisiri non debent, nec[2] rebus suis quibuscumque spoliari,[3] sed dum fuerint in prisona debent de proprio in omnibus sustentari donec per iudicium deliberati[4] fuerint vel condemnati. Et si forte ante condemnationem in prisona obierint, terra remaneant heredibus et catalla remaneant parentibus et amicis, quamvis manifeste appareat quod tales forent condemnandi si iudicium expectassent, secundum quod dicitur quod si aliquis sub incerto causæ eventu in vinculis vel sub fideiussoribus decesserit, eius bona confiscanda non erunt. Nec cum quis in carcerem ductus fuerit spoliari eum bonis oportebit, sed si[5] post condemnationem. Sed quoniam iniquum est quod innocentes sicut illi qui criminosi sunt[6] diu inclusi detineantur in carcere, ideo ad lacrimosam querelam parentum et amicorum, de gratia domini regis fieri solet inquisitio, utrum huiusmodi imprisonati pro morte hominis culpabiles essent de morte illa vel non, et utrum appellati essent odio vel atya. Et breve de huiusmodi inquisitione nulli debet denegari. Forma[7] brevis talis est.[8]

Breve de inquisitione facienda, utrum appellati sint odio vel atya.

REX vicecomiti salutem. Præcipimus tibi quod per probos[9] et legales homines de comitatu tuo diligenter inquiras utrum A. de N. captus et detentus

[39] Om., OB, MA, MB, CE. [40] habet, CE, MG. [41] cuntes, LA, CE, CM, MC. [42] Om., OB, MA, MB. [43] et, V, OB, MB, CM; ant (aut), MG, CE, OA, OC; *sic*, LA, MC; om., Y.

[1-3] prisones non debent de terris suis disseisiri, non debent de terris suis ubicumque spoliari, MA. [2] nec de, V, CE. [4] liberati, OB, MA, MB. [5] Om., V, Y, OC, CM. [6] non sint, V; non sunt, Y; om., OB. [7-8] Om., OB, MA, MB, CE, OC, CM. [9] bonos, MB, MA.

in prisona nostra de tali loco pro morte B., unde rettatus et appellatus est, rettatus sit vel[10] appellatus de morte illa odio et[11] atya vel eo quod inde culpabilis sit. Et si odio et atya, quo odio et qua atya, vel quis inde culpabilis sit. Et inquisitionem quam inde feceris etcetera.

Si per inquisitionem culpabilis inveniatur.

Et cum vicecomes miserit inquisitionem et per inquisitionem culpabilis inveniatur, non erit ulterius per ballium dimittendus. Si autem dicat inquisitio quod per odium vel per[12] atyam, et[13] contineatur causa in inquisitione quo odio vel qua atya, diligenter erit causa examinanda, cum sint plures vicecomites et ballivi qui non sine causæ cognitione in huiusmodi inquisitionibus prætendunt non causam ut causam: et si sufficiens fuerit causa, per ballium dimittatur usque ad[14] adventum iustitiariorum, alioquin remaneat in prisona.

De pace et plagis cum adiectione feloniæ.

In omni vero iniuria et transgressione contra pacem domini regis cum adiectione feloniæ, solet quilibet appellatus vel rettatus per plegios dimitti præterquam de morte hominis, quocumque tempore, donec imprisonatus se per inquisitionem doceat esse immunem. Nec fieri debet inquisitio de aliquo nisi de eo qui fuerit in prisona. Cum autem per inquisitionem constiterit quod imprisonatus appellatus fuerit odio vel atya, et non eo quod culpabilis sit, tunc ad præceptum domini regis committatur per ballium per breve vicecomiti directum in hac forma.

Si non sit culpabilis quod dimittatur per plegios.

Rex vicecomiti salutem. Quia constat nobis per inquisitionem quam tibi facere præcepimus[15] et quam nobis misisti, ut sic inseratur tota forma inquisitionis etcetera, tibi præcipimus etcetera. Vel fit quandoque sic sine forma inquisitionis: Præcipimus tibi quod si A., captus et detentus in prisona nostra pro morte B. unde rettatus est vel appellatus, invenerit tibi duodecim probos et legales homines de comitatu tuo qui manucapiant habendi eum ad primam assisam etcetera, coram iustitiariis nostris ad respondendum C. de morte ipsius B. unde eum appellat, tunc eum tradas in ballio illis[16] duodecim probis[17] hominibus usque ad prædictum adventum iustitiariorum. Et habeas ibi nomina prædictorum duodecim[18] hominum qui manuceperint[19] habendi eum, ut prædictum est. Teste etcetera.

Aliud breve de eodem.

f. 123b] Vel aliter: Si A., captus pro morte B. et imprisonatus apud talem

[10] et, MG, CE, OA (corr. vel). [11] vel, OB, MA, MB. [12] Om., OC, MG, CM, Y. [13] et quod, OB, MB, MC, CE; (— et contineatur . . . qua atya, MA). [14] Om., V, OB, MA, OC, CE, LA, Y, MC. [15] præcipimus, MB, MG, OC, MC. [16] illorum, OB, MA, MB, CE, CM, MC; ill. vel, OA. [17-18] Om., OB, MA, MB, CE, CM. [19] manuceperunt, OB, MA, MB.

locum, invenerit tibi duodecim probos et legales homines de comitatu tuo[20] qui manucapiant habendi eum coram iustitiariis etcetera, ad standum[21] recto[22] de morte prædicti B. unde appellatus est, tunc ipsum A. tradas per ballivum prædictis duodecim hominibus a prisona liberatum, modo quo prædictum est, et catalla sua ei facias deliberari. Et habeas ibi nomina duodecim etcetera. Si quis autem[23] imprisonatus fuerit infra libertatem aliquam pro morte hominis vel alia felonia, et ballivus[24] libertatis talem forte non deliberaverit ad mandatum vicecomitis, tunc fiat breve vicecomiti quod eum deliberet non obstante libertate in hac forma.

Si captus infra libertatem et dilata fuerit deliberatio, et captor attachiatur quod sit ad respondendum quare talem cepit et imprisonavit.

Rex vicecomiti salutem. Satis recolimus tibi præcepisse alias vel sæpius, quod A. qui captus est apud talem locum infra libertatem talis et in prisona detentus deliberaretur,[25] desicut non est captus pro morte hominis vel alia occasione quare non sit deliberandus et replegiandus, et adhuc in contemptum nostri et contra præceptum nostrum in prisona nihilominus detinetur, sicut nobis datur intellegi, tibi præcipimus quod si ita est, non obstante libertate ipsius talis, in propria persona tua sine dilatione accedas apud talem locum, et prædictum A. sine dilatione deliberari facias, ne ad nos de eo iterato[26] querela perveniat. Et si B. uxor ipsius A. fecerit te securum de clamio[27] suo prosequendo, tunc[28] pone per vadium et salvos plegios omnes ballivos prædictæ[29] libertatis talis[30] qui sic illum in prisona detinuerunt, quod sint coram etcetera, ad respondendum prædicto[31] A. de prædicta transgressione et imprisonamento. Et habeas etcetera. Teste etcetera.

Si clericus captus fuerit pro morte hominis et petatur curia christianitatis de eo, qualiter committendus erit episcopo, et qualiter episcopus debeat eum custodire.

Cum vero clericus cuiuscumque ordinis vel dignitatis captus fuerit pro morte hominis vel alio crimine et imprisonatus, et de eo petatur curia christianitatis ab ordinario loci, sicut archiepiscopo vel episcopo vel eorum officiali[32] vel aliis litteras prædictorum deferentibus, imprisonatus ille statim eis liberetur sine aliqua inquisitione inde facienda, non tamen ut omnino deliberentur[33] vel vagantes[34] sint[35] per patriam, sed salvo custodiantur[36] vel in prisona episcopi vel ipsius regis, si ordinarius[37] hoc voluerit,

[20] Om., OB, MA, MB. [21-22] respondendum, CE, CM. [22] Om., OB, MA, MB. [23] Om., OB, MA, MB, CE, CM. [24] ballivis, MG, CM, MA, OB, MB; ballivos, OC. [25] deliberetur, OB, MA, MB, CM; liberaretur, OC; deliberari faceres, V. [26] iterum, CM, OC; (quer. iterata, MG). [27] clamore, V, MC; clam., MSS. var. [27-28] clam. etc. tunc, OA, LA, OC, Y. [29-30] prædicti talis, OA, LA, OC, Y (corr. p-tæ lib. tal.); prædicti lib. tal., MC; tal., MG. [31] præfato, LA, Y, MC. [32] officiis, MG; offic., MSS. var. [33] deliberetur, V, Y, MG, OC. [34-35] vagans sit, OC, Y, V. [36] custodiatur, V, OC, Y. [37] ordinare, MG, CM.

donec a crimine sibi imposito se purgaverit competenter vel in[38] purgatione defecerit, propter quod debeat degradari. Et ideo si ut prædictum est petatur, erit liberandus curiæ christianitatis, quia non habebit rex de eo prisonam quem iudicare non potest nec clericos degradare, quia non potest ad ordines promovere, secundum[39] quod prædictum est.

Cum in curia christianitatis defecerit in purgatione.

Cum autem clericus sic de crimine convictus degradetur, non sequitur alia pœna pro uno delicto vel pluribus ante degradationem perpetratis. Satis enim sufficit ei pro pœna degradatio quæ est magna capitis diminutio, nisi forte convictus fuerit de apostasia, quia tunc primo degradetur et postea f. 124] per manum laicalem comburatur: secundum quod contigit[1] in concilio Oxoniæ celebrato a bonæ memoriæ S.[2] Cantuariensi archiepiscopo, de quodam diacono qui se apostatavit pro quadam Iudea, qui cum esset per episcopum degradatus statim fuit igni traditus per manum laicalem. Si autem sit aliquis ordinarius qui in curia christianitatis clerico sic ei liberato purgationem indicere, sine accusatore[3] coram eo de novo accusante, noluerit, tunc fiat ei breve ex[4] parte[5] domini regis in hac forma.

Si ordinarius noluerit ei purgationem indicere cum sit ei liberatus, tunc fiat ei tale breve.

Rex tali ordinario salutem. Audivimus quod cum quidam clericus de morte hominis rettatus vel appellatus vel indictatus coram iustitiariis nostris productus esset, et ibi vobis sicut clericus liberatus ut se coram vobis purgaret et se inde redderet innocentem si posset, non vultis ut dicitur ad purgationem procedere nisi sit aliquis qui de novo coram vobis in foro ecclesiastico versus eum prosequatur et instituat accusationem. Et quoniam per accusationem factam in curia nostra de morte illa satis habetur suspectus, et per talem diffamationem et indictamentum nihil aliud restat nisi quod coram vobis admittatur purgatio, quæ[6] quidem fieri deberet si laicus esset in curia nostra si ordo impedimentum non daret, et licet nullus sequeretur nos pro pace nostra sequi deberemus,[7] vobis mandamus quod secundum quod idem talis se purgaverit coram[8] vobis vel non, quod vestrum fuerit exequamini. Teste etcetera.

De custodia reorum qui sunt in prisonam mittendi et qui per plegios dimittendi, et de fractione carceris.

Cum autem secundum quod prædictum est non sint[9] quidam in carcerem[10] detrudendi in levioribus criminibus, sed per plegios dimittendi si plegios dare possint, nisi tam grave scelus admisisse eum constet ut neque fideius-

[38] Om., OB, MA, MB. [39] Om., OB, MA, MB.

[1] accidit, V; contingit, OC, CE, MG. [2] M., CE. [3] Om., OB, MA, MB, CE, CM. [4-5] Om., OB, MA, MB. [6] qua, MG, OC. [7] debemus, CE, MB. [8] Om., MA, MB, CE, OB (+). [9] sunt, OC, CE, V. [10] carcere, OB, MA, MB, CE, CM, MC.

soribus neque militibus committi debeat, sed ut carceris pœnam et inclusionem sustineat, æstimare debet vicecomes utrum in carcere recipienda sit persona an fideiussoribus tradenda, et hoc[11] vel pro criminis quod obicitur qualitate et enormitate, vel propter honorem et amplissimas facultates vel pro innocentia personæ, vel pro eius dignitate qui accusatur. Sed cum pro criminis qualitate in carcerem recepti fuerint, conspiraverint[12] ut ruptis vinculis aut fracto carcere evadant, amplius quam causa[13] pro qua recepti sunt exposcit puniendi sunt, videlicet ultimo supplicio, quamvis ex eo crimine inveniantur innocentes propter quod impacti[14] sunt in carcerem.[15] Sed si sit[16] aliquis inter tales qui conspirationem eorum detexerit, talis a pœna liberabitur.

De criminosis qui statim fugiunt post feloniam, et tunc qualiter secta fieri debeat post tales, et quorum quidam sunt in franco plegio et quidam de manupastu alicuius.

Dictum est de illis qui præsentes sunt vel capi possunt in felonia facta in publico, pluribus astantibus et videntibus sicut in quibuscumque[17] congregationibus. Sed quia sunt quidam qui statim fugiunt post feloniam et capi non possunt, statim post tales levetur huthesium et fiat post eos secta de villa in villam quousque malefactores capiantur, alioquin tota villata in misericordia regis remanebit. Qualiter autem secta fieri debeat[18] quælibet patria habet suum modum, et eodem modo levetur huthesium si quis per infortunium mortuus fuerit, oppressus vel submersus vel quocumque alio
f. 124b] modo interfectus, dum tamen non sciatur quis sit interfector. Sed sequi non oportet in his casibus de villa in villam nec[19] de terra in terram, dum tamen huthesium levatum sit, cum sit quasi captus malefactor. De eo autem qui sic fugam ceperit, diligenter erit inquirendum si fuerit in franco plegio et decenna, et tunc erit decenna in misericordia coram iustitiariis quia non habet[20] ipsum malefactorem ad rectum, licet per alios ante iter captus fuerit et prisonæ liberatus, ex quo per decennam non est captus nec productus. Si autem extra francum plegium fuerit talis in aliqua villa receptatus, erit villata in misericordia nisi talis sit ille qui fugit quod in decenna et[21] franco plegio esse non debeat, ut magnates, milites et eorum parentes, clericus, liber homo, et huiusmodi, secundum consuetudine patriæ. Et quo casu tenebitur ille in quibusdam partibus de cuius fuerint familia et manupastu, et pro eis respondebit nisi consuetudo patriæ aliud inducat quod pro manupastu suo non debeat respondere. <Sicut in comitatu Herefordiæ, ubi

[11] Om., OB, MA, MB. [12] Om., OB; conspiraverunt, MA. [13] pro causa, OB, MA, MB, CE, CM, MC. [14] impositi, MG; infracti, CM; infacti, OB. [14-15] inducti sunt in c. et imparcati, V. [16] Om., LA, Y (+). [17] quibusdam, OA, LA, MB; quibus, CM. [18] debet, V, OC, MG; deberet, Y. [19] ut, MA. [20] habent, V, OA, OC. [21] nec in, OA; et in, CE.

non respondet quis de[22] manupastu suo pro aliquo delicto, nisi redierit post feloniam vel post delictum eum[23] receptaverit, ut de itinere M. de Pateshilla in comitatu Herefordiæ anno regis[24] Henrici quinto.> Archiepiscopi, episcopi, comites et barones, et omnes qui habent soke et sake, tol et team, et huiusmodi libertates, milites suos et proprios servientes, scilicet dapiferos et pincernas, camerarios, cocos, pistores, sub suo frithburgo[25] habere debent. Item et isti suos armigeros et alios sibi servientes. Quod si cui forisfecerint ipsi domini sui habeant eos ad rectum, et si non habuerint, solvant pro eis forisfacturam. Et sic erit observandum de[26] omnibus aliis qui sunt de alicuius manupastu. Quia omnis homo[27] sive liber sive servus, aut est aut debet esse in franco plegio aut de alicuius manupastu, nisi sit aliquis itinerans de loco in locum qui non plus se teneat ad unum quam ad alium, vel quid habeat quod sufficiat pro franco plegio, sicut dignitatem vel ordinem, liberum tenementum, vel in civitate rem immobilem,[28] et secundum leges Edwardi regis.

Ad visum de franco plegio.

OMNIS[29] qui est ætatis duodecim annorum facere debet sacramentum in visu franci plegii quod nec latro vult esse nec latroni consentire, et in franco plegio esse debent omnes qui terram tenent et domum, qui dicuntur husfastene,[30] et etiam alii qui illis deserviunt, qui dicuntur folgheres,[31] quia nec debet quis a se repellere servientem suum antequam purgatus sit de omni calumnia unde prius fuerit[32] calumniatus. Item de manupastu alicuius est ille et familia qui est ad victum et vestitum, vel ad victum tantum cum mercede, sicut sunt famuli domus mercenarii. Item secundum antiquam consuetudinem dici poterit de familia alicuius qui hospitatus fuerit cum alio[33] per tres noctes, quia[34] prima nocte dici[35] poterit[36] uncuth,[37] secunda vero gust,[38] tertia[39] nocte hoghenehine.[40] Et in fine notandum quod potest quis[41] alium recipere in franco plegio, sicut borghyaldre,[42] quando voluerit pro voluntate sua, sed non poterit illum a franco plegio dimittere cum voluerit, nec vice versa ut videtur cum quis se posuerit in francum plegium

[22] pro, V, OB, MA, MB, CE, CM, MC. [23] cum, OA, LA, CE, MA, MB. [24] regni regis, LA, OC, MG, CM, MA, MB, MC. [25] fidhburgo, fidheburgo, fridihborgho, fridchborgho, fridchburgo, fridhburgo, frethingborwe, MSS. [26] pro, OB, MA, MB, CE, CM. [27] Om., OB, MA, MB, CE, CM. [28-29] immobilem. Et secundum l. E. r. omnis, V; *sic*, MSS. [30] housfastenter, MA; husfasten., MSS. gen. [31] folgheyres, folveris, flosheres, MSS. [32] fuit, V, OC, CM, MA, MB. [33] aliquo, OB, MA. [34] quia in, CE, MC. [35-36] Om., OB, MA, MB. [37] uncuth, uncoudh, unchoud(t), uncouhd, uncoud, huchouch, onckud, untund, MSS. [38] gest, cuth, cudh, couhd, chout, MSS. [39] et tertia, MC, CE, LA. [40] hogenhy(i)ne, hinhyne, hghenehina, howgnehine, howenhine, howenehine, MSS. [41] aliquis, MG, OC. [42] borghye aldere, V; borghysaldre, borghtyaldre, borghoyhaldere, borahydsaldre, borgheyaltere, borguholdere, MSS.

alicuius vel decennam, vel ex antiquo secutus fuerit cum decenna, non poterit se retrahere cum voluerit.

Qualiter reus criminosus sit requirendus, et si non venerit qualiter utlagandus.

f. 125] CUM autem quis se ita subtraxerit[1] propter homicidium vel aliud crimen, de beneficio principis et gratia vocabitur quod veniat responsurus et[2] ad standum recto si sit aliquis qui versus eum loquatur, alioquin non erit statim interrogandus[3] sine secta alicuius, quia cum absenti[4] reo[5] gravia criminia intententur, sententia festinari non solet, sed advocari,[6] ut requiratur non utique[7] ad pœnam, sed ut potestas sit ei purgandi se si poterit. Et dabitur[8] ei tempus legitimum, scilicet quinque mensium, quod est infra quintum comitatum, ad standum recto et ad respondendum appellanti de crimine ei imposito. Qui si infra tempus illud non venerit pro exlege tenebitur, cum principi non obediat neque[9] legi,[10] et extunc utlagabitur sicut ipse[11] qui est extra legem, sicut laghelesman.[12] Si autem infra tempus illud venerit et respondeat et secundum legem terræ, deducatur. Si autem post talem interrogationem infra tempus illud reversus moriatur et se nondum purgaverit, ad heredes suos[13] proprios transmittit hereditatem, licet re vera culpabilis sit,[14] amittit tamen catalla sua propter fugam.

Cum malefactor fugam ceperit, qualiter interrogandus erit in comitatu et de comitatu in comitatum, et qui sequi debeant et possint.

CUM autem malefactor fugam ceperit, oportet quod sit qui sequatur fugientem qui[15] loquatur[16] de visu et auditu quod fugitivus, vel quod redeat ad pacem infra tempus præfinitum, vel quasi inobediens legi secundum legem terræ utlagetur in comitatu, et ubi[17] proponat omnia verba appelli ac si fugitivus præsens esset, et adiciat in appello[18] et accusatione[19] sua quod si inculpatum vidisset versus ipsum loqueretur. Ad huiusmodi vero sectam faciendam non admittitur quilibet de populo nisi ad ipsum pertineat sequi propter parentelam, forte eo quod est sanguine et parentela coniunctus interfecto, et quo casu cum plures sint appellantes, propinquior parens semper præfertur remotiori. Si autem extraneus fuerit qui sequitur, admittitur ad sequendum, ut[20] si homagio obligatus fuerit[21] interfecto vel dominio, ut si fuit[22] de manupastu vel familia interfecti, et dicat se plaga

[1] retraxerit, OB, MA, MB, CE, OC, Y. [2] Om., MA, MB, OB, MG, CM, Y. [3] vocandus, V, OB, MA, MB, CE, CM. [4-5] Om., MA; abfuncti res, OB; absenti res, MB, CE, CM. [6] vocari, V; adnotari, OA. [7] utroque, OB, MA, MB. [8] datur, OB, MA, MB. [9-10] Om., OB, MA, MB, CM. [11] ille, V, Y. [12] lawelesmo(a)n, MG, OC. [13] Om., CE, Y. [14] non sit, LA, CE. [15-16] Om., OB, MA, MB. [17] ubi, OA, CE, LA, MG, Y, MA, MB, MC; nisi, OB; ibi, V, OC, CM. [18] appellatione, OB, MA, MB. [19] in accusatione, MG, OC, MC. [20] Om., OB, MA, MB. [21] fuit, V, OA, OC, Y. [22] fuerit, LA, CE, MC.

vel vincula vel quid[23] tale in ipsa interfectione recepisse: et ad hoc admittitur tam ille qui est infra ætatem quam ille qui est plenæ ætatis, dum tamen ætas minoris expectetur. Et cum ad ætatem pervenerit non habebit locum contra ipsum exceptio de secta minus[24] rite facta, quin procedat appellum. Et sic videtur[25] de aliis qui appellum non haberent, si appellatus præsens esset et exciperet contra personam appellantis, licet aliter videatur quod bene valet secta a quocumque et indeterminate, cum non sit qui excipiat contra illum qui sequitur. Non habet[26] autem appellum femina nisi de morte viri sui inter[27] brachia sua interfecti, vel[28] de corpore suo proprio, per quod alicui iudici debeat lex apparens.[29] Et notandum quod non est aliquis qui sequi possit versus alium[30] de aliqua felonia per attornatum, dum tamen ille
f. 125b] qui[31] queritur et sequi deberet potens sit sui, ita quod sequi possit: et si per aliquod tempus[32] impotens, quod parens vel amicus pro eo sequatur propter impotentiam, cum potens effectus fuerit, cessabit attornatus: et ut videtur non debeat[33] alius sequi ad[34] utlagationem[35] pro aliquo, nisi esset interfecto ita coniunctus parentela vel homagio quod si appellatus præsens esset iaceret inter eos appellum. Et si comitatus[36] sine secta aliquem interrogaverit in comitatu ad utlagandum sine præcepto iustitiariorum erit in misericordia. Item si caute agant in comitatu examinare debent factum pro quo quis interrogandus erit,[37] quia quamvis[38] felonia adiciatur in appello, tamen quodlibet factum non continet sub se feloniam quamvis aliquando contineat iniuriam et transgressionem.

Item quis utlagari possit et debeat.

ITEM videndum quis utlagari possit et debeat ad alicuius sectam et quis non. Et sciendum quod quilibet masculus, dum tamen sit duodecim annorum et amplius, quia omnes talis ætatis aut sunt aut esse debent in decenna vel in eo quod tantundem valet, sicut in manupastu et huiusmodi[39] ut supra.

Minor non.

MINOR vero et qui infra duodecim annos[40] fuerit, utlagari non potest nec extra legem poni, quia ante talem ætatem non est sub lege aliqua nec in decenna, non magis quam femina, quæ utlagari non potest[41] quia[42] ipsa non est sub lege, id est inlaghe anglice, scilicet in franco plegio sive decenna, sicut masculus duodecim annorum et ulterius. Et ideo non poterit[43] utlagari. Wayviari tamen bene potest et pro derelicta haberi, cum pro aliqua felonia

[23] quod, MG, OC. [24] minoris, MG, OC. [25] videtur quod, MG, OC. [26] Om., (OB), MA, MB, CE, CM. [27] in, OB, MA. [28] vel qui, OB, MA, MB. [29] aperiens, MG, OC. [30] aliquem, CE, CM. [31] Om., OB, MA, MB. [32] tempus fuerit, V; tempus sit, CE. [33] debet, V, OB, MA, MB, CM. [34-35] pro utlagatione, OB, MA, MB. [36] vicecomes comitatus, V. [37] Om., MA, MB; est, OB. [38] gravis, MG, OC; quando, CM. [39] huiusmodi etcetera, MG, OC. [40] ætatem duodecim annorum, V, OC. [41-42] potest item nec femina potest utlagari sed potest wayviari et est ratio quia, OC, MG (— pot. utl.). [43] potest, V, MG, Y, OC.

fugam ceperit.[44] Est[45] enim wayvium quod nullus advocat, nec princeps eam[46] advocabit nec tuebitur[47] cum[48] fuerit rite wayviata, sicut fit de masculo qui secundum legem terræ rite fuerit utlagatus: extunc enim gerunt caput lupinum ita quod sine iudiciali inquisitione pereunt, et secum suum portant iudicium, et merito sine lege pereant qui[49] secundum legem vivere recusaverunt.[50] Et hoc ita si cum capiendi fuerint fugiant vel se defendant. Si autem vivi capti fuerint vel se reddiderint, vita illorum et mors erit in manu domini regis.

Qualiter quis sequi debeat et ad quot comitatus.

ITEM qualiter quis sequi debeat et infra[51] quot tempus videndum. Et sciendum quod ad sectam et[52] appellum[53] illius qui sequi debet et poterit, interrogari debet appellatus ad quatuor comitatus, de comitatu in comitatum donec appellatus utlagetur, sub hac tamen observatione, quod ad primum comitatum non fiat nisi simplex vocatio, et[54] comitatus ille primus non computabitur infra tempus utlagationis nec erit unus ex quatuor comitatibus, quia semper oportet quinque præteriri antequam quis sit utlagatus. Et secundum hoc ad quartum comitatum, qui re vera dici poterit quintus et in quo non admittitur essonium, nec audiendus erit si quis manucapere vellet appellatum de habendo ipsum ad alium comitatum, quia sic posset protrahi tempus utlagationis in infinitum, quod esse non debet, secundum[55] quod responsum fuit Ricardo[56] Duket per Martinum de Pateshilla cum esset apud Walsingham in comitatu Norfolciæ. Ad alios vero comitatus præcedentes bene poterit talis manucapi, dum tamen quilibet comitatus allocetur pro uno usque ad quintum.

Cum fuerit interrogatus ante utlagationem poterit se ponere in prisonam et respondere appellantibus et excipere contra appellum.

USQUE ad quintum vero[57] comitatum poterit talis per se, vel per amicos si voluerit, et reddere se prisonæ vel defendere se et purgare innocentiam, post tempus vero illud, qualitercumque fuerit utlagatus, redire non poterit f. 126] nisi de gratia principis. Sed si infra tempus illud redierit ut prædictum est et se defenderit, restituetur ad omnia sicut ad pacem et hereditatem, præterquam ad mobilia propter fugam. Sed quid si ille qui sequitur ab initio non[1] fuerit rite prosecutus? Ut si statim cum posset huthesium non levaverit nec secutus fuerit ad villas vicinas, nec ad ballivum regis, nec ad coronatores, nec ad primum comitatum ut deceret. Si postea

[44] fecerit sive ceperit, V; fecerit, MA. [45] et, OB, CE, CM; (et inde wayvium, MB). [46] eum, OA, OC, MG; om., MA. [47-48] tenebitur si, MG, OC. [49] quia, MG, MA; quod, OA. [50] recusaverint, V, OC. [51] ad quot com. et infra, MG, OC. [52-53] Om., CE; et ad appellum, OB, MA, MB. [54] Om., OB, MA, MB. [55-56] secundum responsum Ricardo, MG, CM. [57] Om., OB, MA, MB.

[1] Om., MA.

sequi voluerit audiri debet, cum non sit[2] aliquis qui causari debeat vel possit[3] sectam minus rite factam. Si autem cum secta ab initio rite facta fuit,[4] ille qui sequitur ad aliquem comitatum fecerit intervallum, bene poterit sectam suam resumere si voluerit, dum tamen ille comitatus omissus per negligentiam suam[5] infra tempora utlagationis non computetur. Et quod dicitur de uno comitatu dicitur de pluribus, quia hoc totum cedit ad commodum appellati propter negligentiam appellantis.

Si sectam resumere noluerit, sine secta non procedatur ad utlagationem.

SI forte sectam resumere noluerit, vel antequam perfecta fuerit, non procedatur sine secta in comitatu ad utlagationem, sed expectetur adventus iustitiariorum, nisi sit aliquis qui sequi possit et velit et resumat sibi sectam inceptam donec perficiatur. Quæ si ante iter iustitiariorum perfecta non fuerit, <computatis comitatibus quibus secta prius facta fuerit>, dicant ei iustitiarii quod eam perficiat donec appellatus utlagetur. Si autem non sit aliquis qui in comitatu sectam[6] inceptam[7] resumpserit, propter sectam prius factam, quæ[8] violentam inducit præsumptionem, etiam[9] sine[10] aliqua inquisitione utrum appellatus culpabilis sit vel non,[11] præcipiatur a iustitiariis quod comitatus sectam perficiat, computatis comitatibus[12] præcedentibus quibus prius ante iter secta facta fuit, quod quidem sine inquisitione non fieret utrum inculpatus[13] culpabilis esset vel non, nisi secta et appellum præcessisset.[14] Sola autem fuga non sufficit per se vel latitatio sine contumacia ad aliquem utlagandum, neque indictamentum, rectum, vel fama, nisi sit qui sequatur in comitatum ante iter iustitiariorum et appellet, vel quod a iustitiariis in itinere præcipiatur comitatui, quod sequatur ex parte regis de comitatu in comitatum donec rettatus secundum legem terræ fuerit utlagatus, facta prius a iustitiariis inquisitione si nulla præcessit[15] secta prius in comitatu, utrum indictatus culpabilis sit vel non: quia si secta præcessit,[16] licet deserta fuerit, tamen[17] talem inducit præsumptionem quod non oportet ulterius inquirere utrum indictatus culpabilis fuerit vel non, quia secta per se vel inquisitio per se ad hoc plene sufficiunt, hoc tamen observato, quod si inquisitio dicat quod indictatus culpabilis non sit, dicatur comitatui[18] quod ad utlagationem non procedat. Sed quandocumque talis

[2] Om., MG, CM. [3] possit iure propter, V. [4] fuerit, OB, MA, CE, LA, MC. [5] Om., OB, MA, MB. [6-7] sic eam, OB. [7] Om., MA, MB. [8] qui, OB, MA, MB. [9-10] et sine, V; et cum, MA, MB, CM, OB (alia), CE (etiam), MC (etiam). [11] non nisi secta et appellum, OB, MA, MB. [12] omnibus, OC, MG. [13] indictatus, V; culpatus, OB, MA, MB, CE, CM; (inculpatus culpatus, MG). [14] præcessissent, LA, OC, MG, CM, MC. [15] præcesserit, V, MG; præcessisset, MA. [16] præcesserit, V, CE, CM, MA, MB, MC; præcessisse (* n)t, OB. [17] Om., OB, MA, MB, CE, CM. [18] vicecomiti comitatus, V; ad com., CE; in com., CM.

redierit, remaneat sub plegiis ad standum recto si quis versus eum loqui voluerit. Et[19] unde videtur vice versa quod si per inquisitionem culpabilis inveniatur et ante utlagationem redierit, quod non sit per plegios dimittendus, sed sub custodia et in prisona retinendus propter inquisitionem præcedentem donec ad imposito crimine se defenderit. Sed cum præceptum fuerit alicui quod sectam quæ ante iter incepta fuit[20] post iter perficiat, computatis comitatibus præcedentibus, mori contigerit vel sequi noluerit post iter vel infirmitate gravatus sequi non possit, videndum si comitatus sectam perficere possit sine waranto vel[21] iustitiariorum præcepto.

Item quæ causa utlagationis subesse debeat vera vel præsumptiva.

f. 126b] CAUSA vero utlagationis esse poterit vera aliquando et aliquando præsumptiva. Vera enim esse poterit cum quis nequiter et in felonia contra pacem regis, pluribus astantibus et videntibus, vel saltem sub visu et auditu alicuius cuius interfuerit[22] appellare, occisus fuerit vel graviter vulneratus, et mahemiatus, robbatus, et imprisonatus vel ligatus ita quod per se sequi non possit, et sit aliquis qui sequatur cum malefactor aufugerit[23] et capi non possit, et ita quod factum sub se contineat feloniam. Et propter quod ut videtur facta utlagariam[25] præcedentia sunt diligenter examinanda, quia quædam accidunt ex infortunio, sicut de submersis et oppressis et huiusmodi. Item ubi[26] vulneratus evadere poterit mortem per industriam medicorum curari noluit cum posset, sed in odium percussoris se morti exposuit, vel si per imperitiam medicorum qui perperam[27] medicamentum dederunt,[28] vel cum medicis non esset imputandum usus fuit cibo vetito et potu, vel forte obiit morte naturali et[29] non[30] plaga illa. Et hæc omnia a[31] coronatoribus diligenter examinanda sunt.[32] Sed tamen cum secta intervenerit[33] non erit propter hoc utlagaria differenda.

Causa præsumptiva.

PRÆSUMPTIVA poterit esse licet non vera, tum propter sectam tum propter inquisitionem factam coram[34] iustitiariis, licet nulla omnino subsit causa, ut si ille qui interfici debuit vivus sit[35] et sanus, et ille qui debuit interficere homo meticulosus se subtraxerit propter sectam et appellum, vel etiam cum[36] in duobus comitatibus esset appellatus, in uno se defendit vel prisonæ se reddidit[37] et in alio comitatu fuerit utlagatus.

[19] Om., MA, MG, OC. [20] fuerit, MB, MG, OC, MC; fuerint, CM. [21] et, MA, MB. [22] interfuit, MG, CM, OC. [23] fugerit, V, CM; affugerit, LA, MC, CE, OC; effugerit, MA. [25] Om., V; utlagaria, MG, MA, MB, MC (corr.); utlagatur, OB; *sic,* OA, LA, OC, CE, CM. [26] vir, OB, MA, MB. [27] proprium, MG, OC. [28] dederint, V, OC. [29-30] vel, CE, CM, MA; et vel, OB, MC, MB; (et naturali plaga, LA); et non a, OA. [31] Om., OB, MA, MB, CE, CM. [32] Om., OA, OB, MA, CM, MC, LA. [33] invenerit, OB, MA, MB. [34] a, OB, MA, MB. [35] Om., OB, MB. [36] dum, OB, MA, MB, CE, CM. [37] reddiderit, V, MG; reddierit, OC.

Item si nulla subfuit causa.

ITEM si ille qui se dicit esse robbatum, imprisonatum, vel ligatum, numquam fuit[38] robbatus etcetera. Item etsi[39] subsit causa tamen minus sufficiens, sicut de submersis et oppressis et huiusmodi per infortunium mortuis.

Item si plaga non fuit periculosa.

ITEM si plaga de qua appellatus est quis periculosa non[40] sit nec mahemium inducat, tamen propter præsumptionem fugæ et sectam appellantis, procedendum erit ad utlagationem,[41] et si secta rite facta fuerit et secundum legem terræ, tenet utlagaria, licet nulla subsit causa vel minus sufficiens propter fugam et propter sectam. Et eodem modo coram iustitiariis sine omnimoda secta propter fugam et indictamentum et inquisitionem factam coram iustitiariis.

Si quis fuerit utlagatus ob nullam causam vel minus rationabilem, fiat ei gratia maior quantum ad inlagationem.

SED tamen[42] cum[43] talibus maior gratia fieri debet a principe[44] quam cum f. 127] illis cum quibus est causa vera, secundum quod inferius dicetur. Et quamvis sine causa vera quis utlagatus fuerit, ut si homo qui interfici debuit producatur vivus, tamen non erit talis utlagaria pronuntianda nulla, cum rex gratiam fecerit utlagato, cum rite et secundum legem terræ facta fuerit.

Item poterit utlagatio pronuntiari nulla et fiat breve regis super hoc, et nulla dici poterit multis rationibus.

PRONUNTIARI poterit quandoque utlagaria nulla in suo casu quamvis subsit causa, vel si[1] subsit vera non[2] præsumptiva, ut si facta fuerit contra legem terræ, quod esse poterit multis modis, et quæ cum nulla esse pronuntietur, cum facta sit contra legem terræ de iure deberet utlagatus restitui et non de gratia. Et quo[3] casu[4] non deberet in litteris regiis contineri quod talem utlagariam remitteret vel perdonaret quæ nulla est, quia[5] illud quod non est perdonare non potest. Sed denuntiare poterit in comitatibus, civitatibus, burgis et villis et aliis locis publicis, utlagariam illam esse nullam. Et quo casu non habet necesse utlagatus habere breve regis[6] de pace nisi velit ex abundanti, et cum fuerit restitutus ad omnia debet restitui, et potest sine alicuius præiudicio, quia utlagaria illa contra legem terræ facta debet defieri quia non tenet. Utlagaria vero quæ fit secundum legem terræ, licet nulla subsit causa vel minus sufficiens, tenet, et ideo remitti potest vel perdonari

[38] fuerit, OB, MA. [39] si, CE, CM; et, MA. [40] si, OA; om., MG. [41] utlagariam, LA, OA, MG, MC; utlagationem sive ad utlagariam, V, OB, MA, MB, CE, CM. [42] Om., OB, MA. [43] Om., MB. [44] principe quod est (cum) deo vel rege, OC, MG.

[1] non, V; om., OB. [2] vel, OB, CE, CM, MC (corr.); vero, LA, MA, MB; nec, V. [3-4] quod, OB; quo, MB; quæ, MA. [5] quod, MA, MB, MG; et, OB; quæ, CM. [6] domini regis, V, CE, MB.

sine præiudicio alterius. Et cum talis fuerit restitutus, non[7] restituetur ad omnia, propter utlagariam rite factam et secundum legem terræ.

Quæ dici poterit nulla et quibus rationibus, quia minus rite facta.

NULLA vero poterit esse[8] utlagaria, ut si quis in comitatu utlagatus fuerit sine secta, et non refert utrum omnino nulla sit secta vel incepta et non perfecta, ut si incepta et postmodum omissa et neglecta, quia ad utlagationem[9] non procedetur sine secta. Item nulla si post iter iustitiariorum processerit comitatus ad utlagariam[10] sine præcepto et waranto iustitiariorum post inquisitionem. Item nulla si ad præceptum regis vel ad sectam regis fuerit quis utlagatus, nisi prius facta inquisitione per iustitiarios, utrum ille qui in fuga est culpabilis sit de crimine ei[11] imposito vel non. Item nulla si fiat alibi quam in comitatu præterquam apud Londoniam in hustengo: ut si rex pro sua voluntate per[12] litteras suas[13] fecerit aliquem clamare[14] utlagatum per civitates et burgos et villas et alia loca publica, sine secta ut prædictum est vel inquisitione præcedente.

Item nulla dici poterit in casibus subscriptis.

ITEM nulla erit si ille qui male fuit creditus mortuus fuit[15] ante utlagationem. Item nulla si ille qui interfici debuit producatur vivus et sanus ante utlagationem, cum nulla subsit causa vera vel[16] præsumptiva, secus[17] tamen si post[18] utlagationem. Item nulla si comitatus ad utlagationem processerit cum ille qui aliquando secutus fuerit moriatur, vel sequi noluerit vel non possit. Item nulla cum appellatus in uno comitatu se defenderit secundum legem terræ, et in alio comitatu ab alio appellatus qui sectam fecerit, fuerit utlagatus: quia qui[19] in uno loco se defenderit de uno facto versus unum de pluribus appellantibus et sequentibus in diversis comitatibus, se defendit[20] versus omnes de eodem facto. Si autem diversa fuerint facta et diversi appellantes, et in uno loco sive diversis se defenderit per legem terræ versus unum sive[21] plures, et in aliis comitatibus fuerit utlagatus, nulla[22] erit utlagaria,[23] dum tamen cum restitutus fuerit respondeat aliis et se defendat per f. 127b] legem terræ, et omnia sua retinebit. Et vice versa si in uno comitatu fuerit condemnatus, omnia sua amittet. Et eodem modo cum sciverit se esse[24] appellatum et interrogatum, ante utlagationem se reddiderit prisonæ domini regis, quia postquam se reddiderit prisonæ[25] non erit ulterius interrogandus. Item nulla erit ut videtur cum quis semel captus fuerit vel se gratis obtulerit cum appellatus fuerit, et de consensu regis et

[7] Om., OB, MA, MB. [8] dici, OB, MA, MB. [9] utlagariam, OB, MA, MB, CE, CM, MG. [10] utlagari, MA, MB, CM. [11] sibi, OB, MA, MB, CE, CM. [12-13] Om., OB. [13] Om., MA, MB. [14] clamari, CE. [15] fuerit, LA, OB, MA, MB. [16] Om., OB, MA, MB, CE, CM. [17-18] si quis tamen post, MA, MB, CM; tamen post, OB. [19] Om., MA, MB. [20] defenderit, OC, MG, CM; defenderit contra, V. [21] vel, V, CM. [22-23] Om., MG, OC. [24] Om., OA, MG, MA. [25] prisonæ domini regis, V, OB, MA, MB, CM.

regni[26] exilium elegerit, et sic secundum legem exierit, non erit ulterius utlagandus de[27] iure.[28] Item nulla cum quis interrogatus ante tempus a lege ei concessum utlagetur, cum totum tempus a lege definitum[29] ei cedere debeat ad commodum. Et unde videtur quod si infra tempus illud venerit et in prisonam se miserit, quod audiri debeat exceptio, secus tamen ut[30] videtur si post tempus[31] illud. Item nulla si comitatus aliquem utlagaverit si fuerit infra ætatem cum secta vel sine secta, quia ante ætatem duodecim annorum non erit quis sub lege, et prius extra legem poni non poterit. Et cum huiusmodi utlagatio in prædictis casibus nulla sit[32] et consimilibus, de iure concomitante gratia ad omnia restituendi sunt, dum tamen appellantibus respondeant et per legem terræ se defendant. Item videtur esse nulla utlagatio si factum pro quo quis interrogatus[33] est civile sit, et non criminale pro quo quis vitam amittere deberet[34] vel membra. Sola quidem fuga sive contumacia sine crimine, vel causa vera vel præsumptiva, utlagationem non inducit. In quibusdam tamen criminibus levioribus fuga[35] facit pœnam graviorem,[36] sicut videri poterit in eo qui appellatus est[37] in crimine raptus, qui si præsens convinceretur non amitteret nisi membra: amittit tamen quandoque vitam propter fugam. <Facta[38] autem possunt esse plura et diversa, sicut sunt crimina maiora et minora, secundum quod superius dicitur in tractatu de criminibus. Et hoc dico si criminaliter agatur, potest quis utlagari pro crimine maiore[39] vel minore.[40] Item pro raptu virginis contra pacem et pro omni alia transgressione quæ fit[41] contra pacem, et delicto ubi felonia et pax domini regis adicitur. Secus autem est de pace vicecomitis, et alibi ubi non recipitur nisi æstimatio damnorum, et ubi[42] non sequitur pœna nisi pecuniaria. Item pro omni transgressione licet minima, ubi quis[43] ad pacem domini regis vocatus venire recusaverit, et hoc propter contumaciam maxime quæ aliquando absentem condemnat ad mortem, qui si præsens esset non amitteret nisi membrum, vel non sustineret nisi imprisonamentum[44] et redemptionem vel pœnam pecuniariam. Nullum autem maius crimen quam inobedientia, quia pro contemptu[45] et inobedientia[46] poterit quis excommunicari sicut pro quolibet mortali peccato, cum omnes subditi esse debeant regi tamquam præcellenti, maxime in honestis, et ducibus eius tamquam ab eo missis. Et sic concordat lex divina aliquantulum cum humana.>

[26] Om., OB, MA, MB. [27-28] Om., OB, MA, MB. [29] lege distinctum, MB, OB; lege districtum, MA. [30] Om., OB, MA, MB. [31] Om., OB, MA, MB. [32] Om., OA; fit, OC. [33] interrogandus, OB, MA, MB. [34] debet, MC, LA. [35-36] fuga pœnam inducit graviorem, V, CM; pœnam (* inducit) facit, OB. [37] Om., OB, MA. [38] ad (dicio) facta, MG, OC. [39-40] maiori vel minori, V, CM, MA. [41] sunt, MG, OC. [42] ibi, OB, MB, CM; om., MA. [43] Om., OB, MA, MB, CE, CM. [44] prisonamentum, OC, MG. [45-46] contemptuali inobedientia, MG, OC.

Si tam ille de forcia quam ille de facto fugerint, et utlagatur quis tam propter factum quam propter forciam, et e contrario.

CAUSÆ quidem utlagationis possunt esse plures. Utlagatur enim quis tam propter forciam quam propter factum per sectam alicuius vel per inquisitionem coram iustitiariis ut prædictum est, hoc[47] tamen ordine observato secundum quosdam cum diversi diversa sentiant in hac parte. Quod si tam ille qui appellatus est de forcia quam ille qui appellatus est de facto ab-
f. 128] sentes[48] sint, tunc uterque simul interrogandus est ad quemlibet comitatum si non venerint, dum tamen in ultimo comitatu, qui debet esse quintus, differatur pronuntiatio utlagariæ ipsorum qui appellati sunt de forcia donec factum convincatur.

Qualiter et quando pronuntiari debeat utlagaria de facto et quando de forcia, an statim et eodem die diversa opinio.

ITA[1] quod primo secundum quosdam pronuntietur utlagaria[2] de eo qui appellatus est de facto, et postea eodem die de eo qui appellatus est de forcia, et sic in eodem iudicio. Alii quidem[3] dicunt quod non eodem die neque eodem iudicio, sed diversis. Dicunt etiam quidam quod appellatus de facto et appellatus de forcia non sunt simul interrogandi, sed ille de forcia tunc primo cum factum convincatur, sive ille de forcia fugerit sive præsens fuerit. Sed ea quæ dicta sunt locum habere[4] poterunt cum uterque in fugam convertatur, et quo casu præsumitur de utroque propter fugam, et illud idem dici poterit ut videtur, si[5] cum[6] ille de facto præsens fuerit et ille de forcia fugerit, quod ille de forcia statim exigatur. Sed iudicium utlagationis remanebit donec ille de facto se defenderit vel non defenderit.

Si ille de forcia præsens sit et ille de facto fugerit, vel si uterque.

CUM autem ille de forcia præsens fuerit et ille de facto fugerit, non erit versus eum de forcia procedendum quousque factum[7] convincatur. Sed quid si uterque fugam inierit et sit[8] aliquis qui ad aliquem comitatum illum de facto manuceperit? Ille de forcia nihilominus interrogetur propter fugam, dum tamen iudicium remaneat donec factum convincatur.

Si quis in quarto comitatu velit manucapere non audietur.

SI autem sit aliquis qui ad quartum comitatum velit manucapere appellatum de facto, ut supra in parte dictum est, non audietur, secundum quod Martinus respondit[9] Ricardo Duket de quadam eschæta in comitatu Cantiæ. Ad quod facit quod habetis alibi in itinere Martini de Pateshilla in comitatu Wigorniæ anno regis[10] Henrici quinto. Ibi enim dicitur quod in

[47] et hoc, V, OB, MA, MB, CE, CM. [48] appellantes, OB, MA, MB.

[1] item, OB, MA, MB. [2] utlagatio, OC, CE. [3] quidam, MG, OC; autem, MB. [4] habent vel habere, OB, MA, MB, CE, CM, MC. [5-6] sicut, MSS. var. [6] tamen, OC, Y. [7] Om., LA, MG, MC. [8] sic, LA, MG. [9] Om., OB, MA, MB. [10] regni regis, V, MA, MB, OA, MC, LA.

quarto comitatu non admittitur essonium alicuius appellati, nec audiri debet quis volens talem manucapere usque ad alium comitatum, nisi forte hoc esset ex præcepto domini regis quod potius esset voluntarium quam iustum.

Ille de forcia non est interrogandus donec factum convincatur.

CUM autem ambo essent præsentes[11] ut prædictum est, ille de forcia non erit interrogandus donec factum convincatur, cum si præsens esset non teneretur prius respondere, nec agit contra ipsum aliqua præsumptio. Et hæc est ratio forte quia præsentia excusat eum et fuga induceret præsumptionem. Sed erit talis per plegios dimittendus sicut esse deberet si uterque præsens esset. Et ubi ille de facto non est replegiabilis, ille[12] de forcia per plegios[13] vel per ballivos[14] dimittatur donec appellatus de facto se defenderit vel non defenderit, quia ubi factum ibi poterit esse forcia quandoque, sed numquam forcia sine facto, quia ubi principale non consistit nec ea quæ sequuntur locum habere debent, sicut dici poterit de præcepto, conspiratione, et consimilibus: quamvis huiusmodi esse possint[15] etiam sine facto, et quandoque puniuntur si factum subsequatur. Sed sine facto non, iuxta illud: Quid enim obfuit conatus cum iniuria nullum habuit effectum. Nec etiam obesse debent præceptum, conspiratio, et consilium nisi factum subsequatur.

Cum autem uterque præsens fuerit et ille de facto convictus, qualiter sit procedendum contra illum de forcia.

CUM autem uterque præsens fuerit et ille de facto sive præsens sive absens fuerit condemnatus, propter hoc ille de forcia cum præsens fuerit non erit condemnandus, sed aget causam et se defendat, cum habeat[16] defensiones suas integras et factum poterit esse sine forcia. Et qualiter uterque se defendere debeat dicetur infra plenius de appellis.

Quid utlagatus forisfaciat per utlagationem.

f. 128b] CUM quis ita fuerit utlagatus rite et secundum legem terræ, videndum quæ forisfaciat per utlagariam cum[17] sic[18] quarto vocatus[19] non comparuerit. Et sciendum quod imprimis forisfaciat[20] patriam et regnum, et exsul efficitur, et talem vocant Anglici utlaghe, et alio nomine solet nominari[21] antiquitus, scilicet frendlesman, et sic videtur quod forisfacit[22] amicos. Et unde si quis talem post utlagariam et expulsionem scienter paverit, receptaverit, vel cum eo[23] communicaverit aliquo modo, vel occultaverit vel[24] receptaverit,[25] eadem pœna puniri debet qua puniretur utlagatus,

[11] Om., MG, OC (+ absentes). [12] vel ille, OA, LA, OB, MA, MB, MC, CE, CM. [13] plevinam, OB, MA, MB, CM, V. [14] ballivum, V, OB, MA, MB, CM, Y. [15] possunt, V, OC, CM, Y, MC. [16] autem, MG, OC. [17-18] si cum sit, V; cum sit, MSS. var.; cum in, OC. [19] vocatur, OA, OB, OC, MB, MC, MG, CM; vocatur et, MA. [20] forisfacit, CE, MC; (om., per utl. . . . imprimis forisfaciat, LA). [21] vocari, OB, MA, MB. [22] forisfaciat, OB, MB, CM, Y, MG, OC. [23] eo scienter, V. [24-25] Om., OC, Y.

ita quod careat omnibus bonis[26] suis et vita nisi rex ei parcat de sua gratia. Scienter dico quia[27] aut[28] potest esse notus et[29] cognitus vel[30] ignotus et incognitus, et unde qui notum et cognitum receptaverit,[31] pari[32] pœna puniendus[33] est, qui dicitur cuthutlaghe.

Cuthutlaghe qui scienter talem receptaverit.

SED de ignoto et[34] incognito[35] non est ita. Et ad hoc facit lex C. *de his qui latrones et maleficios occultant,* l. prima, ubi dicitur quod eos qui secum alieni criminis reos occultando vel receptando eum[36] eamve[37] sociaverint,[38] par ipsos et reos pœna expectet.[39] Et etiam latrones quisquis sciens receperit, qui dicitur receptator malorum, et eos offerre iudiciis supersederit, supplicio corporali plectetur cum amissione bonorum. Item forisfacit[40] utlagatus omnia quæ pacis sunt, quia a[41] tempore quo utlagatus est caput gerit lupinum, ita quod ab omnibus interfici poterit et impune, maxime si se defenderit vel fugerit ita quod difficilis sit eius captio.

Si non fugerit nec se defenderit.

SI autem non fugerit nec se defenderit cum captus fuerit, extunc erunt[42] in manu regis mors et vita, et qui taliter[43] captum interfecerit respondebit pro eo sicut pro alio. Et hoc verum est nisi consuetudo se habeat in contrarium, sicut in comitatibus Herefordiæ et Gloucestriæ prope marchiam Walliæ. Sed hoc factum aliquando dissimulatur ex causa. Et quod tales modo quo prædictus est interfici poterunt et impune, legitur[44] ff. *ad legem Iul. de sicariis et veneficis,* ubi dicitur quod transfugas ubicumque inventi fuerint interficere licet.

Sola fuga inducit.

SOLA tamen fuga non inducit nisi tantum bonorum amissionem in suo casu, cum coram iustitiariis vocati non venerint ante utlagationem. Et ad hoc f. 129] facit ff. *de requirendis reis,* l. ultima, et C. e. l. *quicumque,* ubi dicitur quod si post fugam redierit quis et innocentiam suam purgaverit, nihilominus facultates eius apud fiscum remanebunt.

Item ea quæ legis sunt.

ITEM forisfacit ea quæ legis sunt, quia si sine gratia regis ausu temerario post utlagationem redierit, sine lege et iudiciali inquisitione peribit. <Nec alios appellare poterit quia omnem legem amisit.> Portat enim secum et[1] in suo capite suum iudicium, ita quod nullam habebit defensionem cum con-

[26] Om., OB, MA, MB, CE, CM. [27-28] quod, OB, MA, MB, CE (quia), CM. [29] aut, OB, MA, MB, CE, CM, MC. [30] aut, MG, OC. [31] receptaverint, OB, MB. [32] tali, CE, CM, Y, MB, OB. [33] puniendi (sunt), OB, CM, MB; (tales puniendi sunt, MA). [34-35] Om., OB, MA, MB, CE, CM. [36-37] cum eis se, V; cum eis, OC; cum eamve, MB, MG. [38] sociaverit, OB, MA, MB, CE, CM, Y; resociaverint, OC. [39] expectat, V, MB. [40] forisfaciat, OC, MG. [41] Om., OB, MA, MB. [42] erit, V, OC. [43] aliter, MG, OC. [44] ut habetur, CE; ut legitur, OB, MB, MC, CM, Y, MA (— legitur).

[1] Om., V, OC, CM, OB, MA, MB, MC.

stiterit de utlagaria. Iustum est[2] enim iudicium quod sine lege et sine[3] iudicio pereat qui secundum legem vivere recusavit.

Item ea quæ iuris sunt.

ITEM forisfacit omnia[4] quæ iuris sunt et possessionis, scilicet iuris[5] adepti et adipiscendi, et iuris[6] competentis et competituri, et possessionem similiter in forma et modo possidendi.

Item nulli tenetur nec aliquis ei.

ITEM nulli tenetur nec aliquis ei nec ex aliqua[7] causa obligatur. Dissolvuntur enim obligationes et homagia, fidelitates et sacramenta, et omnia alia quæ mutua voluntate sunt contracta. Et sic forisfaciunt[8] hereditates et tenementa. <Item cui? Et sciendum quod sibi ipsi[9] et heredibus suis omnibus,[10] tam remotis quam propinquis.> Et taliter fracta et dissoluta numquam coniungi poterunt nec redintegrari, nisi[11] ex novo contractu et nova voluntate mutua, si forte fuerit aliquo[12] casu[13] restitutus.

Item forisfacit actionem.

ITEM ex utlagaria forisfacit actionem ante utlagariam sibi competentem, licet postmodum de gratia fuerit restitutus, quia semper ei petenti obstabit exceptio utlagariæ, dum tamen fuerit secundum legem terræ promulgata, secus tamen si nulla ut prædictum est.

Item dissolvit donationes, venditiones, et omnes contractus et obligationes.

ITEM dissolvit utlagaria sicut quodlibet aliud iudicium de felonia donationes et venditiones factas a tempore feloniæ perpetratæ, et ubi post convictionem cuiuslibet feloniæ retrotrahitur[14] tempus ad tempus feloniæ perpetratæ, sicut infra[15] de donationibus plenius.[16]

Item catalla sua sunt regis.

CATALLA quidem[17] utlagati erunt domini regis, quia utlagari alibi non poterit quam[18] in curia ipsius[19] regis, sicut in comitatu vel in hustengo Londoniæ. Et idem dicendum est de catallis fugitivorum ante utlagationem, et aliorum qui vocati sunt coram[20] iustitiariis[21] sive culpabiles sint sive non, facta super hoc inquisitione, et qui quamvis postea redierint et prisonæ se reddiderint, catalla sua non recuperabunt propter fugam.

Si terram liberam habuerit, statim capiatur in manum regis.

SI vero terram liberam habuerint utlagati, statim capienda est in manum

[2] Om., MA, MB. [3] Om., V, MB. [4] ea, OB, MA, MB, CE, CM, MC. [5-6] iure adepti et iur., OB, MA, MB. [7] alia, OB, MA. [8] forisfaciant, OC, MG. [9] Om., CE, Y. [10] Om., OB, MA, MB. [11] nec, OB, MA, MB. [12-13] aliqua causa, MG, OC. [14] -atur, OB; retrahatur, MB; (— et ubi . . . perpetratæ, MA). [15] supra, V. [16] plenius dicitur, V; dicetur plenius, OA, MB; plenius dicetur, MC. [17] autem, MG, OC. [18] nisi, OB, MA, MB, CE, CM. [19] domini, OC, MG, MB. [20-21] ante iust., OB, MA, MB.

domini regis et tenenda per unum[22] annum et diem,[23] et[24] ad capitales dominos post terminum illum reversura[25] si de alio tenuerit[26] quam de rege. Si[27] autem de rege,[28] tunc erit eschæta ipsius regis. Et hoc verum est quod per talem terminum remanebit in manu domini regis, nisi[29] ipse capitalis dominus vel alius finem fecerit pro termino regis habendo. Sed quæ sit causa quare terra remanebit in manu domini regis?[30] Videtur quod talis est, quia[31] re vera cum[32] quis convictus fuerit de aliqua felonia in potestate domini regis erit[33] prosternendi ædificia, extirpandi gardina, et arandi[34] prata. Et quoniam huiusmodi vergebantur[35] in grave damnum dominorum, pro communi utilitate provisum fuit quod huiusmodi dura et gravia remanerent, et quod dominus rex propter hoc haberet commoditatem totius terræ illius per unum annum et unum diem. Et sic omnia cum integritate reverterentur in manus capitalium dominorum. Nunc autem petitur utrumque, scilicet finis
f. 129b] pro termino et similiter pro wasto. Et non video rationem quare, nisi quia terminus bene poterit esse per se sine wasto, eo quod fugitivus et utlagatus non solum delinquit erga eum qui sequitur et appellat, sed erga regem cuius pacem infringit contra fidem suam cui tenetur, quia quilibet cum[36] faciat[37] sacramentum iurat salva fide domini regis. Cum autem post annum et diem terra non fuerit capitali domino restituta, ad querelam domini capitalis fiat vicecomiti breve in hac forma.

Breve de inquisitione facienda si extiterit in manu regis per tantum tempus.

REX vicecomiti salutem. Præcipimus tibi quod per sacramentum proborum et legalium hominum[38] de comitatu tuo, diligenter inquiras si terra quæ fuit talis utlagati vel suspensi in tali villa pro morte hominis vel pro alia tali felonia, extiterit in manu nostra per unum annum et unum[39] diem, et de quo prædictus talis terram illam tenuit. Et inquisitionem inde factam sub sigillo tuo et sub sigillis eorum per quorum sacramentum[40] inquisitio illa facta fuerit, nobis sine dilatione mittas et hoc breve. Teste etcetera. Et cum inquisitio[41] venerit, sequitur tale breve.

Breve de restituenda terra domino capitali post annum et diem.

REX vicecomiti salutem. Quia constat nobis per inquisitionem quod tanta terra cum pertinentiis in tali villa quæ fuit talis suspensi vel utlagati pro

[22] Om., OB, MA, MB, CM. [23] unum diem, V, OA. [24] Om., OB, CE, CM, LA, Y, OC, MG, MC. [24-25] et post term. ill. erit capitalibus dominis reversura, OA. [26] tenuerint, MG, CM, MB. [27-28] Om., OB, MA, MB, CE, CM, MG. [29-30] Om., OB, MA, OA, CM. [31] quæ, MA, MB, CE, CM, OB. [32] quod cum, OB, MA, MB, CE, CM. [33-34] erunt prosternanda . . . extirpanda . . . aranda, OB, MA, MB. [35] vergebant, CE, Y, MC; urgebantur, OC; vertebantur, OB, MB; verterentur, V. [36-37] qui facit, V; cum facit, MB, MG. [38] virorum, OB, CE, CM. [39] Om., OC, MG; per unum, LA, MC. [40] sacramenta, OA, LA, CM, Y, MC. [41] inq. illa, LA, MC.

morte talis, et quam tenuit de tali, extitit in manu nostra per unum annum et unum[42] diem, tibi præcipimus quod eidem tali de prædicta terra cum pertinentiis sine dilatione plenariam[43] seisinam habere facias. Teste etcetera. Item[44] aliud de eodem.[45]

Aliud breve de eadem materia de restituenda terra.

Rex vicecomiti salutem. Præcipimus tibi quod si terra quæ fuit A. et qui utlagatus est de regno nostro et convictus de latrocinio, extiterit in manu nostra per unum annum et unum[46] diem, sicut esse debet secundum consuetudinem regni nostri, tunc habere facias B. capitali domino seisinam de prædicta terra, quæ fuit ipsius[47] A. in balliva tua et quam tenuit de prædicto B., et quæ capta fuit in manu nostram occasione prædicta. Teste etcetera. Item[48] aliud de eodem si in comitatu fuerit quis utlagatus.[49]

Si terra data in maritagium cum filia alicuius de hereditate materna extiterit in manu regis per annum et diem, per feloniam quam vir ipsius filiæ fecerit, breve de restitutione.

Rex vicecomiti salutem. Monstravit nobis A. quod cum B. vir suus qui mortuus est et ipsa A.[50] dedissent C. tantam terram cum pertinentiis in tali villa in maritagium cum D. filia sua de hereditate ipsius A., prædictus C. rettatus de morte E.[51] fugit pro morte illa[52] et noluit stare ad iudicium et considerationem[53] comitatus talis, propter quod prædicta terra cum pertinentiis devenit in manum nostram, et in manu nostra extitit per unum[54] annum et unum diem[55] et eo amplius ut dicitur. Et ideo tibi præcipimus quod secundum legem et consuetudinem regni nostri Angliæ, prædictæ A., de cuius feodo prædicta terra est ut dicit, et[56] ad quam reverti debet secundum assisam regni nostri, sine dilatione plenariam[57] seisinam habere facias. Ne amplius etcetera. Teste etcetera. Contingit quandoque quod ille cui rex terminum suum concessit infra annum et diem terram alienat, vel cum illam forte[58] in manu sua tenuerit illam capitali domino non restituit, et quo[59] casu[60] fiat breve vicecomiti in hac forma.

Breve, si rex alienaverit infra terminum suum vel ballivi sui.

Rex vicecomiti salutem. Præcipe A. quod iuste etcetera reddat B. tantam terram cum pertinentiis in tali villa, et in quam non habet ingressum nisi per nos qui terram illam ei commisimus per[61] unum annum et unum[62] diem postquam in manus nostras devenit, et quam talis tenuit qui utlagatus fuit pro morte talis vel suspensus de C., patre vel[63] avo[64] vel alio antecessore

[42] Om., MG, OC, CM. [43] plenarie, LA, MG; plenar., CM, Y. [44-45] Om., OB, MA, MB, CE, OC. [46] Om., MG, CM, OC. [47] prædicti, V, CM. [48-49] *rubrica*, MG, OC, MA. [50] Om., OB, MA, MB. [51] viri, OB, MA, MB. [52] sua, MA, MG, CM. [53] consilium, MA, OB, CE, MC. [54-55] annum et diem, MG, CM, OC. [56] Om., OB, MA, MB. [57] plenarie, MG; plenar., CM, OC, Y. [58] Om., OB, MA, MB, CE. [59-60] qua causa, MG, CM. [61] et per, MG, CM. [61-62] per annum et, MG, CM, OC. [63-64] Om., OB, MA, MB.

ipsius B. cuius heres ipse est, et quæ ad ipsum reverti debet tamquam eschæta sua propter prædictam feloniam. Vel aliter: Et in quam non habet ingressum nisi per nos qui terminum nostrum, scilicet per annum et diem, ei concessimus, et quæ debet esse eschæta sua propter feloniam quam talis f. 180] fecit et de qua convictus fuit in curia nostra coram iustitiariis etcetera.[1]

Item aliud breve de eadem materia.

VEL aliter: Et in quam non habet ingressum nisi per talem cui nos[2] illam commisimus habendam per unum annum et unum[3] diem, postquam talis rettatus de morte talis fugit et utlagatus fuit vel captus et suspensus, et qui terram illam tenuit de tali patre vel avo talis, cuius heres ipse est et qui tunc fuit[4] infra ætatem, et ad quem terra illa reverti debuit post annum et diem tamquam eschæta sua. Et nisi fecerit etcetera, summone etcetera. <Et notandum quod numquam habebit rex annum et diem de aliqua[5] terra quæ non possit esse eschæta, ut si felo non tenuit nisi ad terminum vel ad vitam vel quid tale quod descendere non posset[6] ad heredes.> Forma vero istius brevis inveniri poterit de termino Sancti Michælis anno regis[7] Henrici quinto decimo, comitatu[8] Cantiæ, de Willelmo Musard. Et notandum quod in quolibet brevi per quod petitur eschæta propter alicuius feloniam, oportet quod exprimatur et de qua convictus fuit,[9] quia numquam revertetur[10] terra ad dominum capitalem nisi felonia convicta fuerit[11] aliquo genera convictionum, ut si fuerit suspensus vel utlagatus, vel feloniam cognoverit et regnum abiuraverit et huiusmodi. Si autem ante feloniam convictam obierit quocumque modo, hereditas descendet ad heredes suos, nisi ita fuerit quod conscius criminis et timens suspensionem vel aliam pœnam se ipsum interfecerit, et hereditas talis erit eschæta dominorum. Si autem furore vel doloris impatentia vel per infortunium, aliud esse[12] debet.

Si donationem fecerit ante convictionem vel post.

ET idem erit si donationem fecerit ante feloniam perpetratam vel post: quod tenet si non fuerit felonia convicta ut supra. Si autem convicta fuerit, non valet, sed revocabitur, et retrotrahitur tempus ad perpetrationem feloniæ. Et sicut non valebit donatio post feloniam perpetratam, ita nec valebit generatio quoad[13] successionem quantum ad hereditatem paternam et maternam, cum sit progenitus talis de testiculo et sanguine felonis. Si autem[14] ante feloniam generationem fecerit, talis generatio succedet[15] in

[1] nostris etc., MA, MB, CE, MC (nostra). [2] Om., OB, MA, MB, CE. [3] Om., MG, OC, CM. [4] fuerit, OB, MA, MB. [5] alia, OB, MA. [6] possit, LA, MA, CE, MG, OC, MC. [7] regni regis, V, OA, Y, MG, CM, OC. [8] in comitatu, V, OB, MA, MB, CE. [9] fuerit, V, LA, MB. [10] reverteretur, V. [11] fuit, V, OC. [12] est, MG; erit, CM; erit aliud esse, MB. [13] per, OB, MA, MB, CE. [14] Om., MG, CM. [15] Om., CE; succedit, MG, Y.

hereditate patris vel matris a quo non[16] fuerit felonia perpetrata. Propriis autem heredibus forisfacit hereditatem propriam,[17] propinquis et remotis, scilicet quidquid tenuit tempore feloniæ perpetratæ, et qualitercumque et[18] secundum quod tenuit. Et ad ea quæ dicta sunt quod tenet donatio si antequam convictus fuerit moriatur, quia defuncto eo qui reus fuit[19] criminis extincta est pœna.

Nihil forisfacit antequam fuerit convictus.

SED nihil forisfacit antequam convictus fuerit vel condemnatus, quia dicit lex quod post contractum crimen capitale donationes factæ[20] valent nisi condemnatio secuta sit. Quod autem rite factum est ante crimen contractum irritari non debet, sicut dicit alia lex, quod nec corrumpi nec mutari potest quod rite transactum est superveniente delicto. Si autem filius et heres propinquior in vita patris feloniam fecerit, et patrem supervixerit et convictus fuerit, cum ius merum ei descenderit,[21] sive seisinam de hereditate habuerit sive non, forisfacit sibi et heredibus suis successionem: et ita quod cum ius ad heredes descendere non possit, de necessitate revertitur ad capitalem dominum feoffatorem.

Quod terra felonis revertatur ad capitales dominos pro defectu heredum quia inde processit.

ET licet talis seisinam non habuerit, tamen seisina antecessoris felonis ad heredes non descendet,[22] quia oportet quod seisina sequatur dominum capi-
f. 180b] talem ad quem ius revertitur. <Ut[23] quibusdam videtur, sed aliis videtur contra,[24] qui dicunt quod cum talis in vita antecessoris feloniam fecerit et de qua convictus est, non solum forisfacit id quod tenet sibi et heredibus suis, sed quidquid ei aliqua[25] ratione accidere posset[26] a quocumque antecessore, et non solum heredibus[27] de carne sua exeuntibus, sed remotioribus fratribus et aliis, quia per[28] eum[29] semper fieri debet narratio descensus si de recto agatur per[30] breve.[31] Et hæc fuit ratio W. de Eboraco et bona.> Si autem in vita patris moriatur, sive convictus sive non, statim incipit postnatus heres esse propinquior patri communi, ac si frater antenatus feloniam non commisisset, quia in vita patris nihil iuris ei descendit, et sic habendus erit quasi natus non fuisset.

Sed quid dicetur de hereditate uxoris cum vir fuerit utlagatus, an sit statim restituenda?

SED quid dicetur de uxore hereditatem habente, cum vir suus propter

[16] vero, MG, CM, OC. [17] suam propriam, V, MB, (* Y). [18] Om., MG, CM, OC. [19] fuerit, MG, CM, OC, MA. [20] Om., MG, OC; item, CM. [21] descenderet, MA, MB. [22] descendit, V, MA, OC. [23] ut a, MG (et), CM, OC. [24] contrarium, LA, OC; (quibusdam videtur qui dicunt, MC). [25] alia, LA, MC; ex aliqua, MA. [26] possit, V, OC, MA, MB. [27] heredibus suis, V, MG, CM, OC. [28-29] per ipsum, MG; cum, LA, Y, CE, OB, MA, MB, MC. [30-31] Om., V, OB, MA, MB, CE, Y.

feloniam aliquam fuerit utlagatus, si uxor propter hoc eicienda sit ab hereditate propria? In quo casu diversæ sunt[32] opiniones, et[33] secundum Martinum[34] quod propter factum viri sui eici non deberet, nec in vita nec in morte viri sui. S. vero de Segrave sensit contrarium quod foret eicienda, et numquam in vita viri sui[35] restituenda. Et hæc forte potuit esse causa, quia hereditas occasionem daret viro utlagato veniendi ad uxorem suam, et hoc esset contra pacem. Martinus dicebat quod propter hoc non deberet[36] eici ab hereditate, nisi post utlagationem convicta esset de receptamento, vel forte quod ab initio consentiens esset feloniæ. Si[37] autem non, dicebat quod bene potuit virum suum exhibere et ei necessaria invenire in alio regno.[38] Sed esto quod uxor petat hereditatem suam vel partem, cum fuerit extra seisinam, postquam vir suus fuerit utlagatus, sine viro suo audiri non debet licet fuerit sine culpa, nec assisam portare poterit de nova disseisina, si forte post utlagationem viri[39] fuerit eiecta. Item cum hereditas sit communis tam viri quam uxoris, ut si terra data fuerit viro in maritagium[40] cum uxore, et alter ipsorum[41] feloniam fecerit pro qua iudicium sustinuerit utlagariæ, quæritur an ille qui sine culpa fuerit amittere debeat totam terram illam an[42] eius partem. Item cum res communis fuerit inter participes, et unus feloniam fecerit et convictus fuerit, quæritur an plus forisfaciat[43] quam partem suam. Videtur quod non. Et in primo casu, licet in donatione maritagii mentio fiat de viro, tamen non erit ita[44] viri[45] terra data quod eam[46] forisfacere possit, quia tota remanebit uxori sicut hereditas sua. Item si mulier aliqua sicut mater cum filio tenuerit in communi, et ubi dos numquam fuerit[47] partita nec assignata, si filius pro felonia[48] fuerit[49] condemnatus, quæritur si forisfacere possit[50] dotem matris suæ. Videtur quod non, sed habebit actionem versus eum cuius eschæta terra illa fuerit. Item quid dicetur de eo qui cum condemnatus fuerit in seisina extiterit de iure alieno? Item si cum hodie fecerit disseisinam, cras fuerit condemnatus? Videtur quod talis ius aliorum forisfacere non potest, sed competit eis actio contra quoslibet possidentes, si voluerint,[51] per breve de ingressu. Item si quis ad vitam accipientis concesserit terram alicui ante condemnationem, tunc refert utrum hoc fecerit ante feloniam perpetratam vel post. Si autem ante feloniam, non erit terra eschæta ante mortem tenentis, cum nullus possit
f. 181] ius alienum forisfacere. Si autem post feloniam, aliud erit. Item si ad vitam suam propriam concesserit condemnatus cum vita exspirat ter-

[32] fuerunt, V, OA, LA, OC, Y, MC. [33] Om., OB, MA, MB. [34] M. de Pateshull, V; M. de P., MA. [35] Om., OA, LA, Y, MG, CM. [36] debet, V, OC. [37-38] Om., OB, MA, MB. [38] Om., MG, CM. [39] viri sui, V, MB. [40] maritagio, Y; maritag., MSS. var. [41] eorum, MA, MB. [42] aut, OB, MA, MB. [43] forisfacit, CM, Y. [44] Om., OB, MB, MA (erit ubique terra). [45] viro, V, MG, CM. [46] ea, OB, MB. [47] fuit, MG, CM, OC. [48] felone, LA, Y. [49] fuit, MG, CM. [50] posset, MG, CM; poterit, OA. [51] voluerit, V, OB.

minus.[1] Si autem ad firmam et ad terminum annorum concesserit alicui, erit terminus regis ut[2] catallum, quia accipitur terminus ad similitudinem catallorum.[3] Et notandum quod non debet rex habere de iure annum et diem de aliquo quod non possit esse[4] eschæta dominorum, nec cum eis remanere si de[5] hoc constare possit. Item videndum quid dicendum sit de clerico qui pro aliqua felonia captus fuerit. Si clericus captus fuerit pro aliqua felonia et de eo petatur curia christianitatis, et episcopus vel alius ordinarius petierit prisonam domini regis ad custodiendum eum, et talis frangat prisonam et fugiat ad ecclesiam, extrahatur ab ecclesia et reponatur in prisona a qua evasit, nec ecclesia ipsum tueri debet, nec etiam publicum latronem, quin extrahatur si ad pacem regis venire noluerit, sicut sunt prædones[6] publici vel huiusmodi, sicut latrones seisiti.

Qualiter utlagati post utlagationem ex causa admittuntur ad pacem. Cum quis ita fuerit utlagatus qualitercumque et ex quacumque causa, non erit ei tutum quod compareat antequam fuerit de gratia principis inlagatus. Rex enim poterit utlagatum de gratia sua inlagare,[7] et recipere eum ad pacem suam extra quam prius positus fuit[8] et reponere eum in legem, ita[9] quod si utlagatio rite facta fuerit et secundum legem[10] terræ et sive ex causa vera sive præsumptiva, perdonare poterit ei fugam et utlagationem. Si autem contra legem terræ,[11] debet eam pronuntiare esse nullam. Et quidam sic utlagati secundum[12] legem terræ facilius recipiuntur ad pacem, secundum quod ibi subfuerit causa vera vel nulla[13] vel minus sufficiens, ut si ille qui interfici debuit producatur vivus et sanus. Si autem factum tale[14] f. 181b] quod non sit criminosum eodem modo, vel si factum[15] contingat per infortunium, vix autem[16] aut numquam admittuntur. Si factum fuerit criminale et feloniam contineat, tales quidem ad pacem recipi non deberent, ne ex facilitate veniæ aliis tribuatur materia sive audacia delinquendi. Et qualitercumque inlagetur,[17] ita debet inlagari quod omnibus respondeat qui versus eum loqui voluerint, et fiant[18] ei litteræ[19] domini regis patentes et testificantes quod pacem suam ei dederit in hac forma.

Breve quod dominus rex perdonat fugam et utlagariam omnibus ballivis dirigendum de tempore suo.

Rex etcetera omnibus ballivis et fidelibus suis præsentes litteras inspecturis salutem. Sciatis nos perdonasse A. fugam quam fecit et utlagariam in

[1] terminis, OA, LA. [2-3] Om., MG, CM, OC. [4] Om., MA, MB. [5] Om., OB, MA, MB, CE. [6] prisones, LA, Y (corr. pridones). [7] inlegare, V, MG. [8] fuerit, OB, MA, MB, MG, CM. [9-10] Om., MG, CM, OC. [11] Om., OB, MA, MB. [12] contra, OB, MA, MB, MC, CE, Y (* secundum contra). [13] præsumptiva nulla, OB, MA, MB. [14-15] Om., MG, OC, CM (— factum tale . . . admittuntur). [16] Om., LA, Y. [17] utlagetur, MA, MG, CE, MC. [18-19] fiat ei breve, OB, Y.

eum promulgatam pro recto tali vel tali, ut[20] pro morte, mahemio, robberia et huiusmodi, unde talis eum appellat. Et volumus et præcipimus quod idem A. firmam pacem nostram inde habeat, ita tamen quod stet recto si quis versus eum loqui voluerit. Et in huius rei testimonium ei fieri fecimus istas litteras nostras patentes.

Aliud breve, quod rex perdonat quantum ad ipsum pertinet utlagariam factam tempore patris sui.

ITEM[21] aliud de eodem.[22] Sciatis nos perdonasse quantum ad nos pertinet A. fugam quam fecit pro morte B. interfecti tempore domini regis Iohannis patris nostri, unde idem A. rettatus fuit. Et ideo volumus et præcipimus quod idem A. firmam pacem nostram inde habeat, ita tamen quod pacem faciat cum parentibus ipsius[23] B. et stet recto etcetera, ut supra. Litteras autem[24] istas secum deferat inlagatus quocumque ierit et in promptu habeat, ne quis ignorans ipsum gratiam regis adeptum fuisse tamquam utlagatum interficiat, quod quidem recenter post gratiam adeptam posset ignorare si inlagatus[25] ad manum et in promptu litteras regis non haberet. Sunt etiam aliæ formæ litterarum utlagationis, sed magistrales secundum qualitatem facti, ubi[26] quis de uno facto appellatus fuerit a duobus, et in uno se defenderit secundum legem terræ vel se in prisonam posuerit, et in alio comitatu fuerit utlagatus. Forma vero brevis talis est.[27]

Item quod rex perdonat utlagariam quia tempore quo appellum factum fuit, ipse appellatus in alio comitatu appellatus de eadem roberia rex remittit.

REX vicecomiti tali[28] salutem. Scias quod cum A. in comitatu nostro Eboraci appellaret[29] B. de cartis, armis, et equis C., domini ipsius A., et eidem C. robbatis in custodia ipsius A., et idem[30] C. eodem tempore quo appellum illud fuit in eodem comitatu Eboraci, appellaret eundem B. de eadem roberia in comitatu Essexiæ, et appellum illud inter prædictos A. et B. per præceptum nostrum positum esset coram iustitiariis nostris apud Westmonasterium, audito in curia nostra appello ipsius A. et audita responsione ipsius B., consideratum fuit in eadem curia nostra quod appellum illud nullum fuit, et quod idem B. inde quietus recederet. Et unde ut[31] audivimus, cum idem B.[32] appellatus esset[33] de eodem facto per ipsum C. in comitatu Essexiæ ad sectam et appellum ipsius C. fuit idem B. utlagatus, et publice pro utlagato clamatus in eodem comitatu Essexiæ. Et quoniam error præiudicare non debet veritati, et[34] prædicta utlagaria in prædicto

[20] vel, MG, CM, OB. [21-22] Om., V, MA; rex etc., OC. [23] Om., OB, MA, MB. [24] Om., OB, MA, MB, CE. [25] utlagatus, OB, MA, MB, CE. [26] ut si, V, MG, CM; (ut quis de novo facto, MA). [27] Om., OB, MA. [28] Om., OB, MA, MB, CE, Y. [29] Om., OB, MA, MB, CE. [30] Om., OB, MA, MB. [31] Om., LA, OC, Y, MC. [32] Om., OB, MA, MB. [33] Om., OB, MA, MB, CE. [34] Om., OB, MA, MB.

comitatu Essexiæ promulgata ex ignorantia processit, nec[85] dici poterit contumax qui in uno comitatu se legitime defenderit, licet in alio comitatu de eodem facto fuerit appellatus et utlagatus ex ignorantia et per errorem, de consilio magnatum nostrorum utlagariam illam nullam esse pronuntiamus, et illam eidem B. si qua esset perdonavimus. Et ideo volumus et præcipimus quod idem B. firmam pacem nostram inde habeat imperpetuum. f. 182] Et in huius rei testimonium etcetera. Item aliud de eodem, si quis falso coram iustitiariis fuerit indictatus ab aliquo et utlagatus, ob cupiditatem terræ suæ habendæ, et postea se reddiderit prisonæ domini regis.

Si quis falso coram iustitiariis fuerit indictatus, et postea se reddiderit prisonæ regis, remittit rex utlagariam.

Rex vicecomiti salutem. Ostensum est nobis ex parte A. quod cum peregre profectus esset tempore quo iustitiarii nostri ultimo itineraverunt in partibus tuis, quidam ex vicinis ipsius A. terram suam cupientes, cum inde culpabilis non sit, malitiose fecerunt eum indictari de latrocinio, et quod eum inde male crediderunt, et ita quod a præfatis iustitiariis nostris præceptum fuit quod nisi veniret ad standum recto de prædicto indictamento, exigeretur de comitatu in comitatum et secundum regni nostri consuetudinem utlagaretur. Quod cum idem A. a[1] peregrinatione reversus audivisset, de innocentia et fidelitate sua confisus, reddidit se prisonæ nostræ apud talem locum[2] antequam esset in comitatu tuo utlagatus. Comitatus vero tuus hoc ignorans, ut dixisti, interrogationem prosequens inceptam versus ipsum A. eundem, dum fuit in prisona utlagavit. Nos vero simplicitatem prædicti[3] A. attendentes et ignorantiam comitatus, utlagariam in eum hoc modo promulgatam ei perdonavimus, ita quod sufficientem inveniat securitatem ad standum recto si quis versus eum loqui voluerit. Et ideo tibi præcipimus quod acceptis ab eo modo prædicto salvis et securis plegiis, ipsum a prisona facias deliberari, et clamari facias per totum comitatum tuum quod firmam pacem nostram habeat. Et quod occasione prædictæ utlagariæ nullus ei molestiam inferat seu gravamen. Teste etcetera.

Item si ille qui interfici debuit sanus et vivus redierit.

Item si cuiquam meticuloso imponatur quod hominem interfecerit, vel indictatus fuerit et fugerit, et per sectam alicuius utlagatus, et ille qui interfici debuit postmodum sanus et vivus appareat, dominus rex de gratia sua remittit ei[4] utlagariam per hoc breve.

Breve de eo qui interfici debuit, si sanus et vivus revertatur.

Rex vicecomiti salutem. Scias quod iustitiarii nostri qui ultimo itineraverunt in comitatu tuo, recordantur quod cum A. in curia nostra coram eis-

[85] non, OB, MA, MB, CE.

[1] Om., LA, (+ Y). [2] Om., OB, MB. [3] dicti, OB, MA, MB, CE; ipsius, CM. [4] Om., OB, MA, MB.

dem iustitiariis nostris appellaret B. et quosdam alios de morte C. fratris sui, idem B., homo meticulosus et timens sibi, subtraxit se, ita quod coram eisdem iustitiariis nostris non stetit recto de appello illo, propter quod[5] a iuratoribus[6] et villatis de morte illa suspectus habebatur et male creditus fuit inde,[7] maxime propter fugam, et ita quod ad præceptum eorundem iustitiariorum nostrorum interrogatus fuit de comitatu in comitatum, et ita quod secundum legem terræ utlagatus est. Verum quoniam idem B. qui interfici debuit inventus est vivus et sanus, nos præsumptionem habitam propter fugam veritati præferri[8] nolentes[9] et quia iam manifestum est quod nulla subfuit vera causa utlagationis, fugam illam eidem B. remisimus et utlagationem perdonavimus, quod veniat ad pacem nostram de gratia nostra speciali. Et ideo tibi præcipimus quod in pleno comitatu tuo ubi idem B. fuit utlagatus, produci facias ipsum C. qui dicebatur occisus et ab omnibus videri, et tunc deinde[10] ipsum B. inlagari et ad pacem nostram recipi, et etiam publice clamari quod ipsum ad gratiam nostram recepimus, et quod ei dedimus firmam pacem nostram. Teste etcetera.

De inlagatione et ad quæ restituatur inlagatus.

Cum quis igitur[11] ita fuerit de gratia principis inlagatus, ad quæ restituatur? Et ad hoc distinguendum est utrum utlagaria rite et secundum legem terræ facta sit, sive subsit causa vera sive[12] præsumptiva, et sic valida et iusta, vel si facta fuerit contra legem terræ, et sic invalida, iniusta et nulla.

Iudicanda erit causa primo ante inlagationem pro qua fuit utlagatus, ut facilius admittatur ad pacem secundum causam utlagationis.

f. 182b] Item si subfuit causa, quæ et qualiter illa fuerit, et ubi de facto præcedente denotari possit felonia perpetrata, et in[13] qua[14] voluntate et assultu præmeditato: vel si factum evenerit per infortunium sine[15] felonia, ut cum quis licitum vellet aliud accidit per infortunium[16] illicitum quod non vellet: vel si aliquid[17] accidit ex necessitate, ut si quis hominem se defendendo interfecerit cum alias periculum evitare non possit: vel cum omnino nulla subfuit causa, sicut de meticuloso dicitur, et ubi ille qui interfici debuit vivus exhibetur. In primo[18] vero casu[19] ubi felonia denotari poterit, numquam deberet[20] talis[21] admitti ad gratiam vel non nisi cum magna difficultate, quia ex tali inlagatione et tali gratia de facili obtenta, ex tali veniæ[22] facilitate non solum inlagatis verum etiam aliis in hoc confidentibus datur materia delinquendi. Si autem factum evenerit per infortunium sine felonia, vel si

[5] hoc, MG, CM, OC. [6] iuratis, MG; iurator., OC; iur., OA, OB, MB, CE, CM, Y, LA, MC. [7] idem, MG, CM. [8] præferre, OB, MB, CE. [9] volentes, MSS. var. [10] demum, V, OB, MA, CE, MB. [11] Om., MA, MB, MG, CM, OC. [12] vel, MG, CM, OC. [13-14] iniqua, OA, LA, CE, MC. [15-16] Om., MG, CM, OC. [17] quid, V; aliud, OB. [18-19] prima . . . causa, MG, CM. [20-21] deberent tales, LA, MC. [22] venia, MA; nomine, MG, OC.

quis se defenderit licite, recipi debet ad gratiam et ad pacem sine[23] difficultate, gratia tamen principis comitante.

Item nulla omnino causa.

ITEM in casu ubi nulla subest causa, licet tamen utlagaria sit iusta et rite facta, recipi debet quis ad pacem de gratia et sine difficultate et aliquantulum de iure.[24] Cum autem utlagaria ipso iure nulla eo quod contra legem terræ et consuetudinem regni promulgata, sive subfuerit causa vera vel præsumptiva sive omnino nulla, secundum quod perpendi poterit ex præmissis, talis de iure recipi debet ad gratiam et de iure ad omnia restitui ac si non esset ab initio utlagatus.[25]

Non restituitur quis nisi tantum ad pacem.

IN omnibus vero casibus prædictis qualiscumque[26] fuerit causa, cum utlagatio rite facta sit et secundum legem terræ, non restituitur quis nisi tantum ad pacem, quod ire possit et redire et de novo contrahere. Non enim poterit id[27] quod per utlagariam fuit[28] dissolutum per inlagariam coniungi sine nova voluntate eorum qui prius contraxerunt. Non enim poterit rex gratiam facere cum iniuria et[29] damno aliorum. Poterit quidem dare quod suum est, hoc est pacem suam, quam utlagatus amisit propter fugam et suam contumaciam, quod autem[30] alienum est dare non potest per suam gratiam. <Cum appellatus fugerit et appellans rite prosecutus[31] fuerit[32] usque ad utlagationem, præsumitur vehementer propter sectam et propter fugam quod appellatus culpabilis sit, et huic præsumptioni standum erit semper quod appellatus non poterit[33] restitui[34] nisi ad pacem tantum, et quod omnia amittit donec probetur[35] contrarium,[36] scilicet quod factum nullum sit, quod bene fieri poterit, ut si ille qui interfici debuit post utlagationem producatur vivus. Et quo[37] casu[38] utlagatus restituetur[39] ad omnia quia factum nullum, et unde talis vera probatio vincit præsumptionem. Si autem utlagatus ante moriatur, forisfacit omnia[40] suis heredibus nisi de consilio et gratia aliud fiat.>

Item iuste utlagatus et rite non restituitur nisi tantum ad pacem quod ire possit et redire et pacem habere, et ad actiones restitui non potest nec ad alia, quia est quasi infans modo genitus et homo quasi modo genitus.

ITEM non[41] poterit inlagaria[42] restituere ad actiones et obligationes præ-

[23] hoc sine, MG, CM. [24] iure si nulla causa sit sed infortunium sine felonia, V, MG, CM, OC. [25] Om., OB, MA, MB. [26] qualitercumque, OC, CM. [27] idem, MG, CM, OC. [28] fuerit, MG, CM, LA, Y, MC. [29] Om., OB, MB. [30] enim, MG, CM, OC. [31] persecutus, MG, LA, MC. [32] Om., OB, MA, MB. [33] potest, V, CE, Y; potuit, CM. [34] non restitui (non) debet nisi, MA, MB; non restituitur nisi, OB. [35] Om., OB, MA, MB. [36] in contrarium, MG, CM, OC. [37-38] qua causa, MG, CM. [39] restituatur, V, MG; restituet, OA. [40] ad omnia, MG, CM, OC. [41] Om., OB, MA. [42] inlagatum, OB, MB, LA, Y; inlagatus, MC, MG.

hibitas,[43] neque ad homagium,[44] neque fidelitates, neque ad[45] sacramenta, neque ad alia per utlagariam dissoluta, contra voluntatem eorum de quorum voluntate prius fuerunt[46] coniuncta et firmata. Et ideo neque ad hereditates neque ad tenementa in præiudicium dominorum, et sic ad ea quæ f. 133] iuris sunt restitui non possunt.[47] Ex obligationibus vero præcedentibus nullus eis tenetur, sed ipsi omnibus ne sint melioris condicionis propter utlagariam, cum deterioris esse debeant. Inlagati vero dici poterunt quasi modo geniti infantes et novi homines quasi de novo creati, quia in personis eorum post utlagationem rite factam nulla præterita subsistunt,[1] sed post inlagationem tantum præsentia et futura succedunt,[2] et ad ea quæ pacis sunt restituuntur,[3] ut redeant ad regnum et exeant cum voluerint, vel remaneant si voluerint et sibi provideant in futuro de adquisitionibus rerum sicut prius negotiando, contrahendo, emendo vel vendendo, cum firma pace domini regis.

Quid felo forisfaciat.

<QUID[4] felo forisfaciat et quibus satis dictum est supra, sed cum restitui procuret, videndum ubi[5] restituendus erit de iure et ubi de gratia et ubi nec de iure nec de gratia, nisi hoc fiat de voluntate regis. Item et cum de iure vel de gratia fuerit restitutus post utlagariam ad quæ restituatur et ad quæ non. Cum autem quis propter suspicionem et malum rectum se subtraxerit, statim amittit catalla si coram iustitiariis vocatus non comparuerit propter fugam, licet statim ante utlagationem[6] comparuerit. Poterit quis utlagari propter fugam, sive ibi subfuerit vera causa vel præsumptiva. Præsumptivam[7] dico propter fugam tantum, licet ibi non sit vera causa. Veram[8] dico sive[9] quis interfectus per feloniam vel per infortunium. Præsumptivam,[10] cum nulla prædictarum[11] subsit vel cum ipse[12] qui occidi debuit[13] vivus appareat. In omnibus autem[14] casibus prædictis sive subsit vera causa[15] sive[16] præsumptiva, si quis fuerit restitutus post utlagariam rite factam et secundum legem terræ omnibus rite concurrentibus, nec ad catalla habenda nec ad hereditatem,[17] ad catalla videlicet propter fugam, nec ad hereditatem propter utlagariam rite[18] factam nisi tantum ad pacem,

[43] prohibitas, MG, CM, OC. [44] homagia, OC; homag., MSS. gen. [45] Om., OB, MA, MB. [46] fuerant, OB, MA, MC, CE, CM, MG; fuerit aut, OC; fuerint, MB. [47] posset, MG, CM, OC.

[1] subfiant, OB, CE, CM, MG; subeant, OC; substent, MB; obstant, MA. [2] succedant, OB, MA, MB, CE. [3] restituentur, LA, Y, MC; restituantur, MG. [4] ad (dicio) quid, MG, CM, OC. [5] utrum, OA, LA, OB, MA, MB, MC, CE. [6] utl. per feloniam vel, MG, CM; post feloniam, OC. [7] præsumptiva, V, MG, CM, OC, Y; om., MA. [8] vera, V, MG, CM. [9] si, V, MG. [10] præsumptiva, V, MG, CM, OC. [11] prædictorum, V, OC; prædicta ratio, OA, LA. [12] ille, MG, CM, MB. [13] debeat, CE, Y, MB. [14] vero, OB, MA, MB, CE, Y. [15] Om., OB, MA, MB. [16] vel, MG, CM, OC. [17] heredes, OA, LA. [18] Om., OB, MA, MB, CE.

ut omnibus respondeat qui versus eum loqui voluerint, quia statim cum convictus fuerit per utlagariam incipit ius merum reverti ad dominum capitalem, quia cum felone ulterius remanere non poterit, et talis restituitur ad gratiam sine præiudicio alicuius.[19] Item sunt quidam qui restitui debent de iure ad pacem in omni casu[20] et ad[21] omnia, licet fuerint utlagati, videlicet ubi utlagaria nulla ipso iure, ut[22] si facta fuerit contra legem terræ et regni consuetudinem, et aliter quam de iure[23] fieri deberet vel[24] alibi: alibi,[25] ut si[26] extra comitatum vel Londoniæ extra hustengum: aliter, quod[27] quidem esse poterit multis modis, ut si ante quintum comitatum. Item si in comitatu, tamen ad nullius sectam regis vel parentis vel amici. Et si secta ibi fuerit, tamen ille qui utlagatus est[28] fuit infra ætatem. Item cum ille qui utlagatus est venire non potuit, quia ante utlagationem se posuit in prisonam[29] pro facto illo vel alio. Item cum de facto illo appellatus fuit et interrogatus pro facto uno in uno comitatu ab uno, se defendit[30] in alio comitatu versus alium appellantem de eodem facto, et multis modis aliis. Item inlagari[31] debet quis sine[32] iuris iniuria, licet non ad hereditatem[33] nec ad catalla, ubi nulla subfuit causa utlagationis omnino[34] nisi quod fuit meticulosus, et sic nullam[35] rem timens subtraxit se, vel quia ipse qui interfici debuit iam apparet vivus, et huiusmodi. Et in hoc casu denotatur ius et non gratia. Item restitui potest de gratia, sed non de iure ad pacem tantum, et non ad[36] alia cum rite fuerit utlagatus, sicut est ille qui hominem interficit per infortunium et non[37] ex mala voluntate, quia voluntas et propositum distinguunt maleficia. Si quis autem per feloniam et in assultu præmeditato alium interfecerit,[38] talis numquam de iure restitui deberet nec de[39] gratia, quia cum talibus nulla gratia facienda,[40] ne talis gratia aliis præbeat audaciam consimilia[41] perpetrandi, quia facilitas veniæ etcetera. Facit tamen rex aliquando gratiam talibus sed contra iustitiam, cum ad sectam suam fuerint utlagati, sed tamen ut omnibus[42] respondeant. Item esto quod filius antenatus utlagatus
f. 133b] in vita patris vel alterius antecessoris fuerit inlagatus, et sic ad pacem domini regis expectaverit[43] mortem antecessoris sui, nec iste ad hereditatem admittetur. Item cum inlagatus fuerit tali modo quod[44] omnibus respondeat, et se forte defenderit per corpus vel per patriam, nec adhuc ad-

[19] alterius, CE; alterius alicuius, V. [20] causa, MG, CM. [21] Om., OB, MA. [22-23] Om., MG, CM. [24] ut, MG, CM, OC. [25] Om., MA, MG, CM, OC; *sic*, OA, OB, LA, CE, Y, MC. [26] Om., MG, CM, OC. [27] Om., OB. [28] Om., CE, OB, MB, Y. [29] prisona, V, MG, CM. [30] defenderit, MG, CM, OC. [31] utlagari, OB, MA, CE, Y. [32] non, OB, MA, MB, CE, Y. [33] heredes, OA, CE, Y, OB, MA, MB; hered., LA. [34] Om., OB, MA, MB; animo, LA. [35] ad nullam, MG, CM, OC. [36] Om., OA, OB, MA, MB, CE, CM, MC. [37] Om., MA, MB, CE, Y, (+ OB). [38] interficit, MG, CM. [39] Om., OA, MG, CM. [40] facienda est, V, MC. [41] consimilem, OC; consilium, MG, CM. [42] in omnibus, OB, MB. [43] expectavit, OB, MA, CE, Y; expectant, MB. [44] ut et, V; ut, Y; pro, CM.

mittetur[45] licet sic purgaverit innocentiam suam. Item cum interrogatus esset et utlagatus, numquam exiit a seisina, sed semper fuit in continua seisina per uxorem et liberos et familiam suam, adhuc hereditatem retinere non poterit nisi dominus suus capitalis hoc voluerit propter utlagariam rite factam.>

Item restituuntur legi maxime in criminalibus, quod ipsi aliis respondeant, et alii ipsis non. In civilibus vero ipsi aliis.

ITEM restituuntur legi in criminalibus maxime quod ipsi aliis respondeant et stent recto si quis versus eos loqui voluerit, sed alii ipsis non respondebunt. In civilibus vero ipsi aliis, sed alii non ipsis, quia per utlagariam dissolvuntur quoad ipsos[46] obligationes, et perinde extinguuntur actiones quæ resuscitari non poterunt. Respondere autem tenentur si quis versus eos loqui voluerit, et ibi respondere tenentur omnibus, sed habent suas exceptiones versus omnes, præterquam illos qui rite et secundum legem terræ versus eos sectam fecerint per quam utlagati fuerunt,[47] et unde si versus alios se defenderint per exceptionem.

Rex remittit eis suam sectam sine præiudicio aliorum.

REX remittit eis suam sectam, quod quidem facere poterit sine præiudicio aliorum. Si autem cum quis fuerit utlagatus[48] et sit aliquis qui versus eum loquatur, qui sectam suam bene fecerit et sufficienter versus eum per quem utlagatus fuit, et petat iudicium de hoc quod per sectam suam utlagatus est, [quæritur] si debeat eum iterum[49] convincere cum semel eum convicerit per sectam suam. Videtur quod si quis utlagatus fuerit per sectam alicuius, non propter hoc convincitur de facto et felonia, nisi tantum de contemptu et inobedientia, et hac ratione, quia poterit quis utlagari per sectam alicuius propter fugam ut prædictum est, licet nulla subsit[50] causa, nec factum, nec felonia.

Si sit qui versus eum loqui voluerit cum fuerit inlagatus, oportebit quod versus ipsum loquatur per verba appelli.

OPORTET[51] igitur[52] quod appellans si sectam bene fecit[53] de novo loquatur versus eum. Et quo[54] casu[55] appellatus propter sectam bene factam ab appellante[56] amisit suas exceptiones, amisit[57] etiam electionem defendendi se per corpus suum vel ponendi se super patriam, cum appellans eum semel convicerit per appellum et per sectam. Et ideo quia appellatus hoc totum amisit propter fugam et utlagariam, oportet quod per patriam se defendat.

[45] admittitur, OA, MG, CM, OC. [46] ipsas, V, OB, MA, MB, MG, CM. [47] fuerint, V, MA, MG, OC. [48] inlagatus, V, OC; utlagatus, OA, LA, CE, MA, MB, Y, MG, CM, MC. [49] Om., MA, MB; (—iterum . . . semel eum, OB). [50] subfuit, V; sit, OB, MA, MB. [51] oportebit, OB, MA, MB. [52] ergo, OC, MG, CM. [53] fecerit, LA, CE, OC, MG, CM. [54-55] qua causa, MG, CM. [56] appellatione, MG, CM; appellatore, OC. [57] Om., MG, CM, OC.

Quod si per patriam se defendere non possit, quod doceat causam esse nullam per exhibitionem eius qui interfici debuit, alioquin iudicium sustinebit, vel si[58] patriam recusaverit quasi pro convicto habetur, ita quod in patria non poterit remanere: et si rex eum in patria sustineret, hoc esset ad iniuriam appellantis. Si autem non sit aliquis qui ab initio bene secutus fuerit, nec aliquis qui appellum habere possit, tunc poterit inlagatus[59] in patriam
f. 184] remanere ad pacem domini regis.

Item si antenatus filius ex pluribus feloniam fecerit in vita patris, et fuerit utlagatus in vita patris.

Item esto quod quis plures habuerit filios, et antenatus feloniam fecerit in vita patris et utlagatus in vita patris. Mortuo patre videndum est ad quem ius et hereditas descendere debeat. Et videtur quod non filio[1] utlagato, ex quo per utlagariam forisfecit[2] ius succedendi, et non solum adeptum sed adipiscendum. Non[3] ergo restituitur ad successionem, quia hoc esset ut videtur in præiudicium domini capitalis, quod esse non debet. Si autem in vita patris moreretur cum esset restitutus sine herede, tunc quasi non esset in rerum natura descenderet hereditas ad alios heredes propinquiores ut quibusdam videtur, quod non est[4] verum secundum alios qui melius sentiunt de talibus: quia cum antenatus moriatur in vita patris vel alterius antecessoris, sive inlagatus[5] fuerit sive non, forisfacit omnibus heredibus suis præsentibus et apparentibus, futuris, licet tunc non existentibus, propinquis et remotis, fratribus et sororibus, et de carne propria exeuntibus, totum ius quod habuit die quo felonia fuit perpetrata, vel quod ei accidere posset[6] ab aliquo antecessore, si antecessorem superviveret[7] et feloniam non commisisset, et qui mortuo antecessore futuri essent sui heredes si ius ei descendisset: quia licet gradus vacuus sit per mortem suam si ad pacem domini regis moreretur sine felonia, oporteret quod de eo[8] fieret mentio in descensu ad heredes de carne sua exeuntes sic. Et unde ius a tali antecessore descendisse debuit tali ut filio et heredi si[9] viveret, et[10] a[11] tali, tali[12] ut filio et heredi[13] talis. Et quod[14] dici debet de fratribus et sororibus et aliis heredibus remotioribus, propriis liberis non existentibus. Et sic non poterit dici immediate quod ius descendit a tali antecessore tali nepoti vel nepti, fratri vel sorori, vel heredi remotiori, nulla facta mentione de eo qui obiit in vita antecessoris. Et sic forisfacit ille qui feloniam commisit, sive moriatur in vita antecessoris sive post mortem, et sive utlagatus vel in vita antecessoris restitutus, et sic forisfacit actionem et ius habitum et habendum. Item hereditatem pro-

[58] si per, MG, CM. [59] utlagatus, V, CM.

[1] Om., MG, CM. [2] forisfecerit, MG, CM; forisfacit, OC. [3] nunc, MG, CM. [4] esset, MG, CM, OC. [5] utlagatus, OB, MA, MB, MC. [6] possit, MA, MB. [7] supervixerit, V, OC. [8] ea, OB, MA, MB, CE, MC. [9-13] Om., OB, MA, MB. [10-11] ita, LA, OA, CE, MC. [12] Om., MG, CM. [14] Om., OB, MA, MB.

priam adquisitam et adquirendam, secundum quod fuit in statu die quo felonia fuit perpetrata, in dominico et in[15] servitio, ad terminum vitæ vel annorum. Item idem dici poterit de fratre postnato et suis heredibus de omnibus quæ ei possent[16] accidere. Ex hoc igitur[17] sequitur ut[18] videtur,[19] quod antecessor cuius heres feloniam fecerit de qua convictus fuerit, post feloniam heredis dare non poterit nec alienare non magis quam ipse felo, cum non sit[20] heres qui possit donationem et factum suum warantizare, nisi hoc habeat speciale in carta feoffamenti sui quod dare possit et assignare[21] si heredes defecerint, vel sit ita quod donationem warantizare non possint[22] prædicta ratione.

Cum utlagatus captus fuerit, non alicui licitum est eum interficere nisi in ipsa captione se defendat.

CUM vero utlagatus captus fuerit non erit licitum alicui eum interficere nisi in ipsa captione si se velit defendere, quia post captionem vita et mors erit in manu regis.[23] Poterit quidem rex cum captus fuerit, licet rite sit utlagatus et ex causa, ex[24] plenitudine potestatis suæ dare ei vitam et membra et[25] ut regnum abiuret.

Aliquando poterit rex de sua gratia vitam concedere restitutis.

TENETUR etiam aliquando de gratia concedere ei vitam, ut si per infortu-
f. 184b] nium vel se defendendo hominem interfecerit. Tenetur etiam si nulla subfuit causa utlagariæ, ut si ille qui interfici debuit vivus et sanus producatur. Item si minus sufficiens fuit causa, quia forte factum pro quo fuit[26] utlagatus non fuit felonia sed transgressio. Item quia utlagaria non fuit rite promulgata, vel loco non debito ut supra, et secundum[27] quod sic[28] vel sic poterit abiurare regnum vel in regno remanere secundum gratiam regis. Item si clericus ordinatus, ubi[29] non nisi[30] degradatio si se purgare non possit. Clericus dico sive maior sive minor, etiam episcopus vel alius,[31] quia de talibus non poterit[32] rex exequi iudicium, nec iudicium factum in foro seculari de utlagaria ligabat tales qui in curia christianitatis se purgare possint[33] secundum quosdam.

De homicidio quod palam et pluribus astantibus perpetratum est, et postea de homicidio quod nullo præsente perpetratum est, et quod dicitur murdrum.

DICTUM est supra de homicidio quod palam et pluribus astantibus quan-

[15] Om., V, MA, Y. [16] possunt, MA, MB, LA, Y, MG, CM, OC, MC. [17] Om., OB, MA, MB. [18-19] Om., OB, MA, MB, CE. [20] Om., OB, MA, MB, CM, MG. [21] assignare et, LA, Y, MC. [22] possit, OA, OB; possunt, CM; om., CE. [23] domini regis, OB, MB, CE, CM. [24] et ex, MG, OC, CM, OB. [25] Om., OB, MA, MB. [26] Om., OA, CM. [27-28] si sic, OB, MA, MB; factum sic, CE, MC. [29] fuerit utlagatus, tenetur rex utlagatum remittere ordinario ubi, V. [30] fiet nisi, V; est nisi, CE. [31-32] alius de talibus poterit, OB, MA, MB. [33] possunt, V, OC, MG, CM.

doque perpetratur. Nunc autem dicendum[84] de homicidio quod nullo præsente, nullo sciente, nullo audiente, nullo vidente clam perpetratur, quod dicitur murdrum. Unde imprimis videndum quid sit murdrum, quæ causa inventionis, et qualiter quis a murdro excusetur. Murdrum vero est occulta[85] extraneorum et notorum hominum occisio a manu hominum nequiter[86] perpetrata, et quæ nullo sciente vel vidente facta[87] est præter solum interfectorem et suos coadiutores et fautores, et ita quod non statim assequatur clamor popularis. Occulta dicitur quia occisor ignoratur, nec scitur quis ille fuerit qui occidit. Item extraneorum et notorum hominum, ut comprehendatis tam masculum quam feminam, et sic excludatis animalia bruta quæ ratione carent. Extraneorum dico quia sive interfector cognitus fuerit vel incognitus,[88] dicitur Francigena nisi Englescheria, id est quod Anglicus sit,[89] probetur per parentes et coram iustitiariis præsentetur.

Quæ causa inventionis murdrorum.

Causa vero inventionis murdrorum talis fuit: quod in diebus Knuti[40] regis Danaorum qui post Angliam adquisitam et pacificatam rogatu baronum Anglorum remisit ad Daciam exercitum suum, et ipsi barones Angliæ erga ipsum regem Knutum fideiussores extiterunt, quod quotquot rex in Anglia secum retineret firmam pacem per omnia haberent, ita quod si quis Anglorum aliquem[41] hominum[42] quos[43] rex[44] secum adduxit interficeret, si se super hoc defendere non posset iudicio dei, scilicet aqua vel ferro, fieret de eo iustitia. Si autem aufugeret et capi non posset, solverentur pro eo sex et sexaginta marcæ, et colligebantur in villa ubi quis esset interfectus, et ideo quia interfectorem non habuerunt: et si in tali villa pro[45] paupertate[46] colligi non possent, colligerentur in hundredo in thesauro regis deponendæ.

Quid dicitur murdrum.

Et[47] dicitur murdrum extraneorum occisio et notorum, quia sive notus sit vel extraneus, ille qui interfectus est semper reputabitur Francigena nisi Englescheria rite fuerit coram iustitiariis præsentata, per quod[48] fieri[49] possit[50] f. 135] quod Anglicus extiterit. Et qualiter Englescheria præsentari debeat infra dicetur plenius suo loco. Item a manu hominum dicitur ad differentiam eorum qui a bestiis et animalibus quæ ratione carent occiduntur vel devorantur, et qui non possunt dici murdriti in felonia, quia animalia quæ ratione carent non possunt dici fecisse iniuriam neque feloniam. Vel hoc dici poterit ad differentiam eorum qui mortui sunt per infortunium, sicut de submersis et oppressis et huiusmodi per infortunium ubi nulla subest felonia, secundum quod inferius dicetur.

[84] Om., OB, MA, MB; dicendum est, OC, MG, CM. [85] Om., OB, MA, MB, CE. [86] Om., OB, MA, MB. [87] factum, OC, MG, CM. [88] ignotus, OB, MA, CM, MB, V. [89] sic, MSS. var. [40] cuncti, OB, MA, MB, MC. [41] a manu, MG, CM. [42-44] hominem quem, CE; hominum quem, MC. [44] Om., OB, MA, MB. [45-46] Om., MA. [47] et quid, OB, MA, MB. [48-49] hoc quod sciri, V; quod sciri, Y. [50] posset, MB, OB.

Qualiter patria excusatur a murdro.

EXCUSATUR quandoque patria a præstatione quæ datur pro murdro, sicut videri poterit in multis casibus sequentibus.[1] Imprimis excusatur[2] patria a præstatione murdri si interfector cognitus fuerit, sive captus fuerit sive non, quia ibi convinci poterit felonia vel per sectam vel per inquisitionem patriæ, et sic quod utlagatus sit.

Si interfector captus fuerit nullum erit murdrum.

ITEM si interfector captus fuerit et iudicium sustinuerit, nullum erit murdrum, quia convincitur felonia. Item nullum erit murdrum cum quis vulneratus fuerit usque ad mortem et vixerit postea per aliquod tempus, quia tunc potest ipse malefactores detegere, et manifestare vel cognoscere pro se utrum ipse sit Anglicus vel Francigena, et sic nullum erit murdrum. Item licet loqui non possit nec[3] detegere malefactores, si quis pro morte sua ad ecclesiam confugerit et mortem cognoverit, nullum erit murdrum.

Si mortui fuerint per infortunium.

ITEM de his qui mortui sunt per infortunium nullum erit murdrum, licet in quibusdam partibus de[4] consuetudine[5] aliter observetur, ut si homo mortuus,[6] submersus, vel oppressus et huiusmodi sine culpa alicuius inveniatur, nullum erit murdrum. <Nec deodanda sunt navis nec batellus nec alia catalla de his qui submersi sunt in mari, nec[7] in salsa, nec wreccum[8] erit, cum sit qui catalla advocet et hoc docere[9] possit.[10]>

Item si in mari vel eius ripa.

ITEM si in mari vel[11] in eius ripa, in[12] flumine publico vel in ripa eius, et maxime quatenus salsa attigerit, mortuus inveniatur, nullum erit murdrum nisi forte in terra occisus in mare vel in flumen mortuus proiciatur, vel vivus nequiter sit præcipitatus, quod[13] quidem dici posset[14] de omni loco publico, qui in nullius bonis esse dicitur nisi tantum in bonis ipsius regis. Si autem locus fuerit alicuius universitatis, aliud erit. Nequiter dico, ut si de submersis et oppressis et huiusmodi nuntietur, statim accedant ad mortuum coronatores antequam corpora sepeliantur et mortuum videant: et nihilominus diligenter[15] inquirant per decennas et villatas accepto sacramento si ibi sit felonia vel infortunium, et secundum hoc faciat suum officium. Et ideo si huiusmodi corpora sepulta fuerint sine visu coronatorum villata erit in misericordia.

Si mortuus ignoretur licet Anglicus, murdrum erit.

ITEM in omni casu si occisus notus fuerit et Anglicus, licet interfector igno-

[1] subsequentibus, V, CM, OC. [2] accusatur, MG, OC. [3] et, OB, MA, MB. [4-5] Om., MG, CM. [6] mortuus vel, MG, CM. [7-8] nec in wreccum nec in salsa, MG, CM, OC. [9-10] dici posset, MG; dre. posset, CM, OC. [11-12] vel eius ripa in, OA; vel ripa vel in, OB, MB (vel eius in); vel eius ripa vel eius in, MA; vel in ripa vel in eius, CE, MC. [13-14] quod dici possit, LA, Y. [14] possit, MA, MC. [15] Om., OB, MA, MB, CE.

retur, murdrum erit nisi secundum consuetudinem regni[16] et assisam Englescheria præsentetur et debito modo, quia non refert utrum non sit omnino præsentata vel minus rite. Et ideo qualiter præsentari debeat videndum.[17]

Qualiter debeat murdrum præsentari secundum consuetudinem diversorum comitatuum. In quibus vero comitatibus præsentatur sic.

Et sciendum quod statim[18] in ipsa inquisitione et coram coronatoribus, sed diversimode secundum diversas consuetudines comitatuum. In quibusdam vero comitatibus præsentatur[19] Englescheria, sive mortuus fuerit masculus vel[20] femina, per duos masculos ex parte patris et per[21] duas feminas ex parte matris de propinquioribus parentibus interfecti, qui olim dicebantur *tolang*[22] *and tobrod.*[23] In quibusdam vero comitatibus præsentatur per f. 185b] unum masculum ex parte patris et per unam feminam ex parte matris. Item in quibusdam comitatibus secundum quosdam, si masculus inveniatur interfectus, præsentatur Englescheria per unum masculum ex parte patris et per unum masculum ex parte matris. <Vel ex parte patris tantum vel ex parte matris tantum.> Et si femina modo prædicto per duas feminas. Quorum[24] quidem nomina irrotulari debent in rotulis coronatorum coram iustitiariis in itinere suo præsentanda, et ubi mutari non possunt personæ nec nomina nec variari, quod si contra factum fuerit nulla erit Englescheria cum sit minus rite facta. Et ideo dabitur murdrum. Et ideo sic præsentatur ut sciri possit utrum interfectus Anglicus fuerit vel Francigena.

Pro Anglico vero et de quo constare possit quod Anglicus sit, non præsentatur Englescheria.

Pro Anglico vero et[25] de quo constare possit quod Anglicus sit, non dabitur murdrum. Si autem Englescheria nulla sit vel minus rite facta, licet interfectus Anglicus fuerit, pro Francigena reputabitur.

Si autem dubium fuerit utrum Anglicus et utrum parentes producti eius sint vel non.

Si autem dubium fuerit utrum[26] producti parentes fuerint vel non, hoc per patriam declarabitur. Si autem plures[27] inveniantur occisi de[28] singulis per se oportet Englescheria præsentare, ut sciatur quando Englescheria rite præsentatur et quando non. Notandum quod si coram coronatoribus per quatuor et coram iustitiariis per duos, vel coronatoribus per duos et coram iustitiariis per unum, vel e contrario, nulla erit Englescheria. Item si nominibus eorum qui producti sunt vel eorum personis variatum sit vel erratum coram iustitiariis, non valebit præsentatio eo quod in hoc casu non ad-

[16] regni nostri, OB, MA, MB. [17] videndum est, V, OB (+); vid. erit, OC. [18] Om., OB, MA, MB. [19] præsentetur, LA, Y. [20] sive, V, CE, MA. [21] Om., MG, CM, OC, OB. [22-23] Tolang ant (an) Tobrod, MSS. var. [24] quarum, CE. [25] Om., MG, CM, OC. [26] utrum Anglicus fuerit vel non et utrum, V. [27-28] plures sint interfecti de, OB, MA, MB, CE.

mittitur variatio. Item si producti parentes non sunt[29] parentes mortui sed extranei, vel si producti sint[30] parentes ex parte patris ubi quidam illorum[31] produci deberent ex parte matris, et e converso.[32] Item ubi omnes produci deberent ex una parte, producti sunt ex parte utriusque. Item ubi plures produci deberent, producti sunt pauciores, et e contrario. Et ideo non valet si ibi fuerit variatio vel defectus. Et quoniam in diversis comitatibus diversimode præsentatur,[33] inquirendum erit in quolibet itinere ab initio quæ sit consuetudo præsentandi Englescheriam.

Si malefactores fugiant ad ecclesiam, qualiter debeant regnum abiurare si cognoscant latrocinium et feloniam.

SUNT etiam quidam qui cum capi deberent fugiunt ad ecclesiam vel ad alium locum religiosum vel privilegiatum, et se tenent in ecclesia: et quo casu nihil medium, nisi quod veniant ad pacem domini regis ad standum recto si quis versus eos loqui voluerit, vel quod[34] cognoscant maleficium propter quod se tenent in ecclesia, et sic habebit[35] electionem. Et quo casu si recognito maleficio elegerit regnum[36] abiurare, eligere debet portum aliquem per quem[37] transire possit ad terram aliam extra regnum Angliæ, quia non tenetur abiurare terram et potestatem regis præcise sed tantum regnum Angliæ. Et computari debent ei rationabiles dietæ usque ad portum f. 136] illum, et debet ei interdici ne exeat regiam viam, nec moram faciat alicubi per duas noctes, nec alicubi divertat,[1] nec multum declinet a via nisi hoc fuerit ex magna[2] necessitate vel hospitandi causa. Sed semper tendat recta via ad portum ita quod ibi sit ad diem sibi[3] datum, et quod transfretabit quam cito navem habuerit et ventum, nisi tempestate fuerit impeditus. Si autem contra fecerit[4] erit in periculo. Forma autem sacramenti hæc est.

De sacramento qualiter debent regnum abiurare.

HOC auditis iustitiarii vel O vos coronatores quod exibo[5] a regno Angliæ, et illuc iterum non revertar nisi de licentia domini regis vel heredum suorum, sic me deus adiuvet[6] etcetera. Et in sacramento faciendo nulla fiat mentio de aliquo impedimento. Sed quid dicetur si nullum eligere voluerit portum? Quia sine portu et mari[7] exire[8] poterit usque in[9] aliud regnum, tunc[10] non incompetenter[11] dici poterit ubi dictum est quod elegit portum,

[29] sint, V, LA, OC; essent, MG; (sunt non sunt, CM). [30] sunt, V, Y. [31] eorum, LA, Y, MG, MC. [32] contrario, LA, Y, CE, MA, MC. [33] præsentantur, V, CM. [34] Om., OB, MA, MB. [35] habebunt, MA, CE, LA, CM, Y, MC. [36-37] regnum abiuret et eligere debet portum per quem, OB, MB, CE, MA (abiurare).

[1] se divertat, V, OB, MA, MB, MC, CE, Y (+). [2] maxima, MA, Y. [3] Om., OB, MA, MB. [4] fecit, LA, Y; hoc fecerit, OB, MA, MB, MC (+ hoc). [5] exio, MG, CM, OC. [6] Om., OA, OB, LA, Y, OC, CM, MA, CE, MC. [7] mare, OA, OC, Y. [8] exire non, MG, CM, MC (+ non). [9] Om., MG, CM; ad, CE, MC. [10] et tunc, V; om., OB, MA, MB. [11] competenter, OB, MA, MB, CE, MC.

quod elegit transitum per talem villam via quæ ducit versus Scotiam, vel Hiberniam, vel alibi. Sed[12] quod[13] cognoscere debeat maleficium non est semper necesse, quia subicere poterit. Si ad ecclesiam confugerit postquam fuerit per patriam condemnatus, sive ante iudicium sive post, vel si fugerit ad ecclesiam cum captus fuerit seisitus, et in nullo istorum casuum cum ad ecclesiam confugerit morari poterit in ecclesia per quadraginta dies, sicut quidam dicunt, sed statim in adventu iustitiariorum vel coronatorum exire debet[14] et facere legem terræ. Spatium vero[15] quadraginta dierum olim dari solet damnatis per assisam de Clarendona, qui cum exire deberent[16] regnum possent[17] per quadraginta dies moram facere et quærere subsidia amicorum.

Quod non debet morari in ecclesia per quadraginta dies, et si velit quid tunc agendum sit.

Constitutio quidem talis fuit quod quamvis aliquis se purgaret iudicio æquæ vel ignis, hic nihilominus regnum abiuraret, et habuit[18] spatium illud occasione prædicta, quod quidem non est aliis concedendum. Sed quid si ille qui ad ecclesiam confugerit exire noluerit ab ecclesia, numquid[19] poterit per vim extrahi per manum laicalem? Non, ut videtur, quia hoc esset horribile et nefandum. Videtur ergo quod ordinarius loci sicut archidiaconus vel officialis suus,[20] decanus vel persona, hoc facere possent et deberent, scilicet compellere eum[21] exire, quia gladius debet iuvare gladium et iuris executio non habet iniuriam. Et cum talis exire noluerit nisi compulsus, præsumitur vehementer contra ipsum quod malus sit, <cum sit latro publicus maxime>, et defendere eum in ecclesia nihil aliud erit quam facere contra pacem et contra ipsum[22] regem qui pacem tueri debet ad securitatem omnium. Et si talis exire compelli non possit, saltem cum in ecclesia fuerit per unam noctem ad plus, sic poterit se tenere in[23] ecclesia[24] per quadraginta dies et per annum et biennium, si hoc fuerit in voluntate malefactoris. Quid igitur fiet cum ordinarii timeant irregularitatem et laici excommunicationem? Nihil aliud ergo video nisi quod tali[25] denegentur[26] cibaria, ut gratis exeat et petat quod contemptibiliter recusavit, et qui tali[27] super hoc cibaria ministraverit[28] tamquam inimicus regis et præsumptor contra pacem censeatur. Et sic fiat[29] de illis qui debent regnum abiurare et in exilium mitti.

De divisione exiliorum.

Est enim exilium triplex ad minus, aut certorum locorum interdictio, sicut provinciæ alicuius, civitatis, burgi vel villæ, imperpetuum vel ad tempus,

[12] secundum, CE, MC. [13] quia, MG, CM, OC; quod semper, LA, MC, Y. [14] debeat, MG, CM. [15] Om., OB, MA, MB. [16] deberet, OB, MA, MB. [17] posset, OA, MG, CM, OB, MA, MB. [18] haberet, CE, Y. [19] numquam, MG, CM. [20] sive, MG, CM. [21] ipsum, LA, Y, MC; om., OC. [22] Om., MG, CM, OC. [23-24] Om., OB, MA, MB. [25-26] denegetur tali, MG, CM. [27] Om., OB, MA, MB. [28] ministravit, OB, MA. [29] fiet, MG, CM.

secundum quod exposcit qualitas[30] delicti secundum quod fuerit maius vel minus. Item est[31] exilium propter crimen et latam culpam, et omnium loco-
f. 186b] rum interdictio imperpetuum, et nisi etcetera. Vel in[32] insulam deportatio imperpetuum vel ad tempus, quod quidem exilium dici poterit abiuratio regni sive[33] utlagatio. Et si quis ita exulatus exilio non obtemperaverit,[34] pœna capitali puniatur, hoc est, si post exilium tale sine[35] licentia[36] revertatur.

De homicidio per infortunium et casuali.

De homicidio vero casuali quod multipliciter fieri potest, et de quo supra tactum est, ut si quis telum in feram mittere volens, vel quid tale egerit, vel si cum socius luderet cum socio et iocosa levitate percusserit, vel cum longius staret cum arcu traheret vel lapidem proiceret, et[37] hominem quem non vidit percusserit, vel si cum pila luderet quis manus tonsoris[38] quem non vidit pila percusserit, ita quod gulam alicuius præciderit et sic hominem interfecerit, non tamen[39] occidendi animo absolvi debet, quia crimen non contrahitur nisi voluntas nocendi intercedat. <Et voluntas et propositum distinguunt maleficia, et furtum non[40] committitur sine affectu furandi.[41]> Et secundum quod dici poterit de infante et furioso, cum alterum innocentia consilii tueatur et alterum facti infelicitas[42] excuset. In maleficiis autem spectatur voluntas et non exitus, et nihil interest occidat[43] quis an[44] causam mortis præbeat. Sed[45] ibi distinguitur inter veram causam et infortunium,[46] de animalibus quæ ratione carent, vel aliis rebus inanimatis quæ dant occasionem, sicut navis, arbor quæ oppressit, vel huiusmodi. Recte autem loquendo res firma, sicut domus vel arbor radicata, quandoque non dant causam nec occasionem, sed facit ille qui se stulte gerit, nec equus multotiens. Item nec navis nec batellus in salsa licet in aqua dulci, et hoc per abusionem sicut in aliis multis casibus.[47]

De illis qui capti sunt, quod non debent spoliari bonis suis sed debent inde sustentari.

Qui pro crimine vel felonia magna sicut pro morte hominis captus fuerit et imprisonatus vel sub custodia detentus, non debet spoliari bonis suis neque terris suis disseisiri, sed debet inde sustentari donec de crimine ei[48]

[30] quantitas, V, MG, CM. [31] Om., V, CM. [32] Om., MG, CM, OC. [33] vel, OB, MA, MB, CE. [34] obtemperavit, MG, CM, OC. [35-36] Om., OB, MA, MB. [37] ad, MG, CM. [38] consortis, V, OB; tonsoris vel coloreis, MC; tonsoris vel consortis, CE; tons. + (vel consortis), Y. [39] tantum, MC, LA. [40] omnino non, V; omnino, MG, CM. [41] furandi et ibi distinguitur inter veram causam et infortunium, MG, CM. [42] imbecillitas, V; infedelitas, OA. [43-44] occidit quis aut, OC; an occidit quis aut, MG; an occidat quis an, CE, CM; an quis occidat an, LA, Y, MC; occidat quis aut, MA; occidat qui ante, OB; occidat quis an, V, OA. [45-46] Om., MG, CM. [45-47] Om., OC. [48] sibi, V, OC, MG, CM, Y.

imposito se defenderit vel convictus fuerit, quia ante convictionem nihil forisfacit, et si quis contra hoc fecerit fiat vicecomiti[49] tale breve.

Quod de bonis suis sustententur.

Rex vicecomiti salutem. Scias quod provisum est in curia nostra coram nobis quod nullus homo captus pro morte hominis vel pro alia felonia pro qua debet imprisonari disseisietur de terris, tenementis, vel catallis suis quousque convictus fuerit de felonia de qua rettatus est. Sed quam cito captus fuerit, per visum custodum[50] placitorum coronæ nostræ et per visum tuum et ballivi[51] tui[52] et legalium hominum appretientur catalla ipsius capti, et imbrevientur, et salvo custodiantur per ballivos ipsius qui capitur, et[53] qui bonam inveniant securitatem de[54] respondendo[55] coram iustitiariis nos- f. 187] tris cum ab eis exigantur, salvo tamen eidem capto et familiæ suæ necessariæ, quamdiu fuerit in prisona rationabili estoverio suo. Ut si idem captus fuerit coram iustitiariis convictus de felonia unde rettatus est,[1] tunc totum residuum catallorum illorum[2] ultra estoverium illud remaneat nobis, secundum regni nostri consuetudinem, cum termino nostro de terra illa per unum annum et unum[3] diem. Et si coram præfatis iustitiariis nostris se defendere possit et purgare de felonia sibi imposita, tunc catalla sua sibi quiete remaneant. Et ideo tibi præcipimus quod de cetero ita fieri facias in comitatu tuo et observari. Et firmiter tibi prohibemus ne de cetero prædicta[4] occasione manum apponas in terris et catallis alicuius qui captus fuerit prædicto modo. Ne amplius inde clamorem audiamus. Teste etcetera. De illis[5] autem qui[6] in fuga sunt aliter erit, ut supra dictum est.

Qualiter captus produci debeat coram iustitiariis.

Cum[7] autem taliter captus coram iustitiariis producendus fuerit, produci non debet ligatis manibus quamvis aliquando compeditus propter periculum evasionis, et hoc ideo ne videatur coactus ad aliquam purgationem suscipiendam. Cum autem productus fuerit et de[8] crimine ei imposito accusatus, si crimen statim confiteatur satis planum erit iudicium.

Si sit aliquis eum appellet.

Si autem negaverit et crimen defenderit præcise, et sit aliquis qui eum appellet per verba legitima appellum facientia, tunc autem[9] defendit præcise omnia quæ ei imponuntur, et[10] sicut ei imponuntur,[11] et nihil excipit contra appellantem.

Habet potestatem eligendi quod ponat se super patriam, vel se defendat per corpus suum.

Habebit electionem utrum se velit ponere super patriam, utrum culpabilis

[49] Om., MA. [50] custoditi, OB, MA, MB. [51-52] ballivorum tuorum, V, MG, CM, OC. [53] Om., OB, MA, MB, MC. [54-55] ad respondendum, MG, CM, OC.

[1] Om., OB, MA, MB. [2] suorum, LA, Y, OB, MC. [3] Om., MG, CM. [4] dicta, LA, Y, MC (corr. præd). [5-6] his qui, LA, MC, Y (+ autem). [7] qui, MG, CM. [8] Om., MG, CM. [9] aut, OA, LA, Y, MC; ante, OB, CM. [10-11] Om., V, OB, MA, MB.

sit de crimine ei[12] imposito vel non, vel defendendi[13] se per corpus suum. Si autem patriam[14] elegerit ad defensionem per corpus suum ex pænitentia reverti non poterit, sed per patriam negotium terminabitur, nec e contrario. Si autem per corpus suum intret[15] in defensionem nihil excipiendo, statim vadietur[16] inter eos duellum, si omnia rite concurrant et principalia maxime appellum facientia[17] et quæ[18] iungunt duellum. Et si forte appellatus[19] hoc omiserit iustitiarius[20] ex officio suo debet[21] omnia examinare.

Quod in duello iungendo iustitiarius debet omnia diligenter examinare.

IMPRIMIS factum et causam appelli, et si factum et causa sufficiant,[22] tunc[23] imprimis examinare debet sectam si bene facta fuerit, et quod nulla sit variatio, ut si appellans unum dixerit in comitatu et coram coronatoribus et aliud modo[24] dicat coram iustitiariis. Non enim admittitur hic[25] variatio,[26] secundum quod inferius dicetur plenius. Si autem omnia bene concurrant quæ iungant[27] duellum, tunc det appellatus vadium defendendi et appellator vadium disrationandi.

Vadiatio duelli, et si appellatus victus fuerit vel appellans.

ET si appellatus victus fuerit, capitalem subibit[28] sententiam cum exheredatione et omnium bonorum suorum[29] amissione, et sicut esse debet in quolibet genere feloniæ. Si autem appellans[30] victus fuerit, gaolæ committatur[31] tamquam calumniator puniendus, sed nec vitam amittit neque membra, licet secundum leges ad talionem teneretur si in probatione deficeret, et appellatus quietus recederet de appello illo,[32] nisi forte iustitiarii pro aliqua alia suspicione vel recto[33] duxerint ulterius retinendum. Quod aliquando faciunt ex causa, sicut contigit aliquando de Roberto Brodegha[34] in comitatu Berkeriæ coram M. de Pateshilla. Et hæc vera sunt quod appellatus per corpus suum se defendere poterit cum appellatus fuerit, nisi aliqua violenta præsumptio faciat contra ipsum.

In casu non est necesse probare per corpus neque per patriam, ubi præsumptio violenta facit contra appellatum.

QUÆ probationem non admittat[35] in contrarium per quam dedicere[36] vel defendere possit[37] mortem et feloniam, sicut esse potest cum quis captus fuerit super mortuum cum cultello cruentato, mortem dedicere non poterit. Et
f. 137b] hæc est constitutio antiqua, in quo casu non est opus alia proba-

[12] sibi, LA, Y, MC. [13] defendere, OB, MA. [14] per patriam, OB, MA, MB. [15] intrat, MG, CM, OC. [16] videtur, MG, CM. [17] facienda, MG, CM, OC. [18] Om., MG, CM. [19] appellans, MG, CM. [20-21] iustitiarii . . . debent, V, LA, Y, MA, MC. [22] sufficiunt, MG, CM. [23] Om., OB, MA, MB, CE. [24] non, OB, MB, MA (illud). [25] hæc, LA, Y, MC. [26] narratio, MG, CM. [27] iungunt, V, OA, MG, CM, OC, MB. [28] subiciet, LA, Y, MC; subiit, OC. [29] Om., MA, MB, OB. [30] appellator, LA, Y. [31] deputatur, OB, MA, MB, CE. [32] suo, OA, CE. [33] recta, CM; rectam, OC; recta causa, MG. [34] Brodelegha, Brodinga, Brodingha, Brodengha, Brodeke, MSS. [35] admittit, V, OB, MA. [36] deducere, MG, OC. [37] posset, MG, CM, OC.

tione. Item si quis iacuerit in domo aliqua de nocte solus cum alio[38] qui fuerit interfectus, vel si duo ibi fuerint vel plures et huthesium non levaverint, nec plagam a latronibus vel aliis qui interfecerint[39] in defensione facienda non receperint, vel[40] nec quis hominem interfecerit ostenderint de se vel de aliis, mortem dedicere non poterunt, ut de termino Sancti Michælis anno regis[41] Henrici nono incipiente decimo comitatu Cantiæ, de Ada de Burgham.[42] Eodem modo fere dici poterit ut videtur, ut[43] si quis in domum suam notum vel ignotum receperit hospitandi causa vel alia, et[44] qui sanus et vivus visus fuit[45] intrare, et numquam postea nisi mortuus, dominus domus, si tunc domi fuerit, vel alii de familia qui tunc præsentes fuerint, pœnam capitalem non evadent, nisi forte per patriam fuerint liberati si iustitiarii perspexerint veritatem per patriam debere[46] inquiri.

Ne quis extraneum hospitetur nisi de clara die.

Et pro hac suspicione constitutum est ne quis extraneum hospitetur nisi de clara die, nec permittat eum recedere nisi de clara die, et hæc etiam[47] præsumptio maxime[48] esse poterit, ut si dominus et homo suus iacuerint in domo una et dominus inventus fuerit occisus, homo tenebitur qui nec[49] clamorem[50] levavit nec plagam recepit nec in aliquo se opposuit ad defensionem. Et idem dici poterit de extraneo quod[51] vix evadere poterit periculum per inquisitionem patriæ, propter tam gravem præsumptionem de tam occulto facto. Sed[52] cum patria veritatem sciri non possit de tam occulto facto,[53] qualiter liberabitur ille qui super patriam se posuerit? Re vera satis liberat ex quo expresse non condemnat, sicut dici poterit de carta quod satis adquietat ex quo specialiter non onerat. Item poterit factum esse ita occultum quod secta sit nulla vel minus rite facta, tamen[54] calumniari non poterit[55] quia initium facti sciri non poterit, sicut de veneno dato: et quo casu non habebit appellatus electionem utrum se ponere velit super patriam vel defendere se per corpus,[56] sed oportet quod defendat se per corpus, quia patria nihil scire poterit de facto nisi per præsumptionem et per auditum,[57] quod quidem non sufficit ad probationem pro appellante nec pro appellato ad liberationem, nisi sit qui dicat ut supra quod satis liberatur, ex quo non condemnatur. Admittitur tamen ex necessitate quod appellatus habebit electionem propter inconveniens quod sequeretur, quia si semper teneretur se defendere per corpus, ita possit quilibet in tali facto alium appellare per campionem conductivum, quod[58] non est sustinendum.

[38] aliquo, V, CM. [39] interfecerunt, CE, OC, Y, MC. [40] Om., MG, CM. [41] regni regis, V, MG, CM, OC, Y, MC, LA. [42] Burgham, OC, MG, CM, Y; Burgh., MSS. var. [43] Om., V, OC. [44] ut, MG, CM. [45] fuerit, LA, Y, CM, MC. [46] deberet, OC, MG, CM. [47] Om., MG, CM. [48] Om., OB, MA, MB. [49-50] clamorem non, MG, CM. [51] quia, V, CM; qui, OB. [52-53] Om., MG, CM. [54] cum, LA, CE, MC. [55] potest, OB, MA, MB. [56] corpus suum, V, MG, CM, OC. [57] mandatum, OB, MA, MB; auditum vel per mandatum, V. [58] quia, MG, CM.

De quibus loqui debeat appellans in appello suo.

f. 138] IN omni vero causa criminali quæ sub se continet feloniam in appello fieri debet mentio de anno, de loco, de die, et hora. Loqui oportet et[1] de visu et de[2] auditu. Item quod appellans constans sit in[3] dicto suo et in omnibus circumstantiis, secundum quod inferius dicetur de exceptionibus. Verba autem appelli sunt hæc de[4] morte hominis.[5]

A. appellat B. per talia verba de morte fratris sui, et si ipse defecerit, tunc per talem, et ita quod sint plures de uno et eodem facto.

A. APPELLAT B. de morte C. fratris sui, quod sicut ipse A. et C. frater[6] suus[7] essent in pace dei et regis[8] apud talem locum, faciendo quid[9] tale vel transiendo[10] a tali loco usque ad talem locum, tali die, tali anno, tali hora venit idem B. cum talibus nominandis et nequiter et in felonia, in assultu præmeditato et contra pacem domini regis ei datam, fecit idem B. prædicto fratri suo[11] C. unam plagam mortalem in capite quodam[12] gladio, vel aliquo alio genere armorum molutorum,[13] dum tamen non de baculo neque lapide vel alio instrumento, secundum quosdam, quod dici non possit armum emolutum,[14] ita quod obiit infra triduum de plaga illa. Et quod hoc fecit nequiter et in felonia et contra pacem domini regis, offert[15] disrationare versus eum per corpus suum, sicut ille qui præsens fuit[16] et hoc vidit, et[17] sicut curia domini regis consideraverit.[18] Et si de eo male contigerit, per corpus talis fratris[19] vel alterius parentis C. qui similiter hoc offert disrationare per corpus suum, sicut curia consideraverit,[20] et sic ulterius de pluribus aliis si de tali male contigerit. Et qui omnes loquantur de visus sui testimonio, quia plures possunt unum appellare de uno et eodem facto et eodem vulnere. Et si appellatus versus unum ex pluribus se defenderit vel[21] per iudicium quietus recesserit, versus omnes alios[22] liberabitur et quietus recedet. Sed si unus appellantium moriatur vel defaltam fecerit, nihilominus tamen integra erunt appella aliorum. Item si de primo appellante quocumque modo vel quibusdam illorum male contigerit, illi qui superstites fuerint ad disrationem faciendam admittuntur. Possunt etiam[23] plures appellari[24] per eosdem de forcia, secundum quod inferius dicetur.[25]

[1] etiam, V, OC; om., MG, CM. [2] Om., OB, MA, MB, MG, OC. [3] Om., MG, OC; de, CM. [4-5] Om., V, OC. [6-7] Om., OB, MA, MB, CE. [8] domini regis, V, OB. [9] quoddam, V, CM; quidam, OC; quid., OA, MG. [10] transeundo, OB, Y, MC, LA. [11] meo, MA. [12] cum quodam, MG, CM. [13] mulutorum, MSS. gen.; multorum, CE, MG; munitorum, CM. [14] molutum, V; emolitum, MA. [15] offert se, V, LA, MG, CM, OC. [16] fuerit, MG, CM. [17] Om., OB, MA, MB, CE. [18] considerat, V; consideravit, Y; consideraverit, MA; consid., OB, MB, OA, LA, CE, OC, MC, MG, CM. [19] fratris sui, V, OC, MG, CM. [20] considerat, V, Y; consideravit, MG; consid., MSS. gen. [21] et, LA, Y. [22] alterius, MG, CM. [23] autem, MG, CM, OC; etiam et, Y, MC; om., OB, MA, MB. [24] Om., LA, Y, MC. [25] dicetur appellari, LA, Y, MC.

Item possunt plures appellari sicut unus de morte alterius.

ITEM possunt plures appellari a[26] pluribus de diversis factis et plagis diversis, et quo[27] casu[28] succoria[29] unius appellati de una plaga versus unum appellantium,[30] alium appellatum[31] de alia plaga versus alium appellantem non liberabit. Sed nec alii appellati de diversis plagis[32] convincuntur si unus eorum victus fuerit, sed quilibet eorum defendat[33] causam suam propria. Et sunt verba appelli huius[34] hæc.

Verba appelli de morte fratris vel alterius. Item et de forcia.

A. APPELLAT B. quod cum ipse et C. frater suus essent in pace dei et regis etcetera, ut supra, venit[35] idem B. cum[36] B.[37] supradicto appellato[38] et cum aliis nominandis, et nequiter et in felonia etcetera, ut supra, fecit eidem[39] C. unam plagam mortalem tali loco quadam bisacuta, et de qua si mortuus non esset de prima mortuus esset de plaga illa. Et quod hoc fecit nequiter et in felonia offert[40] etcetera, ut supra. Et ita dici poterit de pluribus appellatis et appellantibus de diversis plagis, sicut dictum est de prædictis qui præsentes sunt. Si omnes præsentes sint tam de forcia quam de facto, procedatur contra omnes per ordinem, dum tamen illi de forcia non respondeant antequam factum convincatur. Si autem omnes tam de facto quam de forcia absentes sint, tunc procedatur contra eos per ordinem, ut supra plenius de requirendis[41] reis et fugitivis. Si autem quidam illorum præsentes et quidam absentes, tunc tamen[42] per ordinem procedatur, ita tamen quod[43] factum prius convincatur.

Appellum de forcia.

f. 188b] ITEM[44] A. appellat talem quod cum ipse et C. frater suus essent in tali loco etcetera ut supra, venit idem talis cum prædicto B. appellato de facto scilicet et cum aliis nominandis, et tenuit ipsum C. fratrem suum quamdiu idem B. ipsum interfecit, vel vinxit eum, vel fuit in auxilio vel consilio qualicumque modo vel præcepto vel mandato quo magis ipse C.[45] fuit interfectus. Et quod hoc fuit[46] nequiter et in felonia offert[47] etcetera. Et ideo[48] dicit nequiter, quia multotiens illi qui nequiter interficiuntur vel occiduntur, tenti sunt ab amicis bono animo et non per malitiam. Et ideo tutum est et honestum de animo et voluntate diligenter inquirere.

[26] de, MG, CM. [27-28] qua causa, MG, CM. [29] succoria, LA, CE, MB, MC; successoria, OB, MA; suitoria, OA, MG, CM; fuitoria, OC; victoria, V; (* s)u(+ i)ctoria, Y. [30] appellatum, LA, Y, MC (a-tium). [31] appellant, OB, MB, MC. [32] Om., OA, CE. [33] defendet, V, Y. [34] Om., OC; huiusmodi, V, MA, CM. [35] unde, OB, MA, MB, CE. [36-37] cum C., V; cum B., OA, LA, CE, Y, OB, MB, MC; om., OC, MA. [37] Om., MG, CM. [38] appellanto, OB; appello, MA. [39] idem, OB, MB. [40] offert se, V, MG, CM, OC. [41] perquirendis, LA, MC. [42] Om., V, OC. [43] Om., MG, CM. [44] item idem, OB, MA, MB; idem, V, OA, MG, CM, OC. [45] Om., OB, MA, MB, CE. [46] fecit, OB, MA, MB, CE. [47] offert se, V, OB, MA, MB. [48] Om., OB, MA, MB.

Qualiter debent appellati defendere.

Et B. appellatus de facto scilicet[49] venit et defendit omnem feloniam et pacem domini regis infractam, et quidquid[50] est[51] contra pacem domini regis et mortem et omnia quæ versus[52] eum[53] proponuntur, et totum de verbo in[54] verbum secundum quod contra ipsum proponitur. Et tunc habebit electionem ponendi se supra patriam vel defendendi se per corpus suum, sic dicendo, et quod inde[55] culpabilis non sit, ponit se super patriam de bono et malo, si patriam elegerit, vel[56] paratus[57] se[58] defendere versus eum per corpus suum,[59] sicut curia domini regis consideraverit.[60] Et in quo casu cum se defenderit per corpus suum, debet[61] iustitiarius[62] imprimis examinare ad hoc quod iungatur duellum inter eos, nisi factum fuerit manifestum et criminale, quale sit factum et quæ[63] causa pro qua fit[64] appellum. Poterit enim factum esse ita leve quod non iacebit appellum, ut si levis transgressio vel si simplex iniuria. Item examinare debet per quæ verba factum sit[65] appellum in curia vel in comitatibus. Item qualiter responderit[66] ad appellum, et qualiter se[67] defendere voluerit per corpus vel per patriam. Ut si ita simpliciter dicat quod velit se defendere sicut curia domini regis consideraverit,[68] nisi plus dicat non erit defensus, quia non pertinet ad curiam regis[69] instruere eum qualiter se defendere debeat. Si autem sic dicat, *Paratus sum defendere vel per corpus*[70] *meum*[71] *vel per*[72] *patriam sicut curia domini regis consideraverit,* videtur per hoc quod auferat sibi electionem, quia non debet curia regis ipsum artare magis ad unum quam ad aliud, nec ei necessitatem imponere quomodo se defendere debeat cum habeat electionem. Igitur ad unum se tenere debet, sed cum patriam elegerit non erit in voluntate sua quam patriam, sed in[73] voluntate iudicis, licet ex certa causa certas possit recusare personas quamcumque patriam[74] elegerit, ut si patriam nativitatis[75] et alibi extra patriam suam deliquerit.[76] Poterit enim fidelis[77] esse in patria[78] nativitatis et alibi infidelis.

Si duellum declinare voluerit per hoc quod transiit ætatem.

Item cum per corpus se defendere elegerit per hoc quod transiit[79] ætatem,

[49] Om., MG, CM, OC; similiter, V. [50] Om., OB, MB. [51] Om., OB, MA, MB. [52-53] versus ipsum, V, OA; contra ipsum, LA, Y, MC. [54] ad, LA, Y, MC. [55] idem, OB, MA, MB, CE; idem inde, V. [56] Om., MA. [57-58] paratus se, LA, OC; paratus est, V; par. sum, OA, CE, MG, CM, OB, MA, MB; par. sit, Y, MC. [59] meum, OA, CE, MG, CM, OB, MA. [60] considerat, LA, CM; considerati, MC; consideraverit, V, MA; consideravit, OC; consid., MSS. var. [61-62] debent iustitiarii, LA, Y, MC. [63] quæ sit, OB, MA, MB. [64] sit, LA, MG, CM, OB; fuit, OC. [65] sit, V, OB, CE, OA, MG, OC; fuit, LA, Y, MA, MB, MC. [66] responderint, MG, OC. [67] Om., OB, MA, MB, CE. [68] considerat, Y; *sic*, V, LA, CE, OB, MA, MC; consid., MSS. gen. [69] domini regis, LA, Y, MC. [70-72] Om., OB, MA, MB, CE. [71] Om., OA, MG, CM, OC. [73] ex, MG, CM. [74] Om., OB, MA, MB. [75] necessitatis, MG, CM. [76] delinquerit, OB. [77] Om., OB, MA. [78] patriam, MG, CM, OC. [79] transit, MG, CM, OC.

declinare poterit duellum, sicut infra dicetur de exceptionibus. Sed cum semel sic[80] duellum declinaverit, si ex pænitentia recurrere voluerit ad defensionem per corpus, non audietur, quia non admittitur in hoc[81] casu[82] variatio.

Si omnia concurrant quæ iungunt appellum statim vadietur duellum.
CUM autem elegerit defensionem per corpus,[83] et omnia concurrant quæ iungunt appellum, statim vadietur[84] duellum. Et quo[85] casu[86] si a pluribus appellatus fuerit de uno facto et una plaga et versus unum se defenderit, recedet quietus versus omnes alios appellantes et etiam de secta regis, quia per hoc purgat innocentiam suam[87] versus omnes, ac si se poneret super patriam et patria omnino ipsum adquietaverit. Si autem neutrum istorum facere voluerit, quasi convictus et indefensus remanebit.

Si plures appellaverint unum, sed de diversis factis sicut de diversis plagis.
ITEM cum plures sic appellaverint unum de uno facto et una[88] plaga, et primus appellans post duelli vadiationem antequam percutiatur moriatur, f. 189] vel sine sui culpa inutilis ad pugnandum[1] efficiatur, vel si de eo humanitus contigerit, ille qui superstes fuerit disrationabit, et ad diem duelli quo ille[2] primus venire debuit veniat armatus, et eodem die duellum percutiat. Et ita fiat de pluribus appellantibus sicut de isto secundo si de aliis aliquid contingat humanitus. Si autem ille primus appellans sequi noluerit et defaltam fecerit, vel si præsens se retraxerit, aliud erit.

Si ante duellum percussum omnes appellantes mori contingat.
SI autem ante duellum percussum omnes[3] mori contigerit[4] vel omnes efficiantur inutiles ad pugnandum, sic cadet appellum. Sed tamen appellatus propter hoc non defenditur a felonia licet defendatur de appello. Et ideo rex sequi poterit pro pace sua si voluerit. Si autem ante duellum percussum appellatum[5] mori[6] contigerit, sic cadit appellum, et numquam convincetur felonia. Si autem appellatus ab uno ex pluribus sic appellantibus victus fuerit, hoc aliis sufficiet ad victoriam, quia per unum appellantem convinci poterit unicum factum et una felonia. Cum autem primus appellans unum sic appellaverit de uno facto, et alium vel plures de forcia et de[7] consilio vel præcepto, statim ante duellum vadiatum appellatus de facto non est per plegios dimittendus, nisi hoc fuerit de gratia, et tunc per ballium, scilicet corpus pro corpore, et appellati de forcia sunt replegiabiles donec ille de facto convincatur vel se[8] defenderit. Et percusso duello si appellans

[80] si, OB, MA, MB, CE. [81-82] hac causa, MG, CM. [83] corpus suum, V, OC. [84] audietur, MG, CM. [85-86] qua causa, MG, CM. [87] Om., OB, MA, MB. [88] de una, V, OA.

[1] purgandum, MG, CM. [2] ipse, LA, Y; tempore ille, MC; iste, OB. [3-4] omnes appellantes mori contingat, OB, MA, MB. [5-6] Om., MG, CM. [7] Om., OB, MA, MB, MC. [8] Om., MG, CM.

victus fuerit, illi[9] de forcia et præcepto per iudicium recedent quieti de appello,[10] quia ubi[11] factum nullum forcia nulla, nec præceptum nocere[12] debet cum iniuria nullum habet[13] effectum.[14] Et aliis appellantibus respondere non debet, ut prædictum est, de uno et eodem facto de quo semel se defenderit versus unum.

Si appellatus victus fuerit de facto, tunc demum procedatur versus alios de forcia et præcepto.

SI autem[15] appellatus victus fuerit,[16] tunc primo tenentur respondere[17] appellati de forcia et præcepto, nec ulterius erunt[18] replegiabiles, quia cum factum convictum sit, tunc primo præsumi poterit quod subfuit forcia et præceptum. Et ideo respondeant eodem die, et eodem die vadietur duellum inter primum appellantem et appellatum de forcia vel[19] præcepto, secundum quod per ordinem positi sunt in appello, ita quod[20] ille primo[21] de forcia et postea ille de præcepto, quia forcia quodammodo sub se continet factum, quod quidem non facit præceptum. Sed quare non possunt alii appellantes a primo et principali appellante, eo omisso, iungere duellum[22] cum appellatis de forcia et præcepto? Et est ut videtur, quia forcia et præceptum sunt quasi sequela facti principalis, et ita sunt[23] coniuncta facto et connexa[24] quod a facto non separantur, quia vulnus, forcia et præceptum generant unicum factum, nec esset vulnus forte nisi adfuisset forcia, nec vulnus nec forcia nisi præceptum præcessisset.

Si plures unum appellaverint de morte alicuius de pluribus plagis.

CONTINGIT etiam quandoque quod plures appellant unum de morte alicuius de pluribus factis et diversis plagis mortalibus: et quo[25] casu[26] plura sunt appella et diversa propter pluralitatem factorum: et unde quilibet eorum poterit de una plaga mortali appellare unum principaliter sine aliis per se, et alios plures de fortia et præcepto. Poterit etiam alius a primo appellare[27] alium de alia plaga mortali et alio facto, et eodem modo sicut primus, et ita deinceps de diversis plagis, tertius tertium et quartus quartum, et sic plures deinceps et eodem modo. Et[28] de verbis appelli satis dictum est supra. Sed tamen[29] appellatus omnibus appellantibus simul et semel re-
f. 139b] spondere non poterit, quamvis omnibus principaliter respondere teneatur. Oportet igitur quod uni respondeat[30] primo et sic deinde aliis per ordinem successive. Respondeat igitur appellatus[31] A. qui primus est in

[9] alii, MG, CM. [10-11] appello illo quia ibi, OB, MB, MA (ubi). [12-14] Om., OB, MA, MB. [13] habuit, OA; habuerit, MG, CE, CM, OC. [15] Om., CE, MC. [16] Om., OB, MB. [17] respondere illi, OB, MA, MB, CE, MC. [18] Om., MG, CM. [19] et, LA, Y, MC. [20] Om., OB, MA, MB, CE. [21] primus, MG, CM. [22] appellum, MG, CM. [23] Om., LA, Y; item, MC. [24] annexa, V, OC, Y. [25-26] qua causa, MG, CM. [27] appellatore, MG, CM; appellante, MA. [28] Om., MG, CM. [29] Om., OB, MA, MB; cum, MG, CM. [30] respondet, MG, CM. [31] Om., OA, LA, OC, Y (+); (resp. appellantes igitur, MC).

ordine appellantium, et ipse excipiat contra ipsum, et petat sibi allocationes fieri. Et quo[32] casu[33] si appellatus appellum declinaverit versus A. primum appellantem, propter hoc non cadunt appella aliorum, sed eodem die respondeat secundo appellanti, et si eodem modo appellum ipsius declinaverit, respondeat tertio eodem die, et sic fiat de pluribus. Et[34] quamdiu aliquis remanserit principaliter appellans, non erit recurrendum ad[35] sectam domini regis nisi[36] tunc demum cum omnes appellantes defecerint in appello suo.

Si unus plures appellaverit de diversis plagis mortalibus.

SI autem unus plures appellaverit de diversis plagis mortalibus et diversis factis in forma supradicta,[37] et primus appellatus appellum declinaverit, recedet ille quietus per iudicium, et similiter appellati de forcia et præcepto de eodem facto quantum ad appellum talis,[38] non tamen quantum ad sectam regis si rex sequi voluerit. Si autem appellans appellatum devicerit per duellum vel per patriam, et adhuc tenet appellum versus alios principaliter appellatos de aliis et diversis plagis, et etiam versus appellatos de forcia et præcepto de prima plaga et primo facto, quos quidem omnes convincere oportebit antequam regressum habeat appellans versus alios principaliter appellatos de facto de aliis et diversis plagis. Et omnibus istis ita convictis, per ordinem procedatur versus alios quousque omnes se defenderint vel convincantur, et sic erunt plura et diversa appella propter diversa facta.

Appellatus det vadium defendendi et appellans det vadium disrationandi.

CUM autem appellatus fuerit quis per verba appellum facientia, defensor sive appellatus det vadium defendendi et appellator vadium disrationandi, nisi appellatus exceptiones habeat pro se quas proponat ad defensionem suam antequam intret in responsum.

Sunt quædam exceptiones quæ generales sunt ad omnia appella et quædam speciales et diversæ, secundum diversitatem placitorum et appellorum.

SUNT quædam[39] exceptiones quæ generales sunt ad omnia appella, et sunt speciales et diversæ secundum diversitatem appellorum, sicut de morte hominis, de pace et plagis. Item de pace et plagis et mahemio vel[40] roberia. Item de pace et plagis et imprisonamento. Item de roberia per se. Item de combustione per feloniam contra pacem. Item de raptu virginum contra pacem. Et contra quodlibet istorum appellorum speciales sunt exceptiones in suo casu.

[32-33] qua causa, MG, CM. [34] Om., LA, Y, MC. [35] non ad, OB, MB, MA (nec). [36] Om., LA, Y. [37] prædicta, MG, CM. [38] tale, V, MG, CM, OC; tal., OA, OB, Y, MC. [39] autem, LA, Y, MC. [40] et, LA, Y, V, MB, MC; vel etiam, OB, MA, CE.

Prima exceptio et generalis in omni appello de secta, si bene et secundum legem terræ facta sit.

Est[41] quidem ista generalis exceptio et[42] prima in omni appello, scilicet si secta non[43] fuerit[44] bene facta, quia qui appellare voluerit et bene sequi, debet ille[45] cui iniuriatum erit statim quam cito poterit[46] huthesium levare, et cum huthesio ire ad villas vicinas et propinquiores, et ibi manifestare scelera et iniurias perpetratas. Et continuo accedere debet[47] ad servientes domini regis si inveniri possint, et deinde ad coronatores, et sic inde sine
f. 140] intervallo ad proximum comitatum, vel si in crastino feloniæ perpetratæ vel secundo die teneatur comitatus, sufficit pro[1] secta, dum tamen præcesserit[2] huthesium, si ad comitatum venerit, servientibus et coronatoribus non[3] quæsitis, quia die comitatus tenentur omnes adesse. Item sufficit pro[4] secta si continuo ostendantur[5] regi vel iustitiariis si præsentes fuerint, scelera perpetrata, et ibi dicetur ei quod eat ad vicecomitem et coronatores. Ad proximum vero et primum comitatum in præsentia vicecomitis et coronatorum fiat[6] appellum per verba appellum facientia, et inferius dicenda. Et ipsi vicecomes et coronatores omnia verba appelli, secundum quod proposita fuerint coram eis, [irrotulari[7] faciant[8]] per ordinem et modum appelli, illud[9] scilicet tantummodo nec plus nec minus. Et imprimis ad quem comitatum venit appellans post feloniam perpetratam, utrum scilicet[10] ad primum, secundum vel tertium, et qualiter et quæ verba proposuit in appello de morte hominis. Item si de pace et plagis, quales plagæ fuerunt,[11] recentes vel non recentes, in quo loco, cuius longitudinis et[12] latitudinis.[13] Item si de roberia, de quibus rebus, propriis vel alienis. Et si de pecunia numerata, exprimere debet numerum et genus pecuniæ. Si autem massa rudis, exprimere debet valorem. Si autem formata, qualitatem et pretium. Item si vestis, colorem et pretium. Si pannis, colorem, pretium, et numerum ulnarum. Item si animal, tunc genus, pilum et pretium. Item si de pace et imprisonamento, tunc[14] inquirendum quale fuerit imprisonamentum, utrum carcer vel simplex detentio. Item utrum in vinculis vel sine. Item utrum in ferro, vel[15] ligno vel in[16] utroque. Item si de combustione, qua hora facta fuit et de omnibus circumstantiis. Item si[17] de raptu,[18] tunc de[19] scissione[20] vestimentorum et de sanguinis effusione per

[41] sed, OB, MA, CE; et, MB. [42] Om., MG, CM. [43-44] Om., OB, MA, MB, MC. [45] Om., OB, MA, MB. [46] Om., OB, MB, MA (+ possit). [47] debent, MG, CM, OC; om., MB.

[1] quod, LA, Y. [2] processerit, V, OC; processit, MA; præcessit, OB, MB. [3] Om., MG, CM. [4] quod, LA, Y. [5] ostendatur, V, OC, LA, Y, MA. [6] fiet, LA, MC. [7-8] *sic*, V, Y (+); om., OA, LA, OC, MG, CM, OB, MA, MB, CE, MC. [9] istud, LA, MC. [10] Om., LA, Y (+). [11] fuerint, MSS. var. [12-13] Om., OB, MA, MB, CE. [14] Om., OB, MA, MB. [15] Om., LA, Y, MC; vel in, MG, CM, MA. [16] Om., V, CE, LA, OC, Y. [17] Om., OB, MA. [18] raptu virginum, OB, MA, MB. [19-20] de scisione, descisione, de cisione, decisione, MSS. var.

corruptionem. Item oportet mentionem facere in[21] irrotulatione appelli de anno quo felonia debuit perpetrari, quia ex hoc dabitur appellato exceptio si in rotulis coronatorum aliter contineatur de anno et aliter coram iustitiariis in narratione. Ut si in rotulis[22] coronatorum fiat mentio de decem annis et in narratione coram iustitiariis fiat mentio de quinque,[23] per hoc cadit appellum propter variationem. Item fit mentio de die ad quod[24] eadem[25] ratio poterit assignari et etiam alia, quia si appellatus docere poterit per certa indicia[26] per[27] proborum hominum testificationem se ea[28] die fuisse alibi, ita quod nullo modo præsumi posset contra[29] ipsum[30] quod interesse posset[31] tali facto ea[32] die propter locum ita remotum, quod hoc[33] esset impossibile, tunc cadit intentio[34] appellantis. Item fit mentio aliquando de hora, sed hoc non est multum de substantia negotii, licet variatum sit de hora, quia appellans in arto[35] positus bene potuit[36] horam ignorare, cum metus in se iustam contineat ignorantiam, et si variatum sit de hora ad hoc quod detur exceptio vel non, discretioni iustitiariorum relinquatur.[37] Item fit[38] mentio de loco prædicta ratione propter variationem. Item de comitatu fit mentio, sed non propter variationem, quia licet inter vicecomitem et coronatores de comitatu habeatur contentio, ex hoc non præiudicatur appellanti nec appellato. Sed si appellans ad primum comitatum non[39] venerit[40] per se, cum commode venire possit, vel per aliam[41] coniunctam personam cum per se venire non possit, tunc sibi præiudicat quantum ad appellum et ad excep-
f. 140b] tionem appellato, sicut in casibus supradictis. Et si ita variatum fuerit in appello et in narratione, quod appellans unum dicat et rotuli coronatorum protestentur[42] contrarium vel diversum, ut si appellans unum nominaverit in appello suo coram iustitiariis et rotuli coronatorum dicant quod[43] alium,[44] vel[45] si ibi unum de facto et coram iustitiariis eundem de forcia,[46] vel e contrario. Item si in[47] genere armorum variatum sit, quod ibi de baculo et hic de gladio, et generaliter qualitercumque variatum fuerit cadit appellum per exceptionem.

Si de recordo inter iustitiarios contentio habeatur, tunc quid agendum sit.

Est aliquando dissensio in recordo appelli faciendo inter coronatores et vicecomitem cum uterque debeat suum habere rotulum, in quibus quan-

[21] de, LA, Y; et in, OA, MA. [22] rotulo, LA; rotul., MSS. gen. [23] quinque annis, V, MG, CM, CE, MA, MC. [24-25] quem diem, OB, MB; quem, MA. [26] indicia, V, OA, OC. [27] et per, OB, MA; et, V, Y; vel, CE; om., LA. [28] eadem, V, LA, Y; eo, MG, CM, OC. [29-31] Om., MG, CM. [30] eum, LA, Y, MC. [32] tali, V; eo, MG, CM, OC. [33] Om., LA, Y, MC. [34] mentio, MG, CM. [35] arte, MG, CM. [36] poterit, MG, CM. [37] delinquatur, OC, MG, CM. [38] si, MG, CM. [39-40] Om., OB, MA, MB. [41] alium, OA, MG, CM. [42] protestantur, OA, LA, Y, MC. [43-44] aliud, V; quod aliud, OC; alium, MG, MA. [45-46] Om., OB, MA, MB. [47] Om., OB, MA, MB.

doque varia continentur,[48] quandoque concordant et habent recordum, et quandoque coronatores[49] per se sine vicecomite, ut[50] si vicecomes mortuus fuerit vel amotus, et rotuli non[51] inveniantur. Si vero rotulus vicecomitis discordet[52] a rotulis coronatorum et rotuli coronatorum conveniant, tunc eorum stabitur recordo, et[53] quia rotulus vicecomitis nihil operatur nisi ad testimonium. Et quid[54] si rotulus unius coronatoris discordet a[55] rotulis aliorum cum plures fuerint? Standum erit pluralitati. Si autem non nisi duo coronatores et[56] disaccordent,[57] tunc stabitur rotulo ipsius cum quo concordat rotulus vicecomitis. Si autem sint ibi quatuor coronatores[58] et duo dissentiant a duobus, nec appareat vicecomes qui rotulum habeat ad testimonium,[59] tunc stabitur illis duobus qui pro se habent aliquod adminiculum et qui cum appellante conveniunt. Et ideo audito appello appellantis et audita responsione appellati, tunc primo audiantur rotuli coronatorum, ut sciri possit utrum appellans appellum suum quod fecit in comitatu, in aliquo mutaverit coram iustitiariis vel si in[60] aliquo[61] variaverit, vel si sectam bene fecerit vel non.

Non potest quis in appello suo variare nec appellum mutare. Poterit adicere et accrescere appellum et non minuere.

Et sciendum quod in omnibus appellis maioribus vel[62] minoribus non potest appellans variare vel[63] appellum suum in aliquo mutare. Adicere tamen potest quandoque, ut si primo dicat et[64] appellet de plaga sibi facta sed non dixerit quibus armis, adicere potest et arma nominare, scilicet quod gladio vel bisacuta et huiusmodi. Item poterit appellans in iudicio actionem mutare,[65] maxime de[66] rebus robbatis vel furto ablatis, et de atroci iniuria, sed non de morte hominis, ut si actionem quæ criminalis est, primo civiliter intentaverit, poterit illam mutare et agere criminaliter, et sic crescere appellum et augere. Sed si primo actionem criminalem criminaliter intentaverit, non poterit eam mutare nec agere civiliter, et sic decrescere appellum vel[67] minuere. Auditis igitur verbis appelli et responsione appellati et recordo coronatorum, aut stabit appellum aut cadet, secundum quod secta[68] sufficienter[69] facta fuerit vel[70] minus rite, vel secundum quod variatum fuerit[71] vel non variatum. Quod[72] si omnia bene concurrant, tunc proponat appellatus[73] exceptiones si quas habeat competentes sibi.

[48] contineantur, V; contineatur, OC. [49] Om., MG, CM. [50] et, MG, CE. [51] Om., MA. [52] discordat, MG, CM. [53] Om., LA, Y, MC. [54] Om., LA, Y (+). [55] Om., OA, LA, MG, CM, OC (+). [56-57] Om., MA, MB, CE. [56-58] Om., OB. [59] testificandum sive ad testimonium, V, CE; testimonium sive ad testificandum, MC; testificandum, OC; rectificandum sive testimonium, MA, MB, OB (— sive). [60-61] Om., OB, MA, MB, CE. [62] et, LA, MC. [63] nec, OB, MA, MB, CE, MC. [64] quod, OB, MA, MB. [65] Om., MG, CM. [66] in, LA, Y, MC. [67] et, MB, OC; nec, LA, MG. [68] Om., CE. [68-69] Om., OB, MA, MB. [70-71] Om., MG, CM. [72] quia, MG, CM, OC. [73] Om., OB, MA, MB, CE.

Contra appellum poterit excipere appellatus. Exceptiones contra appellum.

EXCIPERE quidem[74] poterit contra appellum et dicere quod primo appellatus fuit de eodem facto ab alio[75] et per iudicium inde recessit quietus, et ad illam probandam vocare poterit rotulos et recordum iustitiariorum. Item excipere potest et dicere quod iustitiarii itineraverunt in comitatu illo postquam factum illud fieri debuit, et in itinere illo nulla facta fuit inde mentio, quod secus esset si appellum tunc esset inceptum licet nondum termina-
f. 141] tum, et ad hoc concordat breve de summonitione. Et quod talis exceptio valida est probatur de termino Sancti Michælis anno[1] regis Henrici nono incipiente decimo comitatu Herefordiæ,[2] de Henrico Rumbalde[3] indictato de morte hominis, et quod concelatum fuit in itinere ita quod nulla mentio inde facta fuit, et in secundo itinere resuscitatum fuit indictamentum, et apposita[4] exceptione ista, recessit Henricus inde quietus. Item declinatur appellum opposita[5] exceptione et probata quod quis alium appellaverit per odium et atyam, et sic non iacet appellum.

Exceptiones quod appellum non iacet.

ITEM non iacet appellum inter dominum et tenentem suum qui ei fecit homagium suum[6] durante obligatione homagii, nec[7] e contrario. Item nec[8] inter dominum et servum[9] suum, nisi appellaverit eum de felonia et seditione facta domino regi, in quo[10] casu[11] quilibet de populo[12] audiri debet appellans tam servus quam alius, et[13] sine plegiorum datione, nisi appellans traditor sit manifestus et convictus ut felo, qui versus fidelem vocem non habebit, <sicut de Ricardo Neel[14] et Radulpho de Bray, Vitali Engaynge et Willelmo filio Eliæ.> Item cadit appellum coram iustitiariis ubi nullum fuit appellum in comitatu nec secta facta ante iter iustitiariorum, vel si[15] appellans numquam fuit[16] prosecutus. Et hoc verum est nisi recens fuerit factum et[17] infra iter iustitiariorum evenerit. Item cadit appellum ubi appellans non loquitur de visu et auditu, quamvis locutus fuerit in comitatu[18] et hoc per comitatum testatum[19] fuerit, ut de itinere Martini de Pateshilla in comitatu Wigorniæ anno regis[20] Henrici quinto. Item cadit appellum si erratum fuerit in nominibus appellatorum vel cognominibus, ut si modo vocaverit unum Willelmum et postea eundem Robertum. Item si variatum

[74] Om., LA, Y. [75] aliquo, MG, CM.

[1] anno regi, MG, CM, OC, MC, LA. [2] Hertfordiæ, V, OC. [3] Rumbarde, Rumband, Rumbaud, Rimbaud, MSS. var. [4] opposita, LA, Y, MC. [5] apposita, MA, CM; posita, MG. [6] si suum, OB, MA, CE (si dominum). [7] appellaverit nec, CE; et non, OB, MB; non, MG, MA; ideo, CM. [8] Om., MG, CM, OC. [9] tenentem, OB, MA, MB, CE; servum suum vel tenentem, Y. [10-11] qua causa, MG, CM. [12] appello, OB, MB. [13] etiam, OB, MB, MC. [14] Noel, OA, OC, MG, CM. [15] Om., OB, MA, MB. [16] fuerit, OB, MB, CE. [17-18] Om., MG, CM. [19] testificatum, MG, CM. [20] regni regis, OC, MG, CM.

fuerit in modo appelli qualitercumque, ut si modo appellaverit unum de facto et modo de forcia eundem, et[21] e contrario. Item cadit appellum si appellans se semel retraxerit et iterum velit appellare cum appellatus semel per iudicium quietus recesserit. Et hoc dico quantum ad illum qui se[22] retraxerit, licet teneat[23] appellum quantum ad alios appellantes qui appellaverint de eodem facto, si non per iudicium sed per defaltam.

Si appellans se retraxerit: aliud est si defaltam fecerit.

DEFALTA enim non tollit appellum aliorum, iudicium tamen tollit imperpetuum de eodem facto. Si autem diversa fuerint facta, iudicium contra unum appellantem de uno facto non tollit appellum aliorum de[24] diversis factis neque defalta.[25] Et sic qui præsens se retraxerit, ulterius non admittitur ad appellum. Idem erit si cum præsens fuerit nihil loquatur[26] versus appellatum. Sed si appellans ad diem suum non fuerit prosecutus, sed defaltam[27] fecerit ut prædictum est, cadit breve, sed non cadit appellum cum per[28] aliud breve resuscitari possit,[29] nisi ita sit quod iudicium subsequatur. Item cadit appellum propter crimen appellantis, ut si fuerit traditor manifestus et de hoc convictus per confessionem vel rationibus manifestis. Item si latro cognoscens vel seisitus de latrocinio vel utlagatus qui secum[30] suum portat[31] iudicium. Item si accusator et appellans de felonia et seditione[32] facta domino regi, et conscius criminis statim et sine mora hora congrua cum possit seditionem[33] domino regi non[34] manifestavit nec suis, cum statim sequi debeat et recenter antequam se divertat ad alia. Item[35] cadit appellum si non fiat mentio de pace domini regis sed de pace iustitiarii vel[36] vicecomitis. Item cadit[37] appellum nisi fiat mentio de felonia facta.[38] Item
f. 141b] cadit appellum si appellans nihil loquatur de visu et auditu, ut de termino Sancti Hillarii anno regis[39] Henrici septimo comitatu Norfolciæ, de Durando scissore[40] et Henrico de Ver.[41] Item datur exceptio appellato.[42] Item oritur exceptio[43] ex persona appellantis, ut si clericus sit qui appellet ordinatus vel homo religiosus vel regularis, quia tales relinquunt sæculum et quæ sæculi sunt. Item quia latro cognoscens de quo supra dictum est, qui[44] vocem non habet versus[45] hominem[46] fidelem. Item si quis de[47] rebus alterius quam propriis, nisi cum[48] causa adiecta ut

[21] vel, V, CE, OC. [22] Om., OA, LA, OC, MG, CM, CE, OB, MA, MB, MC; *sic*, V, Y. [23] Om., MG, CM. [24] in, LA, Y, MC. [25] defecit, MG, CM; defectis, OC. [26] appellans loquatur, OC; loquatur appellans, MG, CM. [27] defectum, OC, MG, CM. [28] Om., OB, MA, MB. [29] poterit, MG, CM. [30] Om., OC, MG, CM. [31] portaverit, OB, MA (-vit), MB. [32] seductione, MG, CM. [33] seductionem, MG, CM. [34] Om., MG, CM. [35-38] Om., MG, CM. [36] et, LA, Y, CE, MC. [37] nullum, V, OA, LA, Y (corr. cadit), OC (nullum est). [39] regni regis, OC, MG, CM. [40] C(c)issore, OB, MA, MB, LA, OC, MG, CM, MC; tissore, Y. [41] Veer, MSS. var.; Wer, OA. [42-43] Om., OB, MA, MB. [44-45] quia v. n. h. contra, MG, CM. [46] Om., LA, Y. [47] in, LA, Y (corr. de). [48] Om., V; in, LA, Y; (nec omni causa, MA).

supra. Item si de morte alterius[49] vel plaga quam[50] suorum vel aliorum, nisi sua intersit certa ratione. Item differtur appellum ad tempus pro minori ætate, sive minor appellans sit vel[51] appellatus.

Cum nulla sit exceptio, tunc statim vadiatur duellum.

CUM autem appellatus nullam ab initio proposuerit exceptionem, vel cum exceptionem proposuerit, nullam habeat competentem qua se tueri possit, tunc statim vadietur duellum inter eos, et defensor primo det vadium defendendi et postea appellator det[52] vadium disrationandi, et postmodum defensor[53] primo iuret per verba negativa negando præcise feloniam ei impositam, et postea iurabit appellator per verba affirmativa, affirmando omnia esse vera quæ appellato imponit. Et est[54] ratio assignata infra de civilibus actionibus de duello vadiando[55] pro terra. Forma[56] vero sacramenti hæc est.[57]

Forma sacramenti talis est.

HOC audis homo quem per manum teneo qui te[58] facis appellari[59] A. per nomen baptisterii, quod ego patrem tuum vel fratrem vel alium talem non occidi, nec plagam ei feci tali[60] genere armorum per quod remotior esse deberet[61] a vita et morti propinquior, nec tu hoc vidisti, sic me deus adiuvet et hæc sancta. Et fiat mentio in[62] sacramento de anno, die, et loco secundum formam appelli. Et[63] postea iuret appellator contrarium per hæc verba:[64] Hoc audis[65] homo quem per manum teneo qui te facis appellari B. per nomen baptisterii, quod tu es periurus, et[66] ideo periurus,[67] quia[68] tali anno, tali die, tali hora, tali[69] loco[70] nequiter et in felonia occidisti C., patrem vel[71] fratrem vel alium parentum, vel dominum suum, vel aliter nequiter et in felonia et in[72] assultu præmeditato fecisti tali unam plagam, tali loco, tali genere armorum, de qua obiit infra triduum. Et ego hoc vidi, sic deus me adiuvet etcetera.[73] Et sic fiat[74] semper sacramentum secundum formam appelli, et ita observetur in[75] quolibet[76] genere sacramenti ubicumque[77] præstandum est sacramentum ex utraque parte.

Facto sacramento ex utraque parte, statim committatur defensor duobus militibus.

FACTO siquidem sacramento in[78] hac forma,[79] statim committatur defensor

[49-50] alterius quam plaga, OB, MA, MB, CE. [51] sive, V, OC, CE, MA. [52] Om., MG, CM. [53] Om., LA, Y (+). [54] Om., OB, MA, MB. [55] vadiendo, OA, OB, MC; vadiato, MG, CM; (duellis) vadiatis, OC. [56-57] Om., LA, MA, MG, CM, OC. [58] Om., MG, CM. [59] appellare, MG, CM. [60] Om., OB, MA, MB. [61] debeat, V, OB. [62] de, CM, Y (corr. in); de hoc, MG; in hoc, OC. [63-64] Om., MG, CM. [65] auditis, OB, MB. [66-67] Om., MA. [66-68] Om., OB. [68] Om., MB. [69-70] Om., MG, CM. [71] filium, V, MG, CM, OC (f. vel). [72] Om., OA, Y, MG, CM, LA (a saltu), OB, MA, MB. [73] et hæc sancta, V, MG, CM. [74] fiet, V, OB, MG. [75-76] Om., OB, MA, MB. [77] utrique, MG, CM. [78-79] Om., OB, MA, MB.

duobus militibus vel legalibus hominibus aliis,[80] secundum quod appellatus nobilis fuerit persona[81] vel ignobilis, et per eos[82] ducatur in campum ad duellum faciendum deputatum, et appellans eodem modo. Et ita debent[83] appellatus et appellans a prædictis custodiri, quod nemo post sacramentum factum cum illis habeat colloquium[84] ante duelli percussionem, excepto
f. 142] eo[1] quod cum in campum venerint iurare debent coram[2] iustitiariis secundum formam istam.

Sacramentum faciendum in campo.

Hoc auditis iustitiarii quod ego non comedi neque bibi nec[3] aliquis pro[4] me nec per me,[5] propter quod lex dei deprimi debeat et lex diaboli exaltari, sic me deus etcetera.

Fiat bannus regis.

ET facto tali modo sacramento statim fiat bannus regis sub voce præconia, et facto silentio per hæc verba: Præceptum regis et iustitiariorum est quod nullus sit ita ausus vel audax quod quidquid audiat vel videat se moveat vel verbis[6] proferat, et si quis contra hoc fecerit, captus erit et positus[7] in prisonam,[8] et ibi iacebit per annum et diem usque dominus rex de eo præceperit voluntatem suam. His igitur taliter peractis congrediantur campiones et pugnent. Et si appellans victus fuerit, vel si appellatus se defenderit contra ipsum tota die usque ad horam qua stellæ incipiunt apparere, tunc recedet appellatus quietus de appello ex quo se[9] obligavit appellans ad convincendum eum una hora diei, quod quidem non fecit. Et non solum quietus[10] dimittetur appellatus de facto, immo omnes alii qui appellati sunt de forcia et præcepto, nec ipse[11] appellatus de facto solummodo quietus recedet versus ipsum primum appellantem, verum etiam versus omnes appellantes qui ipsum appellaverint[12] de eodem facto, secus si de diversis.

Si appellatus victus fuerit.

SI autem appellatus victus fuerit, ultimo punietur supplicio cum pœna gravi vel graviori secundum criminis qualitatem, cum exheredatione heredum suorum et omnium bonorum amissione, secundum quod supra dictum est de utlagatis. Si autem plures unum appellaverint, vel plures de diversis plagis et factis, si appellatus se defenderit versus unum, procedant alii appellantes versus eundem[13] modo supradicto quousque omnes de facto convicti fuerint, et tunc deinde[14] procedatur contra ipsos de forcia et præ-

[80] Om., MG, CM. [81] Om., MG, CM. [82] quos, LA, Y, MC. [83] debet, V, MG. [84] alloquium, OB, MA, MB.

[1] Om., OB, MA, MB, CE. [2] *sic*, V, MA, CE; om., OA, LA, Y, MG, CM, OC, OB, MB, MC. [3-5] Om., CM. [4-5] per me, MG; pro me nec præ me, V. [6] verba, OB, MA, MB. [7-8] imprisonatus, MB. [9] Om., OB, MA, MB. [10] Om., CE, MG, CM. [11] Om., V, LA. [12] appellaverunt, V, OC. [13] eundem eodem, MG, CM. [14] demum, LA, MA, CE, MG, MC.

cepto de eodem facto, quia factum et præceptum ita connexa sunt quod separari non possunt.

Si appellans in campo se retraxerit.

SI autem appellans in campo se retraxerit, mittatur gaolæ, et ipse et plegii sui de prosequendo quos in ipsa vadiatione duelli invenit erunt in misericordia, quia appellans non disrationavit secundum quod se ad hoc obligavit. Si autem victus sit in campo aliud erit, quia non stat per ipsum quin faciat disrationationem: et quamvis ad gaolam mittendus sit, tamen fit ei aliquando gratia de misericordia quia pugnat pro pace.

Cum omnes de facto victi fuerint, tunc procedatur contra eos de forcia.

CUM autem omnes de facto convicti fuerint, tunc demum procedatur contra ipsos[15] de forcia et præcepto. Et loquatur contra primum per verba superius exposita, defendendo omnia quæ ei imponuntur ab appellante per verba negativa ut supra, scilicet quod tali die, tali anno, tali hora, tali loco, non venit cum tali qui appellatus est et convictus de facto, nec ipsum talem tenuit nec ligavit nec aliam forciam ei intulit, dum prædictus talis eum occidit vel plagavit per quod mortuus fuit et huiusmodi, sic eum deus adiuvet etcetera.

Sacramentum faciendum ab appellante.

ET appellans iuret contrarium per verba affirmativa. Et eodem die quo ille de facto convictus fuerit, si ille de forcia[16] tunc[17] præsens fuerit,[18] vadietur duellum. Sed detur alius dies ad percutiendum, quo die uterque veniet armatus, nisi forte ipse appellatus de forcia aliquam pro se habeat[19] exceptionem per quam declinare possit appellum, et percusso inter eos duello, si appellatus victus fuerit eandem pœnam sustineat[20] quam sustinuit ille de facto. Dicitur enim vulgariter quod[21] satis occidit qui præcipit,[22] vel qui malo animo tenet dum quis occiditur. Et ad paria iudicantur in utroque delicto quantum ad pœnam.

Si appellans de facto victus fuerit vel se retraxerit, illi de forcia per hoc liberantur.

f. 142b] SI vero legitime se defenderit ut prædictum est, dum tamen appellans[23] victus non fuerit, per hoc alii de forcia non liberantur, quia diversa possunt esse facta et diversæ personæ et diversæ causæ et ita diversa appella, ut si unus præcipiat aut[24] alius teneat, tertius percutiat, et quartus latronibus præbeat ingressum, et quintus in insidiis ne quis superveniat. Et[25] in omnibus istis casibus tenetur quilibet eorum de facto suo proprio. <Item[26] si[27] tamen[28] illi de facto convicti fuerint, ille de forcia appellari poterit per hæc

[15] eos, V, LA, OC, CE, MC. [16] facto præsens fuerit si ille de forcia, OB, MA, MB, CE. [17] Om., OB, MB. [18] Om., MG, CM. [19] habuerit, OB, MA, MB, CE. [20] sustinebit, OB, MA, MB. [21] Om., MG, CM. [22] præcipit occidere, OB, MA, MB, CE, MC. [23] appellatus, MG, CM. [24] et, V, CE, OC. [25] Om., V, MG, CM, OC. [26] item aliquid, MG, CM. [27-28] si cum, V, OA, MC; sicut, OB, MA, MB.

verba, per fratrem vel[29] alium parentem interfecti, scilicet: A. appellat B. quod idem B. fuit consentiens morti talis et in auxilio,[30] et ita quod ille qui convictus[31] est de facto exivit de domo talis appellati ad factum illud faciendum, et ibidem post factum rediit. Et quod ipse A. præsens fuit[32] in comitatu ubi prædictus B. minatus[33] fuit eidem[34] fratri suo, et ita quod in eodem comitatu petita fuit ab eo pax domini regis, et postea in curia regis ei data, et quod ita nequiter, offert etcetera. Et per hac verba considerandum fuit quod duellum esset inter eos, ut de termino Paschæ anno[35] regis Henrici nono comitatu Essexiæ, de Hugone de Godingham et Hugone de Cantilupo de morte Iohannis de Godingham.>

Si primo appellans de facto mortuus fuerit vel defaltam fecerit.

Si autem ille[36] qui primo appellaverit de[37] facto[38] mortuus fuerit, vel defaltam fecerit, vel[39] præsens se retraxerit, vel cum sequi velit appellatus per exceptionem appellum declinaverit, nihilominus tamen subesse poterit felonia, quæ si non convincatur ita remanebunt maleficia impunita, quod esse non debet. Et quoniam non solum iniuriatur ei qui occiditur, immo domino regi cuius pax infringitur, et quia adhuc subesse poterit felonia, quamvis appellatus appellum declinaverit nec adhuc defensus erit de felonia, sed semper stabit præsumptio propter appellum donec probetur contrarium, nec remanere debent maleficia impunita.

Rex potest procedere ex officio suo.

Procedat igitur rex ex officio suo et pro pace sua ad inquisitionem propter præsumptionem appelli, ac si appellatus sine appello esset legitime indictatus,[40] et quod ad regem pertineat accusatio[41] et secta pro pace sua.[42] Videtur et quod appellatus non solum tenetur appellanti, immo[43] domino regi, sicut videre poterit per verba appelli, ut si dicatur, talis appellat talem quod nequiter et in felonia et contra pacem domini regis etcetera,[44] per quod videri poterit manifeste quod appellatus non solum tenetur appellanti, immo domino regi. Et quo[45] casu[46] cum se defendere obtulerit per corpus, non audietur, quia rex non pugnat, nec alium habet campionem quam patriam, nec si esset qui diceret quod pugnare deberet duello[47] caderet, ex quo sectam non fecit, nec loqui potest[48] de visu et auditu. Recurrendum est igitur de necessitate ad patriam ut videtur, quam quidem si inculpatus recusaverit videtur quod sit indefensus, et per hoc quasi convictus, et quod cogendus sit videtur propter defectum alterius probationis. Ut si femina

[29] vel per, OB, MB. [30] auxilium, LA, MC. [31] victus, OB, MA, MB. [32] Om., OB, MA, MB. [33] nominatus, MG, CM; causatus, OC. [34] quod eidem, OB, MB; et eidem, MA. [35] anno regni, MG, CM, OC, MC. [36] Om., MG, CM. [37-38] Om., OB, MA, MB, CE. [39] vel ad, MG, CM. [40] iudicatus, CE, MA, MB; videntis, OB. [41] actio, MG, CM. [42] Om., OB, MA, MB. [43] sed, OB, MA, MB. [44] Om., OB, MA, MB, MG; et cum, LA, MC. [45-46] qua causa, MG, CM. [47] duellum, V, OC; duella, MG. [48] poterit, MG, CM, OC.

appellum fecerit de morte viri sui, non tenetur duellum facere propter sexum. Cogendus est igitur appellatus quod se defendat per patriam, quia cadit duellum propter sexum femineum, et ita fit in appello de raptu virginum.

Item defenditur quis ab appello propter mahemium.

ITEM defendit se quis de necessitate per patriam propter defectum corporis appellantis, scilicet propter mahemium. Item propter ætatem, ut si appellatus ætatem transierit, ut sexaginta annorum. Sed tamen ibi habet electionem utrum se defendere velit per corpus vel per patriam. <Ut de ultimo itinere Martini de Pateshilla in comitatu Lincolniæ anno regis[49] Henrici decimo, inter placita coronæ, de Gilberto filio Archardi[50] et Alano[51]
f. 148] Swadi qui transiit ætatem.> Igitur[52] in his casibus ut videtur tenetur quis se defendere per patriam, tum[1] propter regiam dignitatem et præcedentem præsumptionem, tum propter sexum appellantis, tum[2] propter mahemium, tum propter ætatem. Sed cum dominus rex sectam faciat[3] pro pace sua de appellato qui præsens fuerit, et ipse[4] per inquisitionem in quam se posuerit gratis vel invitus damnatus et[5] culpabilis inveniatur, videndum qua pœna puniri debeat, cum sint qui dicunt quod pœna[6] pecuniaria, quidam quod ultimo supplicio.

Si mulier per vim oppressa.

UT[7] si mulier per vim oppressa pucelagium suum amiserit, et cum de appello suo ceciderit, appellatus se posuerit super patriam per quam culpabilis esse inveniatur, condemnabitur ac si appellum processisset. Ut de termino Sancti Michælis anno regis Henrici sexto incipiente septimo.

De indictatis per famam patriæ ex suspicione.

DICTUM est supra ubi apparet accusator et sequitur et appellat, et de secta regis cum ceciderit[8] appellum. Nunc autem dicendum est[9] de indictatis per famam patriæ quæ præsumptionem inducit, et cui standum est donec indictatus se a tali suspicione purgaverit. Ex fama quidem oritur suspicio, et ex fama et suspicione oritur gravis præsumptio, tamen probationem admittit in contrarium sive purgationem. Suspicio quidem multiplex esse poterit. Imprimis si fama oriatur apud bonos et graves. Item ex facto præcedente oritur suspicio, cui etiam standum est donec probetur contrarium, ut si quis appellatus fuerit a probatore et fugerit propter[10] appellum, et mortuo probatore redierit. Item si quis de morte hominis vel alia felonia appellatus

[49] regni regis, MG, OC. [50] Archardi, OA; Arch., Ardiac., Aird., MSS. var. [51] Alanum, MSS. var. [52] item, OB, MA, MB, CE.

[1] tamen, MSS. var. [2] tamen, MSS. var. [3] facit, MG, CM, OC. [4] Om., OB, MA, MB, CE. [5] vel, MG, CM. [6] Om., OB, MA, MB. [7] et, V, OB. [8] cecidit, MG, CM. [9] Om., OA, OC, MG, CM. [10] Om., MG, CM.

fuerit et præsens appellum declinaverit, nihilominus suspectus habetur, quia felonia subesse poterit de qua appellatus se nondum purgavit,[11] et[12] unde standum est præsumptioni donec se purgaverit.[13] Sunt etiam[14] aliæ præsumptiones de quibus dictum est supra in parte, quæ probationem non admittunt in contrarium neque defensionem. Ut si quis cum cultello sanguinolento captus fuerit super mortuum, vel a mortuo fugiendo, vel mortem cognoverit coram aliquibus qui recordum habent, et huiusmodi: tales etiam[15] si accusator non apparuerit mortem dedicere non poterunt. Sed cum fama suspicionem inducat, videndum erit quæ et qualiter esse debeat talis fama et unde oriatur. Et sciendum quod fama quæ suspicionem inducit, oriri debet apud bonos et graves, non quidem a[16] malevolis et maledicis sed providis et fide dignis personis, non semel sed sæpius, quod clamor innuit et diffamatio manifestat. Tumultus enim fit[17] et[18] clamor populi[19] quandoque de pluribus quæ in veritate non fundantur, et ideo vanæ voces populi non sunt audiendæ.

Diligenter inquirendum a quibus didicerint id quod dicunt quia quidam mentiuntur per odium, quidam propter cupiditatem.

Iustitiarius igitur si discretus sit, cum propter famam et suspicionem per patriam debeat veritas inquiri an[20] indictatus de crimine ei[21] imposito culpabilis sit vel non, imprimis debet inquirere, si forte dubitaverit et iurata suspecta fuerit, a quo vel a quibus illi duodecim didicerint[22] ea quæ veredicto suo proferunt de indictato, et audita super hoc eorum responsione de facili perpendere poterit si dolus[23] subfuerit vel[24] iniquitas. Dicet forte aliquis vel f. 143b] maior pars iuratorum, quod ea quæ ipsi proferunt in veredicto suo didicerunt ab uno ex coniuratoribus suis, et quilibet[25] interrogatus dicet forte quod illud didicit ab alio tali, et[26] sic[27] descendere poterit interrogatio et responsio de persona in personam usque ad aliquam[28] vilem et abiectam personam, et talem cui non erit fides aliquatenus adhibenda. Et ita inquirat iustitiarius in huiusmodi quod gloria sua et laudis suæ titulus cumuletur, et ne dicatur Ihesus crucifigitur[29] et Barabas liberatur.[30] Per huiusmodi enim inquisitiones si diligenter et caute factæ fuerint, multæ inveniri poterunt inconvenientiæ. Evenit quidem quandoque quod dominus tenentem suum indictat, vel indictare[31] facit et ei crimen imponi ob cupiditatem terram suam habendi in dominico, vel vicinus vicino propter odium et huiusmodi.

[11] purgaverit, CE, OC, MG, MA, MC. [12-13] Om., OB, MA, MB. [14] autem, MG, CM. [15] autem, MG, CM. [16] in, MG, CM. [17] Om., OB, MA. [18] Om., MG, CM. [19] appelli, OB, MA. [20] an, LA, MG, CM; aut, OA, OB, MA, MB, CE, MC; si, V; si autem, OC. [21] Om., OB, MA, MB. [22] didicerunt, V, LA; dediscerint, OB, MB. [23] duobus, OB, MA, MB. [24] et, LA, MC. [25] quale, MG, CM, OC. [26-27] sicut, MG, CM. [28] aliquem, LA, OC, MG, CM, MA, MB, MC. [29] crucifigatur, OB, MA, MB, CE, MC; crucifigetur, CM. [30] dimittatur seu liberatur, OB, MA, MB, CE. [31] indictari, V; *sic*, MSS. gen.

Debet a iustitiariis dici ei qui suspectus habetur, quod omnes a iurata amoveat quos aliqua sufficienti ratione suspectos habuerit.

CUM igitur procedendum sit de[32] huiusmodi[33] ad inquisitionem, ut ad iudicium securius procedatur et ut periculum et suspicio tollatur, iustitiarius dicat[34] indictato quod si aliquem ex duodecim iuratoribus suspectum habeat, illum iusta[35] ratione amoveat. Et illud idem dicatur de villatis, ut si capitales inimicitiæ fuerint inter aliquos ipsorum et indictatum, vel si ob cupiditatem terræ suæ[36] habendæ, ut prædictum est, qui omnes ex iusta suspicione[37] amovendi sunt, ut inquisitio absque omni suspicione procedat.

Quod villatæ iurabunt per se vel omnes simul erectis manibus.

PRÆSENTIBUS igitur duodecim iuratoribus et quatuor villatis, imprimis iurabit quilibet de villata[38] per se, vel omnes simul erectis[39] sursum manibus singulorum in hæc verba.

Forma sacramenti hæc est.

HOC auditis iustitiarii quod veritatem dicemus de hoc quod a nobis requiretis[40] ex parte domini regis, et pro nihilo omittemus quin veritatem dicamus,[41] sic nos deus adiuvet[42] etcetera.

Verba quæ a iustitiariis proponenda sunt post sacramentum factum.

ET tunc unus ex iustitiariis illis huiusmodi[43] verba proponat: Talis qui hic præsens est rettatus de morte talis vel alio tali crimine, venit et defendit mortem et totum, et ponit[44] se super linguas vestras de hoc de bono et malo, vel forte dicet de hoc et de[45] aliis malefactis, si forte de aliis suspectus habeatur. Et multum refert utrum se posuerit super eos tali vel tali, quia secundum hoc[46] diversa sequitur condemnatio vel deliberatio.[47] Et ideo vobis dicimus quod in fide qua deo tenemini et per sacramentum quod fecistis, nobis scire faciatis inde veritatem, nec omittatis timore, amore vel odio, sed solum deum habentes præ oculis, quin dicatis si culpabilis sit de hoc quod ei imponitur vel de aliis maleficiis vel non, et non incumberetis eum si innocens sit a delicto illo.[48] Et postea secundum eorum veredictum aut sequetur deliberatio vel condemnatio.

Generalis forma observanda in sacramentis coram iustitiariis faciendis.

ISTAM vero formam inquisitionis per patriam[49] servabunt iustitiarii generaliter in omnibus inquisitionibus quæ faciendæ[50] sunt pro morte hominis, ubi quis se posuerit super inquisitionem, sive sponte sive per cautelam inductus, sive per necessitatem, in omnibus criminibus maioribus et minoribus. Pos-

[32-33] Om., MG, CM. [34] dicat de, LA, MC. [35] iuxta, MG, CM. [36] Om., OA, LA, MC, CE. [37] actione, OB; ratione, MA, MB. [38] villatis, LA, MC. [39] eiectus, OB, MA. [40] requiritis, LA, MG, CM; inquiretis, MA. [41] dicemus, V, MG, CM. [42] Om., OA, CE, OB. [43] hoc modo, OB, MA, MB. [44] imponit, OB, MA, MB. [45] Om., OA, CE, OB, MA, MB. [46] Om., MG, CM. [47] liberatio, MC, LA. [48] isto, MSS. var. [49] pænitentiam, OA, LA, OB, MA, MB; pœnam, CE. [50] facta, MG, CM; facit (sicut pro), OC.

sunt tamen[51] iustitiarii si viderint expedire ex causa necessaria, si grave crimen latens sit et iuratores forte amore, odio vel timore celare[52] voluerint veritatem,[53] separare iuratores ab invicem, et quemlibet per se et separatim examinare ad veritatem sufficienter declarandam.[54]

De pace et plagis factis contra pacem.

f. 144] DICTUM est supra de appellis[1] de morte hominis nequiter facta et contra pacem. Nunc autem dicendum de pace et plagis factis contra pacem. Fit autem appellum per hæc verba.

Verba appelli.

A. APPELLAT B. quod quadam die tali sicut fuit in pace domini[2] regis tali loco, vel sicut ivit in pace domini regis in chimino domini regis inter talem villam et talem, tali die ante tale festum vel post tale[3] festum,[4] anno tali, tali hora,[5] venit idem B. cum vi sua et contra pacem domini regis in felonia et[6] assultu præmeditato fecit ei insultum, et quandam plagam ei fecit in tali loco, tali genere armorum, et quod hoc fecit nequiter et in felonia offert[7] probare versus eum per corpus suum sicut curia consideraverit.[8]

B. venit et defendit.

ET B. venit et defendit pacem domini regis infractam, et feloniam et plagam et quidquid est contra pacem domini regis, et totum de verbo in[9] verbum quidquid ei imponitur et secundum quod ei imponitur, per corpus suum secundum quod curia domini regis consideraverit.[10] Et A. quæsitus si levavit clamorem et huthesium et quando venit ad comitatum cum appello suo, dicit quod statim levavit in facto illo et post factum, et[11] statim cum huthesio illo ivit ad propinquiores villatas et ad servientes domini regis et coronatores, et ad proximum comitatum fecit appellum suum. Et vicecomes et coronatores testantur quod secta[12] sufficienter et rationabiliter facta est, et quod plaga ostensa fuit ad comitatum recens et aperta. Et quia[13] secta rationabiliter facta est, et B. nihil ostendit per quod habere debeat[14] patriam, consideratum est quod duellum sit inter eos.

Duellum: et B. det vadium defendendi et A. disrationandi.

ET B. det vadium defendendi et A. det vadium disrationandi, et uterque plegios inveniat.[15] Et dabitur eis dies ad quem uterque veniat[16] armatus, et

[51] autem, MC, LA. [52] scelare, OA, OB, MB. [53] veritatem et, OB, MA, MB. [54] terminandam, OB; determinandam, CE, MA, MB.

[1] appello, V, MG, CM, OC. [2] Om., OB, MA, MB. [3] Om., OB, MA. [3-4] Om., MB. [5] hora tali loco, MG, CM, OC. [6] et in, OB, MA. [7] offert se, LA, CE, CM, MC. [8] considerat, V, LA, MC; consideravit, OC; consideraverit, MA; consid., MSS. gen. [9] ad, LA, MC. [10] considerat, LA; consideraverit, MA; consideravit, V, OC, MC; consid., MSS. gen. [11] Om., MSS. var. [12] secta illa, V, OB, MA, MB, CE, MC. [13] quæ, OB, MA, MB. [14] debet, V, OA, CM. [15] inveniet, V, CM. [16] veniet, V, CE.

ad quem diem poterit se uterque essoniare[17] vel eorum alter, ita quod unicum habeant[18] essonium. Et si appellans defaltam fecerit ad diem illum vel præsens se retraxerit, appellatus quietus recedet et appellans et plegii sui de prosequendo in misericordia. Si autem appellans venerit et appellatus non, habeatur appellatus pro indefenso. Si autem uterque defaltam fecerit et testatum sit quod concordati[19] fuerint, uterque capiatur, et ipsi et plegii[20] in misericordia. Si autem præsentes fuerint, uterque custodiatur.

Vicecomes cum coronatoribus testatur.

Cum autem vicecomes et coronatores testati fuerint contrarium, scilicet quod secta non[21] sit sufficienter facta eo quod nullum huthesium levatum[22] nec plaga ostensa recens et aperta, nec appellans venit cum appello[23] nisi ad secundum comitatum vel[24] tertium, cadit appellum. Et tunc quia subesse poterit felonia, inquirat rex[25] si voluerit pro pace sua. Et cum ita fuerit quis appellatus, et secta fuerit bene facta, habebit defensor electionem utrum se defendere velit per corpus vel per patriam. Et si aliquo istorum modorum se defenderit, omnes appellati de forcia vel præcepto quieti recedent. Si autem fuerit[26] condemnatus, tunc statim procedendum erit versus illos appellatos de forcia et præcepto.

Declinatur quandoque huiusmodi appellum per exceptiones: ideo de exceptionibus.

Declinatur quandoque[27] appellum de pace et plagis per exceptiones generales, secundum quod superius dicitur de appello de morte hominis. Declinatur etiam per exceptiones speciales, quia declinatur propter parvitatem plagæ, unde notandum est quod in appello de pace et plagis designandum[28] erit[29] cuius longitudinis fuerit plaga, et cuius profunditatis, et utrum ibi sit plaga vel rifflura, ad hoc quod procedat duellum vel non procedat. Ut sciri possit per factum utrum sit ibi iniuria vel felonia, et exinde quæ sequatur pœna. Poterit quidem[30] alius ab eo qui iniuriam passus est sequi appellum pro eo si ipse commode sequi non possit, ut si fuerit parentela
f. 144b] coniunctus vel homagio. Poterit etiam sequi ad utlagandum appellatum cum forte se subtraxerit, hoc tamen in appello apposito, quod ille principalis[31] sequeretur si posset, et sequetur si possit. Et unde per sectam talis poterit appellatus utlagari propter impotentiam principalis. Sed si ante utlagationem convaluerit, statim debet sibi assumere sectam et appellum, quia alterius secta ulterius non valebit, nec erit extunc si sequi voluerit ad utlagationem procedendum, cum ipse sit vivus et sanus, propter verba

[17] essoniare, LA, OB, OC, MC; essoniari, MA, CM; esson., OA, CE, MG, MB. [18] habeat, V, MG. [19] incordati, OB. [20] plegii sui, OB, MB, V. [21] Om., OB, MB. [22] Om., MC, LA. [23] appello suo, V, CE, MC. [24] vel ad, V, LA, MG, MC. [25] Om., OB, MA, MB. [26] Om., OB, MA, MB. [27] autem, MG, CM, OC; om., OB, MA, MB. [28-29] distinguendum est, OB, MA, MB. [30] enim, V; enim quidem, MG, CM, OC (quidam). [31] principaliter, MG, CM.

in principio appelli apposita per procuratorem, quod ipse principalis sequetur cum possit. Item videndum quo loco corporis plaga facta sit.[32] Item quibus armis, utrum[33] molutis armis,[34] ligno vel lapide, licet ligna et lapides sub armorum appellatione [non][35] contineantur. Arma vero moluta plagam faciunt, sicut gladius bisacuta et huiusmodi. Ligna vero et lapides faciunt brusuras et orbes ictus qui iudicari non possunt ad plagam, ad hoc quod inde perveniri[36] possit ad duellum.

Sed quid dicetur de eo qui virilia abscidit alicuius?

SED[37] quid dicetur si quis alterius virilia absciderit, et illum cum libidinis causa vel commercii castraverit? Tenetur, sive hoc fecerit volens vel[38] invitus, et sequitur pœna,[39] aliquando[40] capitalis, aliquando perpetuum exilium cum omnium bonorum ademptione. Item si quis mulieris visceribus vim intulerit quo partum abegerit, tenetur. Item si quis furem nocturnum occiderit, ita demum[41] impune feret[42] si parcere ei sine periculo suo non potuit. Si autem potuit, aliter erit. In manu enim regis sunt vita et mors hominum. <Sicut coram rege apud Wyndesore de quodam homine de Cocham coram Willelmo de Ralegha tunc iustitiario, cui dominus rex in tali[43] casu[44] perdonavit mortem.> Item erit idem si quis hamsoken, quæ dicitur invasio domus contra pacem in domo sua se defenderit, et invasor occisus fuerit, impersolutus[45] remanebit si ille quem[46] invasit aliter se defendere non potuit. Dicitur enim quod non est dignus habere pacem qui non vult observare eam. Item Iudæis filios suos circumcidere[47] licet, sed non alterius religionis hominem, quod si fecerit, castrati pœna irrogatur.

Appellum de plagis et mahemio.

DICTUM est supra[48] de pace et plagis. Nunc autem dicendum[49] de plagis et mahemio. Verba autem appelli sunt hæc: A. appellat B. quod cum esset in pace domini regis tali loco, tali[50] die,[51] tali hora, tali anno etcetera ut supra, venit idem B. cum vi sua, et in felonia et in assultu præmeditato etcetera ut supra, fecit ei quandam plagam in capite, vel in brachio, vel in alio loco corporis, ita quod mahemiatus est. Et quod hoc fecit nequiter et in felonia, offert[52] disrationare versus eum, sicut homo mahemiatus, prout curia domini regis consideraverit.[53]

B. defendit.

ET B. venit et defendit totum de verbo in verbum etcetera[54] ut supra. Et

[32] fuerit, MC, LA. [33-34] Om., OB, MA, MB. [35] Om., OA, OB, OC, LA, MA, MB, MG, CE, CM, MC. [36] pervenire, OC, MG, CM. [37] et, LA, MG, CM. [38] Om., OB, MA. [39-40] aliquando pœna, MG, CM, OC. [41] domum, MG, CM, OC. [42] foret, V; fecit, MA; fit, MB. [43-44] causa, MG, CM. [45] impersecutus et inultus, V. [46] qui, OB, MA. [47] Om., CM; circumdare, MG, OC. [48] Om., CE, OB, MA. [49] dicendum est, LA, OB, MB, MC. [50-51] Om., MG, CM, OC. [52] offert se, LA, OC, MG, CM. [53] consideraverit, V, OA, MA; consideravit, MG; considerat, MB; consid., MSS. gen. [54] Om., OB, MA, MB, CE.

quo[55] casu[56] videndum erit a iustitiariis si ibi sit mahemium vel non. Si autem adiudicetur mahemium, tunc aufertur appellato electio defendendi se per corpus vel per patriam, quia in hoc casu de necessitate artabitur appellatus ad defendendum se per patriam. Aufertur etiam[57] quandoque patria propter cognitionem appellati, ut si forte factum cognoverit coram aliquibus qui f. 145] habent recordum, sicut esse poterit si aliquis alium castraverit et forte cognoverit se esse seisitum de testiculis, factum ulterius dedicere non poterit contra eorum recordum.

Iudicandæ sunt plagæ ut si sit ibi mahemium.

Si autem mahemium adiudicatum non fuerit, procedatur contra appellatum sicut superius de pace et plagis. Excipitur quandoque contra huiusmodi appellum per generales exceptiones ut supra, ut si appellans non fecerit sectam sufficientem, vel si numquam fuit[1] prosecutus ante iter iustitiariorum, vel si nullam plagam[2] ostendit coronatoribus, vel non nisi ruffluram vel brusuram, orbes ictus cum baculo et non armo moluto. Item propter variationem, ut si modo[3] appellaverit quis de pace domini regis, et modo de pace vicecomitis. Item si primo de pace vicecomitis et postea de pace domini regis. Item si primo unum de facto et postea eundem de forcia, vel e contrario. Item si primo unum de una plaga et postea eundem de alia. Item si de una plaga de[4] uno loco corporis et postea de eadem in alio loco. Item si de plaga primo cum gladio et postea coram iustitiariis quod[5] bisacuta. Item si minori crimine appellatus sit quis et maiori, excipi poterit in minori donec maius terminetur, secundum quod excipi poterit in actione criminali et civili, quia semper terminabitur prius criminalis quam civilis. Item non omnis plaga facit appellum, quia parvitas plagæ ut prædictum est declinat[6] appellum, et hoc relinquitur discretioni iustitiariorum, dum tamen si in capite facta fuerit sufficit si attigerit usque ad os profunditas, et in quocumque[7] alio membro. Si autem os frangatur, quod de facili perpendi poterit per renoduram, vel testa capitis frangatur, ita quod extrahantur ossa vel scherda[8] magna levetur, declinabitur et cadet duellum propter mahemium.

Quid dici debeat mahemium.

Mahemium vero dici poterit ubi aliquis in aliqua parte sui corporis effectus sit inutilis ad pugnandum, et maxime per illum quem appellat, ut si ossa extrahantur a capite et scherda magna levetur ut prædictum est. Item si os frangatur, vel pes, vel manus, vel digitus, vel articulus pedis vel manus,

[55-56] qua causa, MG, CM. [57] et, OB, MA, MB.

[1] fuerit, MSS. var. [2] Om., MG, CM. [3] primo, V, CE; non, OB, MA, MB. [4] Om., V, MG. [5] cum, V, MG, CM, OC, MB. [6] declinet, MG, CM, OC. [7] quolibet, OB, MA, MB, CE. [8] scherda, scerda, seherda, cheda, screrda, skerda, MSS.

vel aliud membrum[9] abscidatur, vel per plagam factam contracti sint[10] nervi et membrum[11] aliquod, vel quod digiti curvi reddantur,[12] vel si oculus[13] effosus fuerit, vel aliud fiat in corpore hominis per quod minus habilis vel utilis reddatur ad se defendendum. Sed quid dicetur de eo qui dentes habet fractos,[14] si fractio dentium iudicari debeat ad mahemium? Ad quod sciendum quod est quoddam mahemium quo quis inutilis efficitur ad pugnandum, de quo supra dictum est.

Item si deformitas et non mahemium.

Est et[15] aliud quod deformitatem corporis inducit. Et unde refert utrum fracti sint[16] dentes præcisores, molares, sive maxillares, quia si[17] molares sive maxillares, cum latens sit mahemium non multum inducit corporis deformitatem nec inhabilitatem ad pugnandum. Si autem[18] præcisores, videtur quod ex hoc inducitur utrumque, huiusmodi vero dentes multum coadiuvant ad devincendum.[19] Castratio vero[20] quamvis latens sit, adiudicatur ad mahemium. Sunt et alia genera mahemii pro quibus non[21] remanebit duellum ut videtur, ut si auricula abscidatur vel nasus, hoc enim magis erit ad deformitatem corporis quam ad virium defectum.

Appellum de pace et imprisonamento.

f. 145b] In præcedentibus dictum est de pace, plaga et mahemio. Nunc autem dicendum est[22] de pace et imprisonamento, ubi liber homo scilicet captus fuerit et imprisonatus contra pacem in curia vel infra libertatem alicuius, sive fuerit inclusus domo vel castro, civitate, villa vel burgo, et in ferro, vinculis vel ligno detentus contra pacem, donec per servientem domini regis vel[23] breve suum fuerit deliberatus, cum fuerit vetitus per plevinam. Poterit enim quis[24] in hoc dupliciter[25] delinquere, uno modo per iniustam captionem et alio modo propter[26] iniustam detentionem.[27]

Verba appelli.

Verba autem appelli sunt hæc: A. appellat B. quod sicut[28] fuit in pace domini regis etcetera ut supra, venit idem B.[29] cum vi sua contra pacem etcetera ut supra, et duxit eum ad talem curiam vel ad talem locum et ibi eum posuit in vinculis, et in ferro et[30] in cippo,[31] et in prisona ibi eum retinuit[32] per tantum tempus, et[33] plagas ei fecit et mahemium,[34] donec[35]

[9] membrorum, LA, MG, OC, MA. [10] sunt, V, LA, MG, CM, MB. [11] membrorum, LA, CE, MA, MC. [12-13] sint reddantur vel oculus, OB, MA, MB. [14] fractas, OC, MG. [15] etiam, MG, CM, OC, MC. [16] sunt, V, MB. [17] sive molares, OB, MA, CE, MC. [18] Om., OB, MA, MB. [19] convincendum, MC, CE. [20] Om., OB, MA, MB. [21] Om., MA, MB. [22] Om., OA, CE, OC, CM, OB, MB. [23] Om., OB, MB; per, MA. [24] aliquis, OC, MG, CM. [24-25] quis dupl. et hoc, OB, MB (in). [26] per iniustam, OB, MA, MB, MG, OC. [27] carcerationem, MG, OC; carceris actionem, CM. [28-29] Om., MG, CM. [30] vel, LA, OC, MC, CM. [31-35] cippo et plagas ei fecit et mah. et eum in pris. ibi ret. per tant. temp. donec, OB, MA, MB, CE. [32-35] tenuit et plagas ei fec. et mah. per, OC. [33-34] Om., MG, CM; et plagam ei fecit vel mah., LA, Y, MC.

deliberatus fuit per ballivum domini regis, vel donec A. tantum dedit pro redemptione sua. Et quod hoc[36] fecit nequiter et in felonia, offert[37] probare per corpus suum, vel alio modo sicut curia domini regis consideraverit.[38] Item[39] appellat alium de forcia et alium talem de præcepto.

B. venit et defendit.

Et B. venit et defendit vim et iniuriam et pacem domini regis infractam, et captionem et imprisonamentum, et detentionem in prisona, et redemptionem tot solidorum, plagam et mahemium, et quidquid ei imponitur et[40] secundum quod ei imponitur,[41] per corpus suum vel alio modo, secundum quod curia domini regis consideraverit.[42] Quo casu, si per corpus se defenderit cum electionem habuerit, fiat ut supra de aliis appellis, et hoc nisi defensiones habeat et exceptiones quas statim proponat ad declinandum appellum.

De exceptionibus contra huiusmodi appellum.

Poterit enim sicut in aliis appellis petere quod sibi allocetur quod appellans huthesium non levavit, vel quod sectam non fecit ut supra, vel quod varius est in appello suo, vel poterit cognoscere quod talem non imprisonavit ut liberum hominem, sed ut servum et nativum suum, ad quod si appellans dicat se esse liberum, habeat appellatus incontinenti parentes appellantis villanos, qui se cognoscant esse villanos. Et secundum hoc terminetur negotium vel per corpus vel per patriam, secundum verba appelli, et sequatur pœna vel non sequatur secundum qualitatem delicti.

In appello isto agi poterit civiliter vel criminaliter, cum adiectione feloniæ vel non.

In appello autem de pace et plagis et imprisonamento agi poterit civiliter licet factum sit[43] criminale. Ut si quis dicat quasi conquerendo de iniuria, et sine adiectione feloniæ, quod talis imprisonavit talem contra pacem domini illius curiæ, vel si querela fuerit in civitate, villa vel burgo, tunc contra pacem dominorum et pacem ballivorum. Si autem in comitatu, tunc contra pacem vicecomitis. Si autem in pace domini regis sine felonia adiecta, tunc nullus inferior se intromittat, vicecomes[44] nec[45] alius,[46] scilicet vicecomes non nomine suo, sed nomine ipsius regis cuius pax nominatur. Et hic[47] non sequitur aliqua[48] pœna corporalis, sed tantum pecuniaria ratione[49] damnorum, quod secus esset si felonia esset adiecta, ubi inquisitio solummodo pertinet ad regem. Quia[50] vertitur[51] periculum vitæ et membrorum,

[36] Om., OB, MA, MB, CE, MG, CM. [37] offert se, LA, OC. [38] consideraret, V; consideraverit, MA; considerat, MG; consid., MSS. gen. [39] idem, OA, OC, MG, CM, V. [40-41] Om., OB, MA. [42] considerabit, MA; consid., MSS. gen.; considerat, V. [43] fuerit, MG, CM, OC. [44-46] Om., MA. [45-46] Om., OB, MB. [47] hoc, MG, CM. [48] Om., MB; alia, OB, MA. [49] si (non) civiliter agitur ratione, MG, CM. [50-52] Om., MA. [51] moritur, OB, MB.

et ad nullum alium pertinet iustitia nisi ad regem,[52] nec etiam[53] imprisonamentum, quia nullus potest in hoc casu iudicare nisi rex,[54] nec habebit ali-
f. 146] quis inde curiam suam nisi speciali gaudeat libertate per ipsum regem, secundum[1] quod inferius dicetur plenius de actionibus personalibus civilibus quæ ex[2] delictis[3] oriuntur.

De actione criminali sicut de pace et roberia, et de appellis.

DICTUM est supra de actione criminali quæ oritur de pace et imprisonamento. Nunc autem[4] ex illa dicendum[5] quæ oritur ex pace et roberia.[6] Verba autem appelli sunt hæc: A. appellat B. quod sicut fuit in pace domini regis tali loco, tali die etcetera ut supra, venit idem B. cum[7] vi sua et[8] nequiter et in felonia, et contra pacem domini regis et in roberia abstulit ei centum solidos et tres denarios et unum equum talis pretii, et unam robam de viridi talis pretii. Et sic nominare poterit in appello suo plures res diversi generis, dum tamen[9] certum pretium apponat et rem certam designet, qualitatem,[10] quantitatem, pretium, pondus et numerum, colorem et pilum, secundum quod superius dictum est in parte. Et quod hoc[11] fecit nequiter et in felonia, offert[12] disrationare versus eum per corpus suum, sicut curia[13] consideraverit[14] etcetera. Adiungitur quandoque in appello isto[15] plaga et mahemium et imprisonamentum, de quibus supra dictum est, vel quædam[16] illorum, secundum diversitatem appellorum.

B. defendit.

ET B. venit[17] et[18] defendit pacem et feloniam, et totum de verbo in verbum, secundum quod ei imponitur, etcetera ut supra. Et petit sibi[19] allocari tale quid et tale. Et potest exceptiones opponere[20] quæ generaliter se habent ad omnia appella ad eorum declinationem. Si autem nihil sit quod appellum declinet, tunc defendat[21] se appellatus per corpus vel per patriam, cum in hoc habeat[22] electionem, et secundum quod se defenderit vel non, procedatur contra appellatos de forcia et[23] præcepto,[24] secundum quod superius tactum est.

Ubi quis alium appellat de alterius rebus.

APPELLAT quandoque quis[25] alium de[26] alterius rebus quam de[27] suis pro-

[53] Om., LA, Y, MC. [54] ipse rex, OB, MA, MB.

[1] Om., LA, Y. [2] de, OA. [3] deliciis, LA, MG, MC. [4] autem dicendum, OC, CM, MG (d. est). [5] dicendum est, OB, MA, MB. [6] roberia dicendum, LA, Y, MC. [7-8] Om., CE. [8] Om., OA, OB, MA, MB, OC. [9] Om., OB, MA, MB, CE. [10] qual. et, OB, MA, MB, CE, OC, MC. [11] hæc, OA, LA, Y, MC; om., OB, MA, MB. [12] offert se, V, OC. [13] curia domini regis, OB, MA, CE, MC. [14] consideraverit, LA, MC; considerat, V, MG; consid., MSS. gen. [15] suo, OB, MA, MB, CE, MC. [16] quidam, OA, LA, Y, MC. [17-18] Om., OB, MA, MB, CE. [19] Om., OB, MA, MB, CE. [20] apponere, V, MA, MB. [21] defendet, MG, CM, Y. [22] habet, MG, CM. [23-24] Om., OB, MA, MB, CE. [25] aliquis, MG, CM. [26] tam de, OB, MA, MB. [27] Om., OB, MA, MB.

priis, ut si[28] ab[29] aliquo[30] robbatæ fuerint[31] res aliquæ[32] quas habuerit in custodia sua,[33] de rebus domini sui vel alterius. Et quo casu oportet eum docere quod sua intersit appellare, quia alias appellum non habebit, non magis quam de morte alicuius extraneæ personæ, et de quo supra in parte dictum est, scilicet quod plagam receperit[34] et huiusmodi. De re vero aliena docere oportet quod de custodia sua robbata fuerit[35] simul cum rebus suis propriis vel sine, et quod ipse custos appellans intravit in solutionem de tanta pecunia erga dominum suum. Et de hac materia inveniri poterit ut[36] de termino Sancti[37] Michælis[38] anno regis[39] Henrici quarto incipiente quinto comitatu Suffolciæ, de Rogero de Kirkele[40] et Henrico de Ver. Item ad hoc facit de termino Sancti Michælis anno regis[41] Henrici nono incipiente decimo comitatu Wigorniæ, de Thoma de Rupe. Verba[42] appelli sunt hæc.[43]

De appellis de felonia et pace regis, et de verbis appelli.

A. APPELLAT B. quod ubi fuit in pace domini regis tali loco etcetera ut supra, venit idem B. cum vi sua, et[44] nequiter et in felonia et contra pacem domini regis et in[45] roberia[46] abstulit ei decem aureos, et unum anulum f. 146b] aureum talis pretii, et de denariis domini sui quos habuit in custodia sua centum libras sterlingorum, et unde ipse intravit in solutionem erga dominum suum de tanto. Vel aliter: A. appellat B. etcetera ut supra, cum esset[47] tali loco in pace domini regis, vel cum venisset a tali loco usque ad talem locum cum denariis domini sui, vel cum aliis catallis vel rebus ad valentiam centum solidorum, venit idem B. cum vi sua, nequiter et in felonia etcetera ut supra, et[48] in roberia abstulit ei tantum de catallis suis propriis et tantum de rebus domini sui, et unde intravit in solutionem etcetera ut supra.

B. venit et defendit.

ET B. venit et defendit roberiam et[49] pacem[50] et totum etcetera[51] ut supra. Et ita fiat ut supra. Et si plures appellati sint de forcia, loquatur idem A. versus eos, quia ita coniuncti sunt illi de facto et forcia[52] quod a diversis appellari non possunt, nec potest aliquis hic variare magis quam supra. Unde[53] si quis primo appellaverit per corpus proprium et postea per corpus alterius, non valet appellum, ut supra dictum est de Thoma de Rupe. Quæ autem pœna sequatur illum qui convictus est, docet qualitas et enor-

28-31 si robbatus fuerit, CM, MG (sit). 29-30 Om., OC. 32 Om., OC; aliquas, CM, MG (— quas). 33 Om., MG, CM. 34 recepit, OB, MA, MB; ceperit, MG, CM. 35 Om., OB, MA, MB; fuit, CE; fuerint, MC. 36 Om., V, OB, MA, MB, CE; *(et), Y. 37-38 Om., LA, Y. 39 regni regis, V, MG, CM, OC. 40 Kyrkelegha, Kyrlegha, Ki(y)rkeby(i), MSS. var. 41 regni regis, V, MG, CM, OC. 42-43 Om., MG, CM, OC. 44 Om., OB, MA, MB, CE. 45 Om., V, CE, MB. 46 feloniam, MG, CM. 47 esset in, MA, MG, CM. 48 Om., OA, LA, OB, MB, CE, MC, MG, CM, OC. 49-50 Om., OA. 50 pacem infractam, OB. 51 Om., MG, CM. 52 de forcia, OB, MB. 53 verum, LA, Y; verum etiam, MC.

mitas delicti. Indicitur[54] enim quandoque ademptio vitæ, quandoque[55] membrorum. Membrorum, sicut[56] in itinere Martini de Pateshilla in comitatu Lincolniæ, de Thoma de Rasne.

Appellum de iniqua combustione et roberia.

DICTUM est de roberia. Nunc autem dicendum est[57] de roberia et iniqua combustione. Si quis autem turbata seditione incendium fecerit nequiter et in felonia, vel ob inimicitias vel[58] prædæ[59] causa,[60] capitali puniatur sententia. Nequiter dico, quia incendia fortuita vel per negligentiam facta et non mala conscientia, non sic puniuntur, quia civiliter agitur contra tales. Si quis igitur ædes alienas nequiter combusserit et fugerit, si sit qui accuset et appellet et sequatur, procedatur[61] contra ipsum sicut de alia felonia.[62] Si non, tunc inquiratur veritas in adventu iustitiariorum, ut supra de aliis appellis. Si autem captus fuerit et sit qui sequatur, tunc irrotuletur appellum in comitatu in hæc verba.

A. appellat B.

A. APPELLAT B. quod cum esset in pace domini regis tali loco, tali die etcetera ut supra, venit idem B. nequiter et in felonia etcetera ut[63] supra,[64] ubi ipse[65] A. interfuit et vidit, et[66] ignem apposuit domibus suis et eas combussit, et de denariis et catallis suis in roberia et[67] contra pacem domini regis asportavit tales res[68] designatas et nominatas ad valentiam[69] tanti. Et quod hoc fecit nequiter et in felonia offert etcetera. Et B. venit et defendit totum[70] de verbo in verbum etcetera ut supra, secundum quod ei imponitur. Et tunc ut supra petat sibi fieri allocationes et proponat[71] exceptiones si quas habeat, vel per legem terræ se defendat etcetera ut supra.

Appellum de raptu virginum.

f. 147] EST inter alia appella[1] quoddam appellum quod dicitur de raptu virginum. Et est raptus virginum quoddam crimen quod femina imponit alicui, de quo se dicit esse violenter oppressam contra pacem domini regis, quod quidem crimen si convincatur, sequitur pœna, scilicet amissio membrorum, ut[2] sit membrum pro membro, quia[3] virgo cum corrumpitur membrum amittit. Et ideo[4] corruptor[5] puniatur in eo in quo[6] deliquit. Oculos igitur amittat[7] propter aspectum decoris quo virginem concupivit. Amittat

[54] inducitur, OB, MA, MB, Y. [55-56] quand. membr. sicut, MG, CM; quand. membr. truncatio sicut, V, OB, MA, MB, CE; q. m. *(truncatio) membrorum sicut, Y. [57] Om., OA, LA, CE, MC. [58-60] Om., OC, CM. [59] prædandi, V; prædicta, MG; alia de, OB, MA, MB, CE (— alia). [61] Om., OA, OB, MA, MB, CE. [62] Om., MA. [63-64] Om., OB, MA. [65] Om., MG, CM. [66] ubi, OB, MA, MB; *(et) ubi, Y. [67] Om., V, MG, CM. [68] Om., OB, MA, MB. [69] valorem, MG, CM. [70] Om., MG, CM. [71] ponat, MG, CM.

[1] Om., OB, MA, MB, CE. [2-3] ut fit membro quia, OB, MA, MB, CE. [4] Om., OB, MA, MB. [5-6] correptor pun. in eo quod, MG, CM. [7] amittet, MG, CM; amittit, OC.

etiam[8] testiculos qui calorem stupri induxerunt. Non autem sequitur huiusmodi pœna de qualibet femina, licet vi opprimatur. Sequitur tamen alia gravis et gravior, secundum quod fuerit nupta vel vidua honeste vivens, sanctimonialis, vel matrona. Item concubina legitima, vel alia quæstu faciens sine[9] delectu personarum, quas quidem omnes debet rex tueri pro pace sua, sed non erit de qualibet par pœna. Olim quidem[10] corruptores virginitatis et castitatis [suspendebantur][11] et eorum fautores, cum nec tales ab[12] homicidii crimine vacui essent, maxime cum virginitas et castitas restitui non possint.[13] Modernis tamen temporibus aliter observatur, quod pro corruptione virginis amittuntur membra ut prædictum est, et de aliis sequitur gravis pœna corporalis, sed tamen sine amissione vitæ vel[14] membrorum. Et cum virgines et viduæ necnon[15] sanctimoniales deo sint[16] dedicatæ, corruptio earum non solum ad iniuriam hominum,[17] verum etiam ad ipsius dei omnipotentis irreverentiam committitur, et sine vindicta talis non quiescat[18] infamia.[19] Cum igitur virgo sic corrupta fuerit et oppressa contra pacem domini regis, statim et[20] dum[21] factum recens fuerit, cum clamore et huthesio accedere debet ad villas[22] vicinas et ibi iniuriam sibi illatam probis hominibus ostendere, sanguinem et vestes suas sanguine tinctas, et vestium scissiones. Et sic ire debet ad[23] præpositum hundredi, et ad servientem domini regis et ad coronatores et ad vicecomitem. Et ad primum comitatum faciet[24] appellum suum, nisi ita sit quod immediate statim[25] faciat querelam suam domino regi vel iustitiariis suis, ubi[26] dicetur[27] ei[28] quod sequatur ad comitatum. Et in rotulis coronatorum irrotuletur appellum suum et omnia verba appelli, secundum quod illud proposuerit per ordinem, et annus et dies quibus fecerit appellum suum. Et[29] dabitur dies in adventu iustitiariorum, ad quem iterum proponat coram[30] eis[31] appellum suum[32] per eadem verba quibus proposuit in comitatu, et a quibus recedere non licet,[33] ne cadat appellum propter variationem, sicut in aliis appellis. Et cautela est in appello isto et in aliis appellis, quod primo audiatur appellum ab appellante et postea irrotulatio coronatorum, qualiter appellum illud factum fuit[34] in comitatum, et hoc ideo ne si rotuli coronatorum prius legerentur, posset appellans per illos suum formare appellum. Verba[35] autem appelli sunt hæc.[36]

[8] et, V, OB, MA, MB; om., MG, CM. [9] aut, LA, Y. [10] quilibet, OC, MG, CM. [11] suspendebantur, V; om., OA, LA, Y, MG, CE, CM, OB, OC, MA, MB, MC. [12] Om., MG, CM. [13] possunt, V, MG, CM, OC, MB; possent, MA. [14] et, V, OA, MB. [15] necnon et, LA, MC. [16] sunt, V, MA. [17] Om., MG, CM, OC. [18] conquiescat, V; quiescit, MG, CM. [19] insania, V, OA, LA, Y; in femina, OC. [20-21] cum, OB, MA, MB. [21] Om., CE. [22] villatas, MG, CM. [23] Om., MG, CM. [24] faciat, OB, MA, MB, OC; facit, MG. [25] Om., OA. [26-27] ut dicatur, OC, CM, MG (dicetur). [28] Om., OB, MA, MB. [29-32] Om., LA, MA, Y (+). [30-31] Om., OB, MB, CE, MC. [33] licebit, OB, MA, MB, CE, MC. [34] fuerit, MG, CM, LA, Y, MC. [35-36] Om., OB, MA, MB, CE, OC.

De verbis appelli mulieris querentis de raptu.

A. FEMINA talis scilicet appellat B. quod sicut esset[37] tali loco, tali die, tali[38] anno etcetera ut supra, vel cum iret a tali loco usque ad talem locum, vel cum esset tali loco faciendo tale opus, venit idem B. cum vi sua,[39] et nequiter et[40] contra pacem domini regis concubuit cum ea et abstulit ei[41] pucela-
f. 148] gium suum sive virginitatem, et eam secum detinuit per tot noctes: et sic totum exponat factum et veritatem. Et[1] quod hoc[2] fecit nequiter et in felonia, offert probare versus eum sicut curia domini regis consideraverit.[3]

De defensione appellati.

ET B. venit et defendit feloniam et pacem et raptum et totum de verbo in verbum, sicut curia domini regis consideraverit.[4] Et quo casu oportebit de necessitate se defendere per patriam propter defectum alterius probationis et propter sexum muliebrem, nisi exceptiones habeat sibi competentes per quas declinare possit[5] appellum.

De exceptionibus contra appellum.

EXCIPERE enim poterit contra[6] appellum[7] quod secta non est sufficienter facta, secundum quod dicitur in aliis appellis. Item excipere potest et dicere[8] quod non abstulit ei pucelagium suum, quia adhuc virgo est. Et quo[9] casu[10] probetur veritas per aspectum corporis, et per quatuor legales feminas iuratas de[11] dicenda[12] veritate utrum virgo sit vel corrupta. Quæ quidem si dicant ipsam esse virginem, recedet[13] appellatus quietus de appello illo et femina custodiatur. Si autem invenerint ipsam esse corruptam, tunc inquirendum est ut videtur a[14] quo,[15] ab appellato vel ab alio: sed non per feminas illas, sed per patriam. Et de hac materia inveniri poterit in[16] ultimo itinere Martini de Pateshilla in comitatu Norfolciæ anno regis[17] Henrici duodecimo, de Levina filia Radulphi de Sheringes.[18] Item excipere poterit contra eam et dicere quod ante diem et annum contentos in appello habuit eam ut[19] concubinam et amicam suam, et inde se ponat super patriam. Item excipere poterit quod eam habuit et[20] corrupit[21] de voluntate sua et non contra voluntatem, et quod modo eum appellaverit, hoc est in odium alterius mulieris quam ut[22] concubinam[23] habet,[24] vel quam duxit in uxorem, et per instinctum alicuius parentis sui.[25] Item excipere poterit quod anno

[37] esset in, V, MG, CM. [38] et, MG, CM. [39-40] sua nequiter et in felonia et, OB, MA, MB. [41] Om., OB, MA, MB, Y.

[1] Om., MG, CM. [2] Om., OB, MA, MB. [3] consideraverit, V, OA; considerabit, MC; consid., MSS. gen. [4] consideraverit, V, OA; consid., MSS. gen. [5] posset, OB, MB, CE. [6-7] Om., MG, CM, OC. [8] dedicere, MG, CM. [9-10] qua causa, MG, CM. [11-12] dicendo, MG, CM. [13] recedat, MA, MB. [14-15] Om., OB, MA, MB, CE. [16] de, V, CE, MG. [17] regni regis, V, MG, CM, OC, MB. [18] Scheringes, Skeringes, Sheringeres, Sheruegers, Shetynges, Scher(r)inexes, Cherrienxes, MSS. [19] Om., OB, MA, MB, CE. [20-21] Om., OA; decorrupit, V; corrupuerit, MC; corumpit, OC; decorruptam, OB, MA, MB, CE. [22-23] Om., OB, MA, MB. [24] habuit, MG, CM, OC. [25] Om., LA, Y (+).

et die quo hoc fieri debuit fuit alibi extra regnum, vel in provincia in tam remotis partibus quod verisimile esse non poterit quod hoc quod ei imponitur fieri posset per ipsum. Item excipere poterit[26] de omissione facta in appello, ex eo quod nihil aliud dicit nisi quod concubuit cum ea, nulla facta mentione de pucelagio. Et multæ aliæ possunt esse exceptiones de quibus ad præsens nihil recolo.

Si appellatus per patriam fuerit convictus, quæ pœna sequatur.

Cum autem nihil sit per quod declinari possit appellum, si appellatus per patriam fuerit condemnatus sine aliqua redemptione, oculos amittat et testiculos supradicta ratione, nisi ita sit quod femina sic corrupta eum petat in virum ante iudicium redditum, quia hoc est tantum in voluntate mulieris et non viri, quia si hoc esset in voluntate viri sic[27] sequeretur istud[28] inconveniens, servum videlicet vel[29] ignobilem mulierem nobilem et[30] generosam[31] unius pollutionis actione[32] perpetuo fœdare, et in opprobrium generis sui ducere in uxorem. Sed esto quod vir raptor sit[33] nobilis et femina quam rapuit ignobilis, numquid erit in electione feminæ corruptæ eligendi et nubendi viro nobili vel non? Quia illud idem ut videtur sequeretur inconveniens ex parte viri nobilis. Respondeo, quod[34] sive vir nobilis sive ignobilis, femina[35] nobilis sive ignobilis[36] sit, voluntas semper erit in femina et electio, quia quod[37] in femina est voluntarium, in[38] viro[39] erit necessarium, ut membra sua redimat[40] ex necessitate. Cum igitur mulier habeat electionem et spreto iudicio petat ipsum in virum, conceditur ei de gratia regis ob favorem matrimonii. Si autem iudicium elegerit, facta executione iudicii f. 148b] de corruptore,[41] procedat appellum versus eos qui appellati sunt de forcia. Possunt enim plures esse in forcia, sed tamen unus tantum tenebitur de corruptione, licet plures teneri possint[42] de concubitu. Et cum ibi[43] diversa sint[44] facta, videtur quod in utroque facto sequi non deberet[45] consimilis pœna, quia corrumpere virginem, et concumbere[46] cum corrupta, non sequitur utrumque factum eadem pœna:[47] quod quidem verum est, sed non nisi propter forciam quæ ita coniuncta[48] est[49] primo facto de corruptione. Et tunc sic fiat appellum versus appellatos de forcia.

De appellatis de forcia.

Eadem A. appellat C. quod eodem die, eodem anno etcetera quo prædictus B., et eadem hora, dum idem[50] B. abstulit pucelagium suum fuit[51] idem C.

[26] possit, V, OA; posset, MG. [27] Om., OB, MA, MB. [28] illud, MSS. var. [29] et, OA, CM; om., OB, MA, MB, CE, MC. [30-31] Om., OB, MA, MB. [32] occasione, V. [33] esset, MG, CM, OC. [34] quia, OA, OB, MA, MB. [35-36] Om., OB, MA, MB, CM, MG, OC. [37] Om., MG, CM. [38-39] et viris, OC, CM, MG (— erit). [40] Om., OB, MB, MA (+ custodiat). [41] corruptione, OB, MA, MB. [42] possunt, V, MA, MG, CM, OC. [43] ita, OB, MA; om., MB. [44] sunt, V, MG, CM. [45] debeat, OB, MB. [46] concubere, MSS. var. [47] Om., LA, Y (+). [48] convicta, MG, CM, OB, MA, MB. [49] Om., OB, MA, MB. [50] prædictus, OB, MA, MB. [51-52] Om., OB, MA, MB.

in forcia, ita quod tenuit eam dum idem B. abstulit ei pucelagium suum,[52] vel quod[53] concubuit cum ea postquam etcetera, vel fuit in auxilio quocumque. Et quod hoc fecit nequiter et in felonia, offert probare versus eum sicut curia[54] consideraverit. Et quo casu poterit appellatus per patriam deliberari vel convinci, licet principalis damnatus extiterit.

Addicio.

<Raptus mulieris[55] ne fiat defendit tam lex humana quam divina. Et[56] sic fuit[57] antiquitus observatum, quod si quis obiaverit mulieri vel alicubi invenerit, si[58] sola vel socios habuerit cum pace dimittat eam, quam[59] si per inhonestatem tetigerit, frangit edictum regis, et emendabit secundum iudicium comitatus. Si autem contra voluntatem eius iactet[60] eam ad terram, forisfaciat gratiam suam: quod si impudice discooperuerit[61] eam et se super eam posuerit, omnium possessionum suarum incurrit damnum: quod si concubuerit cum ea, de vita et membris suis incurrit damnum. Adelstane. f. 147b] Lege[62] Romanorum, Francorum, et Anglorum, equus eius etiam ad dedecus suum dedecorabitur[63] desuper[64] ballenro, et cauda quam propius natibus abscidi poterit.[65] Canis si secum habet, leporarius vel alius, eodem modo dedecorabitur.[66] Si habet[67] ancipitrem,[68] perdat beccum et ungues[69] et caudam. Terra vero et pecunia[70] quam ipse raptor perdidit pro sua misericordia dabitur mulieri, warantizante sibi omnia rege. Et si meretrix fuerit ante, tunc non fuit[71] meretrix, cum nequitiæ eius reclamando consentire[72] noluit. Quod autem[73] modo fiunt quædam dispensationes, scilicet quod ipsi raptores accipiunt violatas[74] in matrimonium, non est[75] de lege sed de permissione sanctæ ecclesiæ et regis. Et illa permissio solius regis[76] est in regno. Et primo[77] surrexit[78] in Francia pro quodam comite qui hospitatus est quendam ioculatorem cum uxore sua pulchra.[79] Quo mortuo, quali morte non curamus evolvere, ipse quidem[80] comes habuit eam nolentem. Ipsa enim quadam nocte exivit a castello, et fugiens venit Parisiis ubi[81] invenit regem Robertum, quæ cadens ad pedes eius narravit eventum rei. Quam ut rex audivit, misit propter episcopos et barones qui tunc erant cum eo ad curiam, et præcepit mulieri ut narraret eis omnia sicut sibi fecerat, quod et ipsa fecit. Rex autem consilio episcoporum et baronum misit prop-

[53] Om., OB, MA, MB. [54] curia domini regis, OB, MA, MB, CE. [55] mulierum, OA, OC, MG, CM. [56-57] Om., CM, OB, MA, MB. [57] Om., MG, OC. [58] Om., OB, MB. [59] quod, OA, MG; quia, OC. [60] iactat, OA, MG, OC. [61] discooperuit, V, OA, MG, CM. [62] rege, OC, MA; (de statuto lege, MG). [63] decorabitur, V, CE, OB. [64-66] Om., OB, MA, MB, CE. [65] potest, MG, OC. [67-68] habeat ancipitem, OB, MA, MB, CM (. . . trem). [69] ungues pedum, V, OA; ungues pedis, OC; ungues pedem, MG. [70] omnis pecunia, V, OA, OC, MG. [71] fuerit, MB, OB. [72] obsentiri, OA, CE; obsentire, MG; obsenti, OC. [73] cum, OC, MG. [74] violentas, OC, MG. [75] Om., OC, MG. [76] Om., OC, MG. [77-78] prius suspexit, MG, OC (supexit). [79] propulchra, V; pulcherrima, MB; om., MG, OC. [80] enim, OB, MA, MB, CE. [81] et ibi, MA, MB, OB (ubi).

ter comitem, ut statuto die veniret ad curiam ad disrationandum[82] se si posset. Comes autem ut audivit verba regis, timens iram regis pro suo maleficio, respondit quod ad hunc terminum non posset[83] ire ad curiam, sed consilio amicorum suorum mandavit regi propter pacificandam iram suam quod[84] daret ei ducentas libras Beluacensis monetæ, et decem equos de pretio. Ioculatrici autem[85] centum libras, et eam daret in coniugem diviti burgensi aut militi qui eam honeste custodiret omnibus diebus vitæ suæ. Rex quidem omnia hæc subsanando renuit, dicens quod non esset iustus vicarius dei si tantam nequitiam inultam venderet pro argento, et cum magna ira fecit summonere exercitum, disponens ire super eum. Sed barones precati sunt regem[86] ut eis indutias octo dierum daret,[87] et[88] quod possent eum adducere ad misericordiam suam. Quod vix concessit, et sic ipse comes consilio baronum venit ad curiam. Et cum rex comparuit[89] quod vellet cadere ad pedes eius, divertit se[90] dicens aut pateretur iustitiam aut discederet a curia. Quid plura? Omnes barones clamaverunt et confirmaverunt contra regem quod ipse rex concesserat[91] ei misericordiam quando miserunt pro eo. Tandem rex vix concessit. Episcopi, comites et barones locuti[92] cum comite disposuerunt quod ipse comes subarravit eam quæ nimis erat pulchra et sapiens, et quæ largita est multas elemosinas ecclesiis et pauperibus. Quæ tamen de Iudeis nata, a patre et matre et cunctis parentibus. Hæc dispositio[93] a talibus et tantis facta in tantum excrevit et sublimata est, quod iam multis locis quasi consuetudinaria habetur.>

In quibus casibus mulier habet appellum.

IN[94] quibus casibus femina appellum habeat videndum. Et sciendum quod non nisi in duobus, per quod alicui lex apparens debeat adiudicari, scilicet non nisi de iniuria et violentia corporis sui illata, sicut de raptu ut prædictum est. Item et[95] de morte viri sui interfecti inter brachia, et non alio modo. De morte viri sui[96] sic fiat[97] appellum.

De appello de morte viri sui.

A. QUÆ fuit uxor B. appellat C. quod cum B. vir suus esset tali loco, tali die, tali anno, venit idem C. cum vi sua, et nequiter et in felonia etcetera ut supra, occidit ipsum B. virum suum inter brachia sua. Et quod hoc fecit nequiter et in felonia, offert etcetera ut supra. Eadem appellat E. quod

[82] disr. vel defendendum, V, OB, MA, MB. [83] possit, MG, CM, CE. [84] Om., OA, MG. [85] aut, OB, MA, MB, CE, CM. [86] eum regem, OB, MA, MB. [87] donaret, V, OA, MG. [88] Om., OB, MA, MB. [89] comparuit, V, OA, CE, MG, CM, OC; viderit, OB, MA (regem); vidisset, MB. [90] a se, OB, MA, MB, CE, OA. [91] concesserit, CM, OC, OB, MA; concessisset, MB; concesseret, MG. [92] locuti sunt, OA, OC, OB, MA, MB. [93] dispensatio, V, OA, MG, OC. [94] item in, OB, MA, MB. [95] Om., MG, CM, OC. [96] sui interfecti, LA, Y, MC. [97] fiet, OC, MG, CM.

eodem loco, eodem die, eodem anno etcetera, venit idem E. cum prædicto C. et nequiter et in felonia tenuit ipsum B. virum suum dum idem C. illum[98] occidit inter brachia sua. Et quod hoc fecit nequiter et in felonia etcetera, offert etcetera.[99] Et sic eodem modo versus plures et de pluribus factis. Et si ille de facto captus fuerit super factum cum cultello cruentato, non erit ulterius inquirendum, dum tamen de hoc constiterit per testimonium proborum virorum. Sed quid magis operatur appellum mulieris, licet secta bene facta fuerit, quam secta regis si appellum ceciderit vel suspicio oriatur per indictamentum, cum in utroque casu recurratur ad patriam? Videtur quod idem sit quoad utrumque, nisi tantum in hoc quod secta regis quandoque remittitur de gratia, vel cum causa cognitione quod quidem non fieret si mulier bene sequeretur.

De appellatis attachiandis.

f. 149] CONTINGIT quandoque quod appellati de morte hominis, plaga,[1] roberia, vel alia felonia per negligentiam vicecomitis et coronatorum attachiandi non sunt. Et ideo ad querelam appellantium fiat breve domini regis de attachiando eos quod sint coram iustitiariis, in hac forma.

Breve de attachiando.

REX vicecomiti salutem. Si A. fecerit te securum de clamore suo prosequendo, tunc attachiari facias B. per corpus suum quod sit coram iustitiariis nostris ad primam assisam cum in partes illas venerint, responsurus eidem A. de morte C. patris vel matris, fratris vel sororis, vel alterius parentis, vel domini sui, unde eum appellat. Et habeas ibi hoc breve. Teste etcetera. Si vero de pace regis infracta, sicut de pace et plagis, pace et mahemio, pace et roberia, pace et raptu virginum,[2] et huiusmodi, tunc fiat breve in hac forma.

Aliud breve ad idem de eodem.

REX vicecomiti salutem. Si A. fecerit te securum etcetera, tunc pone per vadium et salvos plegios B. quod sit coram iustitiariis nostris ad primam assisam etcetera, responsurus eidem A. de pace nostra infracta,[3] unde eum appellat. Et habeas ibi nomina plegiorum et hoc breve. Teste etcetera. Si autem placuerit domino regi quod huiusmodi appella[4] quæ attachiata fuerunt[5] in comitatu usque ad[6] adventum iustitiariorum, de morte hominis vel de pace domini regis infracta, veniant coram se ipso vel iustitiariis suis de banco, tunc fiat breve in hac forma de summonendo appello.[7]

[98] illum B., V; (talis)eum, MC, OC; ipsum, CE, CM, MB, OB. [99] etc. ut supra, LA, Y, MC.

[1] plaga vel, OB, MA, MB, CE, CM. [2] virginis, MC, Y, LA. [3] infracta et, OB, MA, MB, CE, CM. [4] Om., OB, MA, MB. [5] fuerint, MSS. var. [6] Om., OB, MA, LA, MC; in, OC. [7] appellato, OB, MA, MB, CE, CM; appellum, V; appellatum, OC.

Breve de faciendo venire appellum coram iustitiariis.

REX vicecomiti salutem. Præcipimus tibi quod venire facias coram nobis[8] vel[9] iustitiariis nostris apud Westmonasterium appellum quod est in comitatu tuo inter A. appellantem et B. appellatum de morte talis, vel de roberia, vel alia felonia, et pace nostra infracta, unde idem[10] A. appellat ipsum B. Et pone per vadium et salvos plegios prædictum[11] B. quod sit coram nobis vel præfatis iustitiariis nostris ad prædictum terminum ad respondendum eidem A. de prædicto appello. Et habeas ibi nomina[12] plegiorum[13] et hoc breve. Teste etcetera. Et fiat tale breve si hoc sit[14] ad instantiam appellantis. Si autem ad instantiam appellati, tunc variatur in hoc, quod ubi dicitur, pone per vadium et plegios,[15] dicatur,[16] summone per bonos summonitores prædictum A. appellantem scilicet quod sit etcetera, ad sequendum appellum suum versus prædictum B. si voluerit. Si autem vicecomes mandaverit quod appellatus non sit inventus sed quod se subtraxerit, tunc præcipiatur ut prius quod attachiet eum si inveniatur. Si autem non, quod faciat[17] eum interrogari[18] de comitatu in comitatum donec per legem terræ utlagetur, licet nullus sequatur, per tale breve.

Aliud breve ad idem de eodem, et nisi inveniatur quod utlagetur et interrogetur de comitatu in comitatum.

REX vicecomiti salutem. Præcipimus tibi sicut alias tibi præcepimus, quod ponas per[19] vadium et salvos plegios B., vel quod habeas corpus B. quem A. in curia nostra coram nobis vel iustitiariis nostris apud Westmonasterium appellat de roberia et plagis, vel mahemio et pace nostra infracta, si inveniatur, ad respondendum eidem A. de appello illo. Et si non inveniatur, tunc facias eum interrogari[20] de comitatu in comitatum donec per legem terræ et secundum consuetudinem regni nostri utlagetur, eo[21] non obstante quod nullus sequitur.[22] Teste[23] etcetera.[24] Et[25] sciendum quod in hoc casu non erit necesse quod alius[26] sequatur, quia hæc[27] est secta regis pro contemptu.[28] Si autem ante utlagationem venerit et reddiderit se prisonæ domini regis, vel si vicecomes eum ceperit,[29] detineat eum in prisona donec rex ei aliud præceperit. Aliquando tamen licet prisonæ se non reddiderit,[30] tamen differri poterit utlagaria si sint aliqui qui manuceperint eum f. 149b] de habendo eum coram rege vel iustitiariis, dum tamen hoc sit[31] ante quintum comitatum, et tunc fiat tale breve.

[8-9] Om., MG, OC. [10] Om., OC; etc., MG. [11] ipsum, MG, OC. [12-13] prædictos plegios, OA; plegios, OB, MA, MB, CM, CE; om., Y. [14] fit, MG, OC. [15] salvos plegios, MG, OC. [16] Om., OB, MA, MB. [17] facit, OC; fac., MSS. var. [18] interrogari, V, OC; interrogare, OA, LA, Y, MG, CM, OB, MA, MB, MC, CE. [19] ad, OB, MB, CE. [20] interrogare, OA, LA, CE, CM, OB, MB. [21-22] Om., LA, Y (+). [23-24] Om., OA, OC, MG, CM, CE, OB, MA, MB, MC. [25-28] Om., LA, Y (+). [26] aliquis, OB, MB, MA. [27] hic, OB, MB. [28] contemptis, MG, OC, V. [29] cepit, MG, OC. [30] reddidit, MG, OC. [31] fit, OA, MG, OC.

Breve quod tradatur per ballium duodecim.

REX vicecomiti salutem. Si duodecim liberi et legales homines de comitatu tuo manuceperint coram te de habendo[32] coram nobis vel iustitiariis nostris tali die B. ad standum recto de appello quod A. in eadem curia nostra etcetera, facit versus eum de morte C. avunculi sui, vel alterius talis, tunc appellum illud venire facias coram nobis vel iustitiariis nostris etcetera, ad prædictum diem. Et dic prædicto A. quod tunc sit ibi coram etcetera, appellum suum versus eundem[33] B.[34] prosecutus si voluerit. Et habeas ibi nomina prædictorum duodecim summonitorum et hoc breve. Teste etcetera. Si autem[35] appellum secundum quod prædictum est fuerit in comitatu, fiat aliud breve de summonendo appellum[36] coram domino rege in hac forma.

Breve de summonendo appellum coram rege.

REX vicecomiti salutem. Præcipimus tibi quod appellum unde B. attachiatus est in comitatu tuo pro morte C. unde A. eum appellat, venire facias coram etcetera, tali die sicut attachiatus est[37] veniendi coram iustitiariis nostris ad primam assisam cum in partes illas venerint. Et habeas etcetera. Teste etcetera. Si autem appellum factum fuerit immediate coram ipso[38] rege vel iustitiariis suis de banco, tunc fiat breve de attachiando appellatum de facto in hac forma.

Breve si appellum factum fuerit immediate coram rege.

REX vicecomiti salutem. Si A. fecerit te securum de clamore suo prosequendo, tunc pone per vadium et salvos plegios B. et C. quod sint coram etcetera, tali die ad respondendum eidem A. de morte D. patris[39] vel alterius unde eos appellat, vel de pace et plagis vel[40] aliis feloniis superius nominatis. Et habeas ibi nomina plegiorum et hoc breve. Et ad diem illum poterunt attachiati se essoniare, nisi hoc sit pro morte hominis vel alio crimine maiori. Si autem ad diem non venerint nec se essoniaverint, et vicecomes miserit breve et nomina plegiorum, tunc appellante se liti offerente, attachientur per meliores plegios. Et tunc in fine quod habeat eorum corpora. Et observetur ordo attachiamentorum ut infra de personalibus actionibus, nisi iustitiarii aliud duxerint statuendum[41] pro qualitate delicti. Et si tunc se subtraxerint, exigantur ut supra, et plegii omnes in misericordia. Si autem appellatos produxerint ad diem suum, plegii quieti erunt de plevina nisi gratis velint eos sub eadem plevina retinere, si[42] nihil aliud plegiaverint nisi habendi eum. Non enim sunt plegii quod appellati respondeant vel se defendant nisi velint, aliud tamen esset si essent plegii de prose-

[32] habendo eum, OB, MA, MB, CE, CM, MC. [33-34] eum, OB, MA, MB. [35] Om., OB, MA, MB. [36] appellatum, CM, CE, OB, MA, MB; appellantum, OC; appellas, MG. [37] Om., OB, MA, MB. [38] ipso domino, OB, MA, MB. [39] patris sui, MG, OC. [40] et, OB, MA. [41] faciendum, OB, MA, CM, CE; (— statuendum . . . subtraxerint, MB). [42] et si, OB, MA, MB, MC.

quendo. Si autem[43] cum[44] appellum semel fuerit[45] in comitatu et positum coram rege vel iustitiariis de verbis appelli contentio habeatur, tunc præcipiatur quod fiat recordum in comitatu de verbis appelli per hoc breve.

Breve vicecomiti de faciendo recordum in comitatu coram custodibus.

REX vicecomiti salutem. Præcipimus tibi quod coram te et coram custodibus placitorum coronæ nostræ in pleno comitatu tuo recordari facias appella, unde A. appellat B. de pace nostra infracta, qualiter et per quæ verba idem A. fecit appella[46] sua,[47] et utrum appella sua fecit in comitatu vel in[48] hundredo. Et recordum illud habeas coram nobis vel iustitiariis nostris apud Westmonasterium tali die, sub sigillo tuo et sigillis prædictorum custodum placitorum coronæ nostræ, et per duos ex illis qui recordo illi interfuerint.[49] Et habeas ibi hoc breve. Teste etcetera. Item aliud de eodem, si vicecomes debeat habere recordum, et si[50] debeat facere venire duodecim et quatuor villatas ad certificandum iustitiariis de morte alicuius.

Aliud breve de eodem vicecomiti.

f. 150] REX vicecomiti salutem. Præcipimus tibi quod omni occasione postposita sis coram iustitiariis nostris apud Westmonasterium ad talem terminum, et ibi habeas recordum de appello quod factum fuit in comitatu tuo inter A. appellantem et B. appellatum de morte C. fratris ipsius A. Et coram eisdem iustitiariis venire facias ad prædictum terminum duodecim liberos et legales homines de proximo visneto, per quos etcetera. Et qui nec prædictos A. et B. aliqua affinitate attingant. Et præterea de quatuor proximis villatis, de qualibet villata sex legales homines et præpositum, ad certificandum præfatos iustitiarios nostros de morte illa. Et habeas ibi nomina prædictorum duodecim et hoc breve. Teste etcetera.

Si quis fecerit feloniam de se ipso.

EODEM modo[1] quo quis[2] feloniam facere poterit interficiendo alium, ita feloniam facere poterit interficiendo se ipsum, quæ quidem felonia dicitur fieri de se ipso. Feloniam quidem facit de se ipso, ut si quis reus fuerit alicuius criminis ita quod captus fuerit pro morte hominis vel cum[3] furto manifesto, vel cum utlagatus fuerit, vel in aliquo scelere et maleficio[4] deprehensus, et metu criminis imminentis mortem sibi consciverit, heredem non habebit. Quia[5] sic convincitur felonia prius facta, sicut furtum vel mors hominis vel huiusmodi.[6] Sed qui criminis rei postulati non sunt[7] vel in[8] crimine deprehensi manus[9] sibi intulerint, bona eorum fisco non vindicentur,

[43-44] Om., CE, MC; iam cum, MG. [44] Om., OB, MA, MB, CM. [45] factum fuerit, OB, MA, MB, CE, CM, MC (simul). [46-47] app. suum, MG, OC. [48] Om., V, LA, Y, MG, OC, MA, MB, CE, CM, MC. [49] interfuerunt, MSS. var. [50] Om., V, OB, MA.

[1-2] modo (si) quis, OB, MA, MB. [3] cum, V, OA, MG, Y, CM, OC, OB, MA, MC, CE; pro, LA, MB. [4] malefacto, LA, Y, MC. [5-6] Om., LA, Y (+). [7] Om., OB, MA, MB, CE, CM; fuit, MC. [8] Om., OB, MA, MB, CE, CM. [9] maius, OB, MA, MB, CE, CM.

non enim facti sceleritatem esse obnoxiam, sed conscientiæ metus in reo veluti[10] pro confesso habetur.[11] Et ideo si rei[12] postulati fuerint vel in scelere deprehensi, si se ipsos interfecerint, bona eorum confiscentur, scilicet bona eorum qui reatum mortis sibi consciverint,[13] ut si eius criminis fuerint quod damnarentur morte vel deportatione. <Si[14] se[15] submerserint vel præcipitaverint ex alto, vel alio modo, tales heredes[16] habebunt, quia non convincitur felonia, nec[17] præcedat aliquod crimen propter[18]. quod[19] periculum mortis vel membrorum sustinere deberet.> Si quis autem tædio vitæ[20] vel impatientia doloris alicuius se ipsum interfecerit, successorem habere poterit: talis[21] non amittit hereditatem sed tantum bona mobilia, sed bona eius mobilia confiscentur.[22] Sed si quis[23] sine causa manus sibi[24] intulerit per iram et malam voluntatem, ut cum alteri nocere vellet adimplere non posset quod voluit se ipsum interfecerit, puniendus est et successorem non habebit, quia[25] convincitur et punitur felonia quam in personam[26] alterius facere proposuit,[27] quia qui sibi ipsi non parcit,[28] multo minus aliis parceret si facultatem haberet. Sed de furioso quid dicetur qui rationem non habet? Et de mente capto, et de[29] frenetico, vel de infantulo? Vel si ille qui laborat in acuta se ipsum submerserit vel interfecerit, quæritur an talis[30] feloniam faciat[31] de se ipso. Videtur quod non, nec hereditatem forisfaciunt nec catalla, eo quod sensu carent et ratione, non magis quam brutum animal iniuriam facere possunt nec feloniam, cum non multum[32] distent a brutis, secundum quod videri poterit in minore, qui si alium interficeret in minori ætate, iudicium non sustineret. Et hæc vera sunt quod furiosus non tenetur,
f. 150b] nisi hoc fecerit simulato furore cum dilucidis gaudeat intervallis. <De[33] submersis et oppressis et[34] per infortunium mortuis.[35] Sed si quis se ipsum suspenderit, non[36] propter hoc exheredantur heredes[37] secundum quosdam, nec uxor dotem amittit,[38] nisi in casu[39] ut supra, quia felonia de se ipso facta[40] convinci non poterit.>

[10] non, OB, MA, CE, CM, MC; vero, MB; vel, LA, MG, Y (corr. non); olim, OC; *sic*, V, OA. [11] habeatur, V; haberi, OA, LA, MG, OC, Y (corr. habetur); heretico, MC. [12] Om., OB, MA, MB, CE, CM, MC. [13] consciverunt, OA, LA, MC; constiterint, MA. [14-15] qui autem se, V; aut, MG; et se, OC; om., OA, OB, MA, MB, CE, CM, MC. [16] heredem, OA, MG. [17] nisi, V; nec, OA, MG, OC; ut, OB, MA, MB, CE, CM, MC. [18-19] ad, MG, OC; propter aliquod, OB, MA, MB, CE, CM, Y, MC. [20] Om., OB, MA, MB. [21-22] et talis n. a. h. s. t. bona eius mob. conf., V, OC, MG; sed bona eius mob. conf., LA, Y, OA (+ talis n. a. h. s. t. b. mob.); her. sed bona eius mobilia tantum confiscentur, MC. [23] aliquis, MG, OC. [24] ei, OB, MA, MB, CE, CM. [25-27] Om., LA, Y (+). [26] persona, OA, OC, MG, OB, MA, Y, MC. [28] parcet, OA, LA, Y; poterit, OC. [29] Om., V, OB, MA, MB, CE, CM. [30-31] tales fel. faciant, OB, MA, MB. [32] Om., OC, MG. [33] Om., MG, OC. [34] Om., MG, OC. [35] Om., Y; mortuis patet supra, V. [36] numquid, CE, CM, Y, OB, MA, MB, MC. [37] heredes non, OB, MA, MB, Y. [38] amittat, V, MG, CM, OC. [39] hoc casu, OB, MA, MB, CE, CM, Y, MC. [40] Om., OB, MA, MB, MC.

De actione furti.

INTER alia placita coronæ non est omittendum de actione furti, et de qua oritur appellum, quamvis in diversis curiis aliquando terminetur, sicut in comitatu et in curiis baronum, et aliquando in maiori curia ipsius regis.

Quid sit furtum.

IGITUR imprimis videndum quid sit furtum, quot[41] eius species. Et sciendum quod furtum est secundum leges contrectatio rei alienæ fraudulenta cum[42] animo furandi, invito illo cuius res illa fuerit. Fraudulenta[43] dico, quia sine animo furandi non committitur. Est[44] etiam[45] quasi furtum, rapina, quæ idem est quantum ad nos quod roberia, et aliud genus contrectationis contra voluntatem domini, et similis pœna sequitur utrumque delictum, et unde prædo dicitur fur improbus. Quis enim magis contrectat rem aliquam invito domino quam ille qui vi[46] rapit?

Quot species furti.

SPECIES autem furti sunt duæ, quia aliud publicum aliud privatum, videlicet manifestum et non manifestum. Non manifestum[47] est ubi aliquis suspectus est de latrocinio per famam patriæ, per indictamentum et rectum, et ubi graves præsumptiones faciunt contra ipsum.[48] Sed[49] si[50] seisitus non inveniatur de aliquo latrocinio, non habet quis potestatem inquirendi nec procedendi contra ipsum ad inquisitiones, nisi ipse dominus rex in curia sua. Sed de hac specie nihil amplius ad præsens, quia superius per præcedentia perpendi poterit quid in hac parte sit agendum. Et si coram ballivis vel coronatoribus furtum cognoverit, tamen non tenetur ex tali confessione sine seisina, licet cum seisina recordum[51] haberent. Furtum vero manifestum est ubi latro deprehensus est seisitus de aliquo[52] latrocinio, scilicet hondhabbende et bacberende, et insecutus fuerit per aliquem cuius res illa fuerit qui[53] dicitur sakabor.[54] Et si[55] sine secta cognoverit se inde esse latronem coram vicecomite vel coronatoribus vel serviente regis cum testimonio proborum hominum, extunc furtum dedicere non poterit, quia tales in hoc habent recordum. Et secundum quosdam illud idem erit etiam[56] sine seisina.

Poterit quis ab initio agere civiliter vel criminaliter.

CUM sit autem qui sequatur, poterit ab initio agere civiliter vel criminaliter utrum voluerit. Poterit enim rem suam petere ut addiratam cum testimonio proborum hominum, et sic consequi rem suam quamvis furatam. Et si ille

[41] et cuius, MA. [42-43] Om., OC. [43] fraudulenta, OA, LA, MC, MG, CE, Y (+ alias cum animo dico); cum animo, V, OB, MA, MB, CM; fraudulosa, Azo. [44-45] est enim, OB, MA; et est, MB. [46] Om., OB, MA, MB. [47] manifestus, LA, MC. [48] Om., OB, MA, MB, CE, CM. [49] Om., MA. [50] Om., OA, OC, MG, OB, MB, CE, CM. [51] concordum, OA. [52] Om., MA; alio, MB. [53] quæ, V, Y. [54] sakaburth, V; sakabor, sachabor, sachaber, sacobare, sectator, MSS. [55] Om., OB, MA, MB. [56] et, CE, MG, OC; om., OB, MA, MB, CM, Y.

qui seisitus fuerit in hoc ei[57] non[58] obtemperaverit, poterit accrescere[59] et[60] petere eam ut furatam, sed non e contrario.

De appello de latrocinio.

ET dicere[61] quod ille qui tenet latro est, aut latronem scit[62] nominare, et quod in felonia et furtive et in latrocinio et contra pacem domini regis cepit f. 151] rem illam, et furtive abduxit eam.[1] Et quod hoc fecit furtive et in felonia, offert[2] probare versus eum per corpus suum sicut curia consideraverit. Et appellatus tunc[3] defendat feloniam, latrocinium, et totum, vel per patriam vel per corpus, secundum electionem suam prout curia consideraverit.[4]

Si defendat, vadietur duellum.

SI autem elegerit se defendere per corpus, statim[5] vadietur inter eos duellum. Et appellatus det vadium defendendi et appellans vadium[6] disrationandi, et sic terminabitur negotium.

Si appellatus patriam elegerit.

SI autem patriam[7] elegerit, tunc dicere poterit quod res de qua agitur sua sit propria, et rationem ostendere quare. Ut si equus fuerit, poterit dicere quod ei pullonatus fuit et quod eum nutrivit per[8] tantum tempus. Et si hoc per patriam testatum fuerit, liberabitur, nisi ille qui appellat docere possit[9] contrarium, videlicet docere per patriam et per visnetum[10] suum et per alia indicia[11] certa, quod ei pullonatus fuit et quod ipsum nutrivit[12] a iuventute. Et cum ex utraque parte sic producatur secta, præferatur illa quæ maior fuerit et dignior et magis[13] veri similior. Et non refert utrum[14] res quæ ita subtracta fuerit, extiterit illius appellantis propria vel alterius, dum tamen de custodia sua. Si autem pares sint in secta et testimonio, vocentur alii fideles homines de confinio qui nullam partium attigerint, et ille obtinebit cum quibus ipsi concordes fuerint, et sic terminabitur negotium. Si autem appellatus dicat rem illam sibi esse venditam vel donatam ab aliquo, tunc necesse erit quod illum vocet ad warantum. Si autem warantus præsens fuerit, vel si habere possit eum[15] ad certum diem, habeat eum ut inter eos procedatur de warantia. Si autem eum habere non possit, tunc alio modo procedendum erit. Cum autem warantus præsens fuerit, aut statim warantizat,[16] aut defendit quod ei warantizare non debet et negat. Quo casu si negaverit, oportet quod appellatus qui in seisina fuerit hoc disrationet versus eum per corpus suum, et sic perveniri poterit inter eos ad

[57-58] omnino, MG, OC. [59-60] Om., LA, Y (+). [61] dicitur, OB, MA, MB, CE, CM. [62] sit, OB, MA, MC.

[1] illam, OB, MB; om., OA, MA. [2] offerat, OA, MC, Y. [3] tunc eum, OB, MB, CE, CM, MA (contra eum). [4] considerat, MG. [5] suum, MG, OC. [6] det vadium, V, MG, OC, MB. [7] per patriam, OB, MA. [8-13] Om., OB, MA, MB, CM. [9] poterit, V; posset, CE. [10] visum, MSS. var. [11] iudicia, V, OC, MG. [13] Om., OB, MA, MB. [14] Om., OB, MA, MB. [15] Om., OB, MA, MB. [16] warantizet, MG, OC.

duellum. Si autem warantizaverit, tunc statim cum tradita res fuerit waranto, liberabitur ille qui warantum vocavit, et ille qui rem vindicat tunc loquatur versus eum qui warantizavit per verba appelli, sicut locutus fuit primo versus primum seisitum. Et sic vocare[17] poterit warantus de waranto in warantum, plures sicut unus, <per auxilium curiæ et per breve.> <Si quis vero cum[18] warantum vocaverit[19] habere non possit sine auxilio regis,[20] tunc fiat breve in hac forma vicecomiti.

Breve de faciendo venire warantum per auxilium.

REX vicecomiti salutem. Præcipimus tibi quod tali die, tali[21] anno[22] regni nostri, venire facias talem ad comitatum talem, vel ad curiam talem apud talem locum, ad respondendum in eodem comitatu vel in eadem curia tali de warantizatione unius equi furati, vel alterius rei quam ei vendidit ut dicit, et unde idem talis in eodem comitatu vel in eadem curia vocavit ipsum talem ad warantum versus ipsum talem. Teste etcetera. Si quis autem rem furatam[23] emerit cum illam crederet esse legalem, tunc si warantum non habuerit distinguendum erit utrum[24] illam emerit[25] publice et in feria et[26] mercato et nundinis, et coram ballivis et aliis[27] probis hominibus qui de hoc testimonium perhibuerint, et quod tolnetum et consuetudines dederit: liberabitur talis emptor cum rem restituerit vero domino, sed nihil restituetur
f. 151b] ei de pretio, quod solvit pro eadem re. Si autem nihil horum habuerit, in periculo erit.>

Quod quandoque intrat aliquis in warantiam malitiose et per fraudem.

INTRAT quandoque in warantiam et defensionem aliquis malitiose et per fraudem et pro mercede, sicut campio conductitius,[28] quod[29] quidem si fuerit coram iustitiariis detectum, non procedatur ad duellum, sed per patriam inquiratur veritas,[30] si talis mercedem acceperit vel non. Et si constiterit quod sic, pedem amittat et pugnum. Ut coram Martino de Pateshilla de termino Sancti Hillarii anno[31] regis Henrici quarto comitatu Essexiæ, de Elia Pigun campione conductitio.[32]

Habenda est ratio utrum res magna sit an minima.

EST etiam furtum de re magna et re minima, et ideo habenda erit ratio quæ vel qualis sit res quæ furatur. Pro parvo enim latrocinio vel pro[33] parva re nullus christianus morti tradatur.[34] Sed alio modo sic[35] castigetur ne facilitas veniæ aliis materiam præbeat delinquendi, et ne maleficia remaneant impunita. Et ideo secundum qualitatem rei furatæ et valorem, si fur[36] con-

[17] vocari, OB, MA, MB, CE, CM. [18] Om., MG, OC. [19] Om., MG. [20] Om., MG, CM, Y, OA, CE, OB, MA, MB; *sic*, OC. [21-22] talis, OB, MA, MB, MC, CE (corr.), CM (talem). [23] furtivam, OA, CE, Y. [24-25] Om., OB, MA, MB. [26] vel, OB, MA, MB, Y. [27] Om., OA, OC, MG. [28] conductivus, OA, OC, MG. [29] quia, MG, OC. [30] rei veritas, OA. [31] anno regni, MG, OC, CM. [32] Om., OB; conductus, MG; conditus, OC. [33] Om., OB, MB, CE, CM. [34] traditur, OB, MA. [35] Om., OB, MA, MB, CE, CM, MC. [36] vir, OB, MA, MB, CE, CM, MG, MC.

victus fuerit, aut morti tradatur aut regnum abiuret vel patriam, comitatum, civitatem, burgum vel villam, aut fustigetur, et sic castigatus dimittatur.

Si furtum in manu alicuius inveniatur.

Si vero[37] furtum in manu[38] vel sub potestate alicuius inveniatur,[39] tunc ille in cuius domo vel potestate res furtiva inventa fuerit, tenebitur, nisi warantum invenerit qui eum inde defendere possit.[40]

Si uxor teneatur ex furto viri.

Uxor vero sibi[41] desponsata non tenebitur, quia virum accusare non debet nec detegere furtum suum neque feloniam, cum ipsa sui potestatem non habeat,[42] sed vir. Consentire tamen non debet feloniæ viri sui neque coadiutrix esse, sed feloniam et nequitiam viri impedire debet quantum potest. In[43] certis tamen casibus de furto tenebitur si furtum inveniatur sub clavibus uxoris. Has[44] quidem claves habere debet uxor sub custodia[45] et cura sua,[46] claves videlicet[47] dispensæ suæ, arcæ suæ,[48] et scrinii[49] sui. Et si aliquod furtum sub clavibus istis inveniatur, uxor cum viro culpabilis erit. Sed quid si res furtiva in manu uxoris inveniatur? Numquid tenebitur vir? Non, ut videtur, nisi ei expresse consenserit, vel cum rem ei warantizaverit, cum ipsum vocaverit ad warantum, et consensisse præsumitur nisi expresse dissentiat, vel nisi de eo præsumatur quod fidelis sit, eo quod societatem talis uxoris devitavit in quantum potuit.

Item si cum viro convicta fuerit.

Item quid erit si uxor cum viro convicta[50] fuerit vel confessa quod viro suo consilium præstiterit et auxilium? Numquid tenebuntur ambo? Immo, ut videtur, quia[51] vir potest teneri per se cum sit malus, et uxor poterit esse bona et fidelis et liberari. Item uxor mala per se et vir fidelis. Cum ergo uterque possit[52] esse malus per se et alter eorum bonus, ita poterit uterque illorum[53] simul et coniunctim esse malus sicut bonus.[54] Non igitur erit in omni casu uxor deliberanda propter consilium, auxilium et consensum, desicut sunt participes in crimine, ita participes erunt in pœna. Et si obedire debeat viro, in atrocioribus[55] tamen non erit ei obediendum. Poterit quidem vir ligare et tenere, et uxor sponte et non coacta occidere, et ita ut videtur tenetur de maleficio uterque. De concubina vero vel[56] famula[57]

[37] Om., OB, MA, MB, CE, CM. [38-39] manu alicuius inv. vel sub pot. alicuius, OB, MA, MB, CE, CM, MC. [40] poterit, MG, OC. [41] furi, V. [42] habet, MA; habuerit, OA. [43] item, MA, MB. [44] quas, V, OB, MA, MB, CM. [45-46] custodia sua et cura, OB, MB, CE, CM. [46] Om., MA. [47] Om., MA; scilicet, OB, MB, CE, CM, Y. [48] sui, OA; om., MG, OC. [49] scrutinii, MG, OC. [50] coniuncta, V, OC (c. sit); (— convicta . . . viro, MG). [51] quod, MG, OC. [52] poterit, LA, Y, MC. [53] eorum, V, Y, MC; eorum illorum, OB; ipsorum, OA, LA, MG, OC. [54] bonus solutio, V; bon. s., LA, OA; bon. sed, MG; bon. si, OC. [55] latrocinibus, OC, MG. [56] et, OB, MA, MB, CE, CM. [57] familia, OB, MA, MB, MG, Y.

domus, non erit[58] ita sicut de uxore. Ipsæ[59] vero accusare tenentur[60] vel a servitio recedere, alioquin videntur consentire. Si vero mulier pro maleficio fuerit condemnata, differtur aliquando executio iudicii postquam redditum fuerit iudicium, si prægnans fuerit, donec peperit, sive ante delictum perpetratum conceperit sive post. Et ad hoc facit ff. *de pœnis* l. *prægnantis,* f. 152] ubi dicitur quod prægnantis mulieris damnatæ pœna differtur quoad pariat. Nec de ea quæstio habeatur quamdiu prægnans fuerit, id est non torqueatur.

De furto manifesto et probatore cognoscente.

Cum furto manifesto deprehensus sine[1] aliqua probatione cognoscit latrocinum et se esse latronem, vel cognoscit homicidium vel roberiam, vel quod aliam feloniam fecerit, vel quod utlagatus fuerit, vel gaolam fregerit, vel regnum abiuraverit, vel quid tale fecerit per quod secum suum portat iudicium, poterit dominus rex, si voluerit, ei concedere vitam et membra per sic quod patriam deliberet a malefactoribus, per corpus vel per patriam vel per fugam, secundum quod convenerit de numero et de modo. Appellare poterit quos voluerit de societate et latrocinio vel alia quacumque felonia, dum tamen si sit aliquis fidelis et in franco plegio, et dominum habuerit qui ipsum advocaverit, et velit se ponere super patriam. Si fidelis appellatus per patriam fuerit deliberatus, probator infidelis quasi mendax et convictus condemnabitur. <Et[2] qui sic convicti sunt[3] et secum suum portant iudicium, sicut sententialiter[4] condemnati, nullum habent appellum versus aliquem fidelem nec infidelem, quia omnino frangitur eorum baculus. Sed non erit ita de probatore, quia licet crimen confessus fuerit, tamen propter hoc non est iudicatus.> Si autem in decenna non fuerit, nec dominum habuerit qui advocet eum, et patriam recusaverit, forte tunc cum omnia bona ei deficiant et per hoc par sit appellanti,[5] procedat inter eos duellum. Et eodem modo si ad appellum probatoris posuerit se[6] quis super patriam de roberia et latrocinio, vel alia felonia ei imposita a probatore, et per patriam fuerit inde male creditus, tunc cum sit par probatori procedat inter eos duellum. Non enim habet felo vel latro cognoscens versus aliquem fidelem vocem qui velit et possit se ponere super patriam de fidelitate. Cum autem quis latrocinium vel aliam feloniam cognoverit, et probator devenerit coram aliquibus qui recordum habuerint de cognitione, aut perseverat in eadem voluntate coram iustitiariis aut non perseverat. Si autem non perseveraverit, sed

[58] Om., OB, MA, MB, CE, CM. [59-60] ipsi v. a. tenentur, V, MA; ips(a)e v. a. tenetur, OB, MB; ipsa v. a. tenetur, Y.

[1] quandoque sine, V, LA, MC, MG, OC, Y (quando). [2] sed re vera utlagatus nec ille qui regnum abiuraverit et, OA, MG, OC. [3-4] sunt portant iud. vel secum sent., MG; sunt convicti port. inde iud. sicut generaliter, OC. [5] appellati, MG, OC. [6] Om., OA, MG, OC, MC.

se retraxerit quandocumque,[7] et recordatum[8] sit a vicecomite et[9] coronatoribus vel aliis qui recordum habent, quod coram eis latrocinium cognovit, extunc habebitur probator pro convicto et pro[10] condemnato propter cognitionem. Si autem in eodem proposito coram iustitiariis perseveraverit, ubi numquam se retraxerit, tunc coram eis[11] suam[12] de novo faciat cognitionem, et obliget se ad convincendum tot, quot appellaverit, ut habeat vitam et membra ut prædictum est. Quod quidem nemo ei concedere poterit nisi ipse rex, vel iustitiarius suus de speciali permissione vive voce, vel per breve suum quod[13] tale est.[14]

Breve quod rex concedit iustitiariis potestatem concedendi probatori vitam et membra.

REX [iustitiario][15] salutem. Scias[16] quod concedimus tibi[17] potestatem concedendi tali vitam et membra, qui coram te[18] probator devenit, et latrocinium vel aliam feloniam cognovit, per sic quod faciat duellum, vel[19] convincat quinque vel tot per corpus suum vel per patriam, ad quod se obligavit coram te,[20] et secundum quod nobis significasti,[21] vel[22] cum pluri-
f. 152b] bus si ad hoc ipsum inducere[23] possis.[24] Teste etcetera. Et quo casu vicecomes attachiare debet omnes appellatos, et si in hoc negligens extiterit, fiat ei breve in hac forma.

Quod vicecomes attachiet eos quos probator appellaverit.

REX vicecomiti salutem. Præcipimus tibi quod si aliquem habes latronem probatorem in balliva tua,[25] qui publice confessus fuerit latrocinium vel aliam feloniam coram serviente vel ballivo[26] et[27] aliis probis hominibus, et aliquos de societate appellaverit de latrocinio, roberia,[28] morte hominis, vel alia felonia, tunc ipsos sine aliqua dilatione attachiari facias secundum consuetudinem regni nostri, ad habendum eos coram nobis vel capitali iustitiario nostro ad summonitionem nostram vel ipsius capitalis iustitiarii nostri. Teste etcetera. Item aliud de eadem materia de capiendo appellatos per probatorem et producendo coram iustitiariis.

De capiendo appellatos per probatorem qui se cognoscit esse latronem.

REX vicecomiti salutem. Præcipimus tibi quod sine dilatione capias A. quem B., qui se cognoscit esse latronem, in curia nostra coram etcetera, appellat de societate et latrocinio vel alia tali felonia, et[29] illum captum quam citius poteris ducas, vel venire facias coram eisdem iustitiariis nostris apud

[7] quandoque, MG, OC. [8] recordum, V, MG. [9] vel, V, Y; et a, MA. [10] Om., CE, CM. [11-12] se, OB, MA, MB. [13-14] Om., MG, OC. [15] vicecomiti, OB, MA, MB, CE, CM, LA, Y, MC, OA, OC, MG. [16] sciatis, OC, MG, V. [17] vobis, V, LA, MG, OC. [18] vobis, OC, MG, LA, MC. [19] ut, V, MG; et, Y, OC. [20] vobis, V, LA, MG, OC. [21] significastis, V, LA, MG, OC. [22] Om., MG, OC. [23] deducere, OC, MG. [24] possitis, V, LA, MG, OC. [25] Om., OA, OB, MB. [26] ballivis, LA, Y, MG, OC, MC. [26-27] ballivo vel ballivis vel, V. [27] vel, V, OB, MA, MB, CM. [28] roberia vel, OB, MA, MB. [29] Om., OB, MA, MB.

talem locum, ad respondendum eidem B. de societate et[30] de[31] morte hominis, roberia et latrocinio, vel alia tali felonia unde eum appellat. Vel aliter: Præcipimus tibi quod sine[32] dilatione[33] capias A. et ipsum captum ducas coram iustitiariis etcetera, ad respondendum B. cognoscenti[34] se esse latronem de societate latrocinii unde eum appellat. Et tunc habeas ibi coram eisdem iustitiariis sufficientem sectam de visneto tali, ad faciendam inquisitionem de prædicto tali secundum consuetudinem regni nostri. Et habeas ibi hoc breve. Teste etcetera. Et posset huic brevi adiungi bene ut videtur, et si idem talis propter appellum illud se forte subtraxerit, tunc facias[35] illum interrogari de comitatu in comitatum donec secundum legem terræ utlagetur. Et hoc fieri debet tantum ad sectam domini regis sine alia secta, propter præsumptionem appelli et propter fugam. Cum autem appellatus præsens fuerit, proponat probator appellum suum in hæc verba.

Cum autem præsens fuerit appellatus, qualiter probator proponere debet intentionem suam et appellum suum.

A. DE N. cognoscens se esse latronem appellat B. de[36] societate et latrocinio vel roberia vel[37] morte hominis,[38] scilicet ita[39] quod ipsi simul furati fuerunt talem rem apud talem locum, et ita quod prædictus B. habuit ad partem suam tantum. Vel sic: quod ipsi simul venerunt ad domum talis, tali loco, vel in via vel alibi, et robbaverunt ei talem rem, per quod robbaverunt eum[40] et[41] interfecerunt, et ita quod prædictus B. habuit tantum ad partem suam. f. 153] Et idem de receptamento scienter, et alia felonia. Et hoc offert probare versus eum per corpus suum, sicut curia consideraverit. Et oportebit probatorem certam rem exprimere, et omnes circumstantias sine variatione et mutatione aliqua. Et quod cognoscat personam appellati cum fuerit in iudicium productus, quia si eum non cognoverit, præsumetur contra ipsum quod numquam fuerunt socii.

Item plures appellat, et unde sic.

IDEM[1] A. appellat B. de N. de societate et latrocinio vel felonia prædicta, et[2] ita quod ipse habuit[3] ad partem suam tantum vel de alio latrocinio alibi facto. Et sic poterit plures appellare eodem die de societate et pluribus latrociniis et diversis.

De modo defendendi.

ET B. venit et defendit societatem, et latrocinium, roberiam, et mortem, et receptamentum, et omnem feloniam, et quidquid ei imponitur, de verbo in verbum et secundum quod ei imponitur. Et tunc per corpus suum sine ali-

[30-31] et, MG, CM; de, OC. [32-33] Om., MG, OC. [34] cognoscendi, OA; cognoscentem, MG, OC. [35] faciat, LA; facis, OC. [36] de morte et, V, LA; de morte hominis, MG, OC; de morte hominis talis et, Y. [37] vel in, LA. [37-38] Om., MG, OC, Y. [39] Om., LA, Y, MG, OC. [40-41] eum eum, V; eum, OB, MA.

[1] item, MSS. var. [2] Om., OB, MB, MC, CE, CM; (— vel fel. præd. . . . latrocinio, MA). [3] Om., OB, MB (+).

qua allocatione vel exceptione, quo casu inter eos vadietur duellum, et appellatus det vadium defendendi et probator[4] det vadium disrationandi. Et si appellatus plegios non habuerit, tunc erit gaola plegios utriusque. Et dabitur dies ad quem venient armati. Et cum venerint, primo[5] iuret defensor[6] in hæc verba.

De forma sacramenti tam appellantium quam appellatorum: et primo appellatus iuret per verba negativa.

Hoc audis[7] homo quem per manum[8] teneo, qui A. te facis appellare[9] per nomen baptisterii, quod ego non sum latro nec socius tuus de latrocinio vel roberia, vel huiusmodi, nec tecum furatus fui talem rem tali loco, nec aliud tale quid fecimus sicut roberiam talem, nec ego habui ad partem meam tantum, sic me deus[10] etcetera.

Postea iuret appellans per verba affirmativa.

Et tunc dicat probator,[11] Hoc audis[12] homo quem per manum teneo, qui B. te facis appellare[13] per nomen baptisterii, quod tu es periurus, et ideo periurus, quia tu est latro et socius meus de latrocinio, quia tali loco simul furati fuimus talem rem, vel talem roberiam simul fecimus, vel quid tale, et unde tu habuisti ad partem tuam tantum, sic me deus[14] etcetera. Et sic percutiatur inter eos duellum ordine supradicto observato.

Si appellatus victus fuerit.

Et si appellatus victus fuerit, eodem die vadiet probator aliud duellum versus alium appellatum, sed statuetur alius[15] dies ad pugnandum, ad quem uterque veniet armatus. Et sic fiat de pluribus de quolibet post alium. Et secundum quosdam non sufficit quod appellatus cognoscat se fuisse socium[16] et[17] latronem, vel aliquid consimile ad recreantisam, nisi dicat illud verbum odiosum, quod[18] recreantus[19] sit.[20] Et similiter quod socius sit et latro, licet sufficiat secundum quosdam quod cognoscat se esse[21] socium et latronem, quia non refert utrum quid fiat vel quod tantundem valeat.

Si autem probator victus fuerit.

Si autem probatur victus fuerit, appellatus per plegios dimittatur propter suspicionem appelli, nisi iustitiarii propter aliquam aliam suspicionem providerint illum esse ulterius in prisona retinendum, quia forte indictatus est alibi per milites et alios fide dignos. Ut de termino Sancti Hillarii et de termino Paschæ anno regis[22] Henrici quinto, in principio rotuli comitatu Eboraci, de Roberto filio Yvonis, ubi eodem die vadiatum fuit duellum

[4] appellator, MG, OC. [5-6] primo intret def. et iuret, V; primo intret def., OA. [7] auditis, OB, MA, MB. [8] manus, V, CM. [9] appellari, V, MA, OC. [10] deus adiuvet, MG, CM, OC. [11] probator per verba affirmativa, OB, MA, MB. [12] auditis, OB, MB. [13] appellari, V, OC, MA. [14] deus adiuvet, MG, MB. [15] ei alius, MG, OC. [16] socium suum, V, MG. [17] vel, V, MG, OC. [18-20] Om., MB. [19] recreatus, OB, MA. [20] est, MG, OC. [21] Om., OC, MG. [22] regni regis, V, MG, OC.

inter appellatum victorem et alium probatorem de novo appellantem. Si autem plegios invenire non possit,[23] aut regnum abiuret vel remaneat perpetuo in prisona.

Si autem defensionem non susceperit in propria persona, sed excipiat et iudicium petat, si contra talem cognoscentem se esse latronem debeat respondere.

CUM autem in propria persona per corpus defensionem non intraverit, poterit excipere contra probatorem, et petere sibi allocari si debeat tali f. 158b] respondere qui est latro cognoscens, vel talis quod vocem habere non debeat versus hominem fidelem. Et cum ipse[24] sit fidelis homo et in assisa domini regis etcetera, et in franco plegio, et dominum habet qui ipsum advocat, et tunc sic.

De defensione appellati.

ET B. venit et defendit societatem, latrocinium, et totum ut supra, sicut versus eum qui est latro cognoscens, et ipse homo fidelis et[25] in franco plegio, et in assisa domini regis, et dominum habet qui ipsum advocat. Et quo casu si hoc per patriam convictum fuerit, damnibitur probator appellans et liberabitur appellatus. Si autem sic dicat appellatus simpliciter quod defendit totum sicut versus latronem cognoscentem, et de fidelitate se ponat super patriam, si per patriam fuerit male creditus, cum pares sint in culpa appellans et appellatus, statim vadietur inter eos duellum. Et eodem modo cum fuerit requisitus appellatus, si fuerit in franco plegio et in assisa domini regis, vel si fuerit dominus qui ipsum advocet, nec sit aliquod boni quod pro se habeat, statim vadietur duellum, cum omnia bona ei defecerint. Item si appellatus alias rettatus fuerit de maleficio, vel indictatus per milites et villatas et legales homines qui præsentes fuerint et hoc testentur. Item si[26] alias ab alio probatore appellatus fuerit propter tales suspiciones, vadietur duellum. Et eodem modo si cum probator primum appellatum devicerit, fiat de aliis appellatis omnibus sicut de primo.

Si probator fecerit quod promisit, teneatur ei conventio.

CUM autem probator fecerit quod promisit, teneatur ei conventio, quod vitam habeat et membra, sed in regno remanere non poterit, etiam si velit plegios invenire. Si autem probator victus fuerit antequam duella sua perfecerit, vel mortuus casu vel morte naturali, alii qui appellati sunt ab eo et non convicti, propter suspicionem appelli probatoris remaneant sub plegiis ad standum recto, si quis versus eos loqui voluerit. Et si plegios[27] invenire[28] non possint, abiurent regnum. Si autem appellati per appellum se forte subtraxerint, et mortuo probatore redire voluerint, cum propter appellum et propter fugam magis suspecti habeantur, si redierint capiantur, nec sunt

[23] posset, MG, OC; poterit, Y. [24] Om., MG, OC. [25] Om., LA, MC, Y (+ et). [26] non, OA, CE, MC. [27-28] plegii inveniri, OA, CE, MC.

per[29] plegios dimittendi nisi ex speciali præcepto domini regis. Et tunc fiat de eis secundum quod superius fit de aliis. Si forte contingat quod quis[30] in curia sua vel comitatus vel iustitiarius, nisi ad hoc fuerit specialiter datus, appellum tenuerit de probatore, comitatus et curia erunt[31] in misericordia, et iustitiarius redarguendus. Et si in curia baronis hoc factum fuerit, summoneatur recordum per hoc breve.

Si comitatus vel curia alicuius potentis appellum tenuerit de probatore, veniat recordum ad curiam regis per tale breve.

REX vicecomiti salutem. Ostensum est nobis quod cum quidam talis captus[32] sit in comitatu tuo cum latrocinio, vel infra libertatem talis, et cognoverit[33] latrocinium et probator devenerit, et plures appellaverit de societate et latrocinio, comitatus vel ballivi de tali hundredo vel de tali curia, et tales milites et libere tenentes de eodem hundredo vel eadem curia tenuerunt[34] loquelam illam, et appellum de eodem probatore audiverunt,[35] et ita quod per appellum illud tot homines damnati fuerant[36] in præfato hundredo vel curia sine præcepto nostro, et sine waranto quod inde haberent. Et ideo tibi præcipimus quod assumptis tecum probis hominibus et custodibus placitorum coronæ nostræ, sine dilatione convenire facias prædictum hundredum et prædictam curiam, et illos coram quibus[37] appellum illud deductum[38] fuit,[39] et coram vobis fieri facias recordum illud, qualiter appellum illud deductum fuit[40] in prædicto hundredo vel curia, et[41] qualiter idem probator f. 154] prædictos homines appellaverit et per quæ verba, et qua occasione prædicti homines damnati fuerunt. Et recordum illud habeas[1] coram nobis ad talem terminum sub sigillo[2] tuo et sub[3] sigillis[4] prædictorum custodum, et per quatuor legales homines ex[5] illis[6] qui recordo illi[7] interfuerunt. Et statim probatorem illum recipias a ballivis illis et salvo custodias, et illum habeas coram nobis vel iustitiariis nostris etcetera. Et omnes illos quos de societate appellaverit et latrocinio, ad respondendum ei in prædicto appello unde eos appellat.

Item breve vicecomiti quod probatorem habeat coram rege et omnes quos ipse appellaverit de societate, quia plures propter appellum probatoris se subtrahunt.

SUNT nonnulli qui per[8] appellum probatoris se subtrahunt, et quandoque

[29] sub, OB, MB. [30] aliquis, V, MG, OC. [31] erit, V, OB. [32] Om., OB, MA, MB. [33] cognovit, V, MG, OC. [34] tenuerint, OC, CM, OB; tenuerit, MG. [35] audiverint, OB, MB, CE, CM, MG. [36] fuerint, MB; fuerunt, MA, Y. [37-38] quibus dictum app. deductum, OB, MA, MB, CM; q. prædictum app. ded., MG, OC. [39] fuerat, OB, MB, MA (— et coram . . . ded. fuit). [40] fuerat, OB, (MA), MB. [41] Om., OB, MA, MB.

[1] Om., OB, MA, MB, CE, CM, OA. [2] signo, OB, MB. [3] Om., OC, MG. [4] signo, OB, CM, MB (signis). [5-6] Om., MG, OC. [7] illo, OC, OB, MB, CM. [8] Om., LA, OC; propter, MG, Y.

propter[9] adventum[10] iustitiariorum, pro[11] indictamento et malo recto, et eo quod male crediti sunt in itinere per milites et villatas. Et unde[12] propter[13] duplicem suspicionem, scilicet propter appellum et sacramentum militum et fugam, non sunt per plegios dimittendi si redierint, sed in prisona retinendi donec rex inde præceperit suam voluntatem. Unde sunt quidam qui finem faciunt cum rege antequam redeant vel cum fuerint[14] in prisona. Et ideo fiat vicecomiti breve de talibus in hac forma.

Si autem appellati venerint et finem fecerint, quod redire possint et esse sub plegiis.

Rex vicecomiti salutem. Scias quod talis finem fecit nobiscum pro tali. Vel sic: Scias quod finis factus est nobiscum pro tali qui est in prisona nostra. Vel aliter: Scias quod finis factus est nobiscum[15] coram iustitiariis nostris qui ultimo itineraverunt in comitatu tuo, sicut ipsi iustitiarii nostri recordantur, pro A. qui rettatus fuit coram eis de burgaria[16] et male creditus a duodecim militibus et villatis, vel qui fugit propter appellum probatoris, quod redire possit et esse sub plegiis ad standum recto, si quis versus eum loqui voluerit. Et ideo tibi præcipimus quod si prædictus A. redierit, et tibi plegios invenerit ad standum recto in adventu iustitiariorum eodem[17] recto, si quis versus eum loqui voluerit, tunc ei inde pacem habere permittas. Item si aliquis rettatus de roberia vel alio maleficio deliberatus fuerit per patriam, fiat breve vicecomiti de deliberandis catallis suis in hac forma.

Ubi quis appellatus per patriam fuerit deliberatus, et quod habeat catalla sua.

Rex vicecomiti salutem. Scias quod A. quem B. in curia nostra etcetera appellavit de pace et plagis et mahemio, per testimonium visneti[18] sui deliberatus est et quietus clamatus, sicut ille qui non fuit inde culpabilis. Et ideo tibi præcipimus quod omnia catalla ipsius A. quæ tu cepisti, vel talis ballivus tuus, occasione prædicti appelli et captionis prædicti A., eidem A. sine dilatione reddi facias, et ei firmam pacem nostram habere permittas. Est[19] et[20] aliud breve de materia ista quod generale est de dimittendo eos per plegios, nisi in casibus[21] exceptis.

Breve de replegiando aliquem quem talis cepit et captum detinet.

Rex vicecomiti salutem. Præcipimus tibi quod iuste et sine dilatione replegiari facias talem quem talis cepit et captum detinet, nisi captus sit per speciale præceptum nostrum vel capitalis iustitiarii nostri, vel pro morte

[9-10] pro adventu, OB, MA, MB, CE, CM. [11] et pro, OA, OB, MA, MB, CE, CM. [12] unde cum, V, LA, Y, MC, MG, OC, OA. [13] Om., OB, MA, MB, CM. [14] fuerant, OB, MA, MB. [15] nobiscum pro tali, MG, OC. [16] burguria, OA; burgeria, LA, Y, MG, OC; burgo, MA. [17] de eodem, V, Y, MC. [18] visus, OB, MA, MB, CE, CM, MG. [19-20] est, LA, Y, MC; et, MA; est etiam, OC, MB. [21] casibus scilicet, OB, MA, MB.

hominis, vel pro[22] foresta nostra, vel pro aliquo alio recto quare secundum legem Angliæ non sit replegiandus. Ne amplius etcetera, pro defectu iustitiæ etcetera. Teste etcetera.

Quod nemo potest curiam suam habere de probatore vel latrone cognoscente. Et quæ placita pertinent ad curiam et quæ ad comitatum, et de libertatibus singulorum.

f. 154b] DICTUM est supra[23] quod nemo potest habere curiam suam de probatore et latrone cognoscente. Videamus igitur quæ placita pertineant ad curiam et quæ ad comitatum. Sunt quidam barones et alii qui libertates habent, scilicet sok, sak, tol et theam, infangenethef, utfangenethef.[24] Isti possunt iudicare in curia sua si quis inventus fuerit infra libertatem suam seisitus de aliquo latrocinio manifesto, sicut hondhabbende et bacberende, et insecutus fuerit per saccabor: quia nisi fuerit in seisina, licet aliquis sequatur versus eum sicut versus latronem, non pertinebit ad curiam, hundreda, vel[25] wapentakia cognoscere de huiusmodi furtis, nec inde facere inquisitionem per patriam utrum talis qui non fuerit seisitus culpabilis sit vel non. Nec quod vadietur inter aliquos duellum sine seisina. De hoc quod dicit infangenethef, videndum quid sit. Et dicitur infangenethef latro captus in terra alicuius de hominibus suis propriis seisitus de[26] latrocinio. Utfangenethef vero dicitur latro extraneus veniens aliunde de[27] terra aliena, et qui captus fuerit in terra ipsius qui tales habet libertates. Sed non sequitur quod ille possit hominem suum proprium captum extra libertatem suam reducere[28] usque infra libertatem suam,[29] et ibi eum iudicare ex tali libertate. Debet enim quis[30] iuri subiacere ubi delinquit. Proprios enim latrones et alienos infra libertatem suam captos iudicare possunt. Item cognoscere possunt de medletis et hominibus verberatis, vulneratis, ubi felonia et pax regis[31] vel vicecomitis non apponitur. Poterit tamen apponi pax domini regis[32] et ballivorum. Item de equis,[33] bobus, et aliis animalibus vulneratis et mahemiatis. Talis quidem transgressio emendari poterit per vicinos. Item cognoscere potest[34] de debitis quæ exiguntur sine brevi domini regis, et etiam de aliis querelis sine brevi.

Ad vicecomites pertinent huiusmodi placita.

AD vicecomites vero pertinent huiusmodi placita in comitatu. Cognoscere quidem potest de medletis, plagis, verberibus, et consimilibus pro defectu dominorum, nisi querens adiciat de pace domini regis infracta vel feloniam apponat, extunc enim[35] vicecomes non debet intromittere, cum hoc tangat

[22] Om., V, OB. [23] Om., OB, MA, MB. [24] Om., OB, MA, MB, CE, CM. [25] Om., OC, MG. [26] Om., V, OA, LA, OC, MG, Y, MC. [27] in, MA, MB, OB. [28] reducere eum, OA, OC, MG, CM, MB, MA (— red.), MC. [28-29] Om., OB. [30] Om., MB; quisquis, OB, MA. [31] domini regis, OB, MA, MB. [32] Om., MG, OC, Y, LA. [33] equis et, OB, MA, MB. [34] possunt, V; poterit, CM, MB. [35] enim se, V; se, LA, Y, MC; (vic. se non, OC).

personam domini[36] regis et coronam suam. Et ideo coronatores querelam illam sive appellam irrotulare debent, annum et diem et locum, et omnia verba appelli per ordinem, et omnes circumstantias ut supra de appellis, usque ad[37] adventum iustitiariorum. Sed si tantum agatur de pace vicecomitis, non erit ibi amissio vitæ vel membrorum, sed sequitur pœna pecuniaria de convictis. Potest[38] quidem vicecomes facere placita non ex officio vicecomitis, sed vice ipsius regis ex[39] causa necessaria, non sicut vicecomes sed sicut iustitiarius regis,[40] si hoc[41] specialiter ei demandetur quod iuratam capiat et faciat inquisitiones, extensiones et partitiones, licet in quibusdam iudicium reddere non possit. Item habet ex speciali mandato regis,[42] non ex officio vicecomitis, ubi mandatum habet quod iustitiet aliquem, et[43] quo casu videtur quod omnia habere debet ut iustitiarius, sine quibus placitum illud terminari[44] non possit. Habet etiam ut iustitiarius, et non ex officio vicecomitis, quod cognoscere potest de[45] averiis captis et detentis[46] contra
f. 155] vadium et plegios, quod quidem placitum pertinet ad coronam, et[1] quod ei ex necessitate conceditur ad[2] terminandum ratione inferius dicenda. Item pertinet ad ipsum cognoscere de[3] assisis[4] in regno constitutis[5] et iuratis per regnum, si fuerint servatæ vel non, sicut panis et cervisiæ et falsis mensuris quæ pertinent ad coronam, et[6] de quibus attachiamenta facere[7] poterit simul cum coronatoribus usque ad adventum iustitiariorum. Item pertinet ad vicecomitem visus franci plegii in turnis suis duobus singulis annis per hundreda et[8] wapentakia faciendis. Et ideo qualiter fieri debent[9] turni videndum erit.[10]

De minoribus et levioribus criminibus quæ civiliter intentantur.

DICTUM est supra de maioribus criminibus et[11] appellis quæ criminaliter intentantur, et aliquando ultimum inducunt supplicium, aliquando[12] membrorum truncationem, aliquando exilium perpetuum vel ad tempus. Nunc autem dicendum est[13] de minoribus et levioribus criminibus quæ civiliter intentantur, sicut de actionibus iniuriarum personalibus, et quæ pertinent ad coronam, eo quod aliquando fiunt contra pacem domini regis. Videndum igitur quid sit iniuria. Et sciendum quod iniuria est quidquid non iure fit. Et unde supra in parte dicitur quod si quis interfectus fuerit, videndum erit an iniuria sit interfectus vel sit talis qui[14] nullo iure occidi-

[36] ipsius dom., V, LA, OC, MC. [37] Om., OB, MA, MB, Y. [38] poterit, MG, OC. [39-40] Om., OB, MA, MB. [41] Om., LA, Y. [42] Om., CE; domini regis, MG, OC. [43] in, OB, MA, MB. [44] terminare, OC, MG. [45-46] Om., LA, Y (+).

[1] Om., OB, MA, MB. [2] *sic*, V, Y; om., MSS. gen. [3-4] Om., LA, Y (+). [5] statutis, V, LA, Y, MC, OC, MG. [6-7] de quibus facere, OB, MA, MB. [8] Om., V, MSS. gen. [9] debeant, CE, CM. [10] Om., OC, MG. [11] Om., OA, MG, OB, MA, MB, CE, CM. [12] et aliquando, OB, MA, MB. [13] Om., OA, LA, Y, CE, CM. [14] quod, LA, OC.

tur. Igitur qui latronem occiderit non tenetur, nocturnum vel diurnum, si aliter periculum evadere non possit,[15] tenetur tamen si possit. Item non tenetur si per infortunium et non animo et voluntate occidendi, nec dolus nec culpa eius inveniatur, de quo supra dictum est, et de gratia principis cum eo mitius agitur hoc probato. Non iure occiditur quis, ut si[16] in assultu præmeditato et felonia et animo occidendi fuerit quis interfectus ob iram et cupiditatem. Item si quis[17] unum percusserit et occiderit cum alium percutere vellet in felonia, tenetur. Item si cum levius credidit percussisse, gravius percusserit et occiderit, tenetur. Debet enim quilibet modum et mensuram adhibere in suo facto. Et est iniuria talis quæ inducit[18] ultimum supplicium cum criminaliter agatur. Est et[19] alia quæ non nisi pœnam pecuniariam tantum, et quandoque eandem pœnam cum carceris inclusione, secundum facti qualitatem. Fit autem iniuria non solum cum quis pugno percussus fuerit, verberatus, vel fustibus cæsus, verum etiam cum ei convitium dictum fuerit, vel[20] de eo factum carmen[21] famosum et huiusmodi.

Qualiter quis patitur iniuriam per suos.

Patitur autem[22] iniuriam quis non solum per se ipsum, sed etiam per illos quos habet[23] in potestate, sicut per liberos suos et uxorem suam. Vir autem agere poterit de iniuria facta uxori suæ, sed[24] non e contrario. Defendi enim uxores a viris, non viros ab uxoribus, dignum est. Item iniuriam patitur quis[25] per illos quos habuerit in familia sua, sicut servientes suos et servos si pulsati fuerint et verberati in contumeliam suam, vel quatenus sua
f. 155b] interfuit operibus eorum[26] non caruisse. De plagis vero et verberibus sibi factis habent ipsi actionem et non dominus.

In quibus casibus servi habent personam standi in iudicio contra dominos suos.

Habent enim servi personam standi in iudicio contra omnes[27] de iniuriis sibi factis contra pacem domini regis, et multo fortius servientes. Habent etiam servi personam standi in iudicio contra[28] dominos suos de seditione[27] domini regis, et aliis quæ fiunt[28] contra personam eius, quia ibi admittitur quilibet de populo, et contra dominum suum de atroci iniuria, ubi agitur de vita vel[29] membris, vel roberia. Pœna igitur iniuriam quandoque erit corporalis, quandoque pecuniaria. Et[30] si fuerit pecuniaria[31] et certa et in iudicium deducta, tamen erit a iudice taxanda, cum sit omne interesse incertum, et quandoque minuitur cum sit in iudicium deducta, secundum qualitatem delicti et personæ cui iniuriatur. Numquam tamen crescere debet de iure.

[15] poterit, OC, MG; posset, MB. [16] Om., OB, MA, MB, CE, CM. [17] aliquis, MG, OC. [18] ducit, MC, LA. [19] etiam, LA, Y, MB, MC. [20] et, OB, MA, MB. [21] crimen, MG, OC. [22] etiam, OB, MA, MB. [23] Om., OA; habuerit, LA; habent, MG. [24] et, OB, MA, MB. [25] Om., OB, MA, MB. [26] Om., MG, OC. [27-28] Om., OA, OB, MA, MB, CE, CM, MC. [27] seductione, OC, MG. [28] sunt, MG, OC, MA. [29] et, OB, MA, MB. [30-31] Om., OB, MA, MB.

Quod atrox iniuria æstimatur multis modis.

EST[32] quidem iniuria levis et est[33] atrox. Atrocitas vero æstimatur ex ipso facto, ut si quis fuerit male vulneratus, verberatus et male tractatus contra pacem. Item ex loco, si in curia regis[34] vel dominorum, si coram iustitiariis vel in comitatu coram vicecomite. Item si in theatro, in nundinis, vel in foro, vel alibi coram omni populo. Item locus vulneris, ut[35] si in fronte vel in oculo magis quam in loco secreto. Item ex persona æstimatur iniuria, ut si magistratibus, ballivis fiat, parentibus vel patronis. Item non solum tenetur actione iniuriarum qui fecit iniuriam, hoc est qui percussit, sed ille qui dolo fecit vel[36] curavit, ut cui mala pugno[37] percuteretur.

Quod iniuria per dissimulationem aboletur.

HÆC[38] autem[39] actio per dissimulationem aboletur. Et ideo si quis iniuriam passus hoc statim ad animum non revocaverit, postea ex pænitentia remissam iniuriam per dissimulationem ad animum recolligere non poterit.

De vetito namii.

DETENTIO namii pro districtione facienda pertinet ad coronam domini regis, et vix alicui conceditur terminandum præterquam ipsi domino regi vel iustitiariis suis. Sed quia placitum istud[40] dilationem non capit, propter animalia muta et propter damnum quod evenire posset si diu detinerentur[41] inclusa, donec placitum de vetito namii terminaretur, ideo[42] placitum de vetito namii vicecomiti conceditur terminandum, hac necessitate, quod quidem non habet ex officio vicecomitis, sed sicut iustitiarius ipsius domini regis. <Et eodem modo non erit aliquis qui huiusmodi libertatem clamare possit ut[43] de iure sibi ipsi competente, nisi ut iustitiarius domini regis, et de
f. 156] speciali concessione regis, et nisi hoc habeat, tueri non poterit aliquo tempore longo. Item cum quis talem habeat libertatem, refert utrum averia deliberata fuerint per breve domini regis ad querelam factam regi, vel sine brevi regis[1] ad querelam factam immediate vicecomiti, ad hoc quod quis habeat curiam suam de huiusmodi placito si curiam petat, cum in iustitia facienda negligens non extiterit.> Omnia vero quæ contingere possunt circa huiusmodi placitum consistunt et[2] versantur circa duo, videlicet circa captionem et detentionem contra vadium et plegios. Et est omnis captio iusta vel iniusta. Si autem iusta sit captio, videlicet pro servitio detento ab aliquo qui servitium illud cognoscit, tunc poterit ille qui capit cognoscere

[32] est etiam, OC, MG. [33] Om., OB, MA, MB. [34] domini reg., V, OC. [35] Om., OC, MG. [36-37] vel qui dolo procuravit ut alicui maxilla pugno, V. [37] pro pugno, LA, OC, MG; om., MA, MB, OB. [38-39] est autem, MB; hæc, CE; hæc est, MG, OC. [40] illud, MSS. var. [41] tenerentur, OB, MA, MB, CE, CM. [42] et ideo, OB, MA, MB. [43] non, MG, OC.

[1] Om., OA, LA. [2] ut, OB, MA; nisi, MB.

captionem illam, nec in[3] tali captione delinquit.[4] Sed si averia taliter iuste capta contra vadium et plegios fuerint detenta cum petita fuerint per vadium et plegios, præstita securitate de servitio faciendo cum arreragiis, vel si alia occasione capta fuerint, <Sicut pro damno facto vel iniuriis vel debitis, et[5] aliis quæ terminari possunt[6] sine brevi,[7] iniusta poterit esse captio et[8] iniusta detentio. Primo agatur de captione, quia numquam forte capta, vel si capta iuste vel iniuste, numquam fuerunt petita per vadium et plegios, vel si petita, non venit ad curiam domini sui ad standum recto, et ita quod iterum capta. Item si[9] pro damno facto, disputari poterit utrum capta fuerint in damno vel extra.> tunc de veniendo ad curiam et parendo iuri, et[10] hoc convictum sit in comitatu, tunc ille qui cepit incidet in misericordia vicecomitis, et averia sic capta deliberabit vicecomes tali modo, quod ille cuius averia sunt, veniat ad curiam domini sui ad rationabilem summonitionem et ad certum diem responsurus de servitio suo quod cognoscit et de arreragiis servitii illius. Et in hoc casu oportet quod dominus defendat detentionem vel[11] concedat. Si autem concedat detentionem iniustam, planum est quod ex hoc sequitur. Si autem defenderit detentionem iniustam, et querens sectam habeat statim ad manum, quæ examinata in omnibus concors fuerit, et quod omnia facta fuerunt[12] sub eorum præsentia, tunc vadiabit defendens legem se duodecima manu, in qua si defecerit, incidet in misericordiam vicecomitis sicut in primo casu, et restituet querenti damna sua quæ habuit[13] per illam detentionem. Si autem legem fecerit, dominus tunc quietus recedet, et querens in misericordia, sed nulla damna recuperabit, et retornabit domino averia capta. Et querens aut satisfaciat[14] domino statim de servitio suo, aut replegiare faciat averia sua usque ad certum diem, ad quem faciet ei id[15] quod de iure facere debebit. Sed quid si[16] postea cum fuerint retornata petantur per vadium et plegios et tunc[17] sint vetita? Videtur[18] quod deliberari debent ut prius.

Si captio fuerit iniusta.

SI vero captio fuerit iniusta, sicuti pro servitio quod tenens non cognoscit, et de quo sine præcepto domini regis respondere noluerit, tunc oportet quod ille qui averia ceperit[19] respondeat de iniusta captione, sive illa detinuerit iniuste contra vadium et plegios ut supra sive non. Et hoc si querens doceat per certa indicia[20] et sectam sufficientem quod capta fuerint pro servitio

[3] etiam, OB, MB. [4] deliquit, LA, MG, MC. [5] vel, V, CM, MA, OB, MB. [6] possint, OA, CE. [7] brevi domini regis, V, OB, MA, MB, CM. [8] vel, MG, OC. [9] Om., MG, OC. [10] et per, OB, MA, MB. [11] suam et, OB, MA, MB, CM. [12] fuerint, LA, OC, OB, MC. [13] habuerit, OB, MA, MB, CE. [14] satisfaciet, OB, MB. [15] Om., OA, OB, MA, MB, CE, CM; illud, OC. [16] Om., CE; si cum, OA, LA, MG, OC, MC (si tamen). [17-18] tunc sic videtur, OC, MG (sicut). [19] cepit, OC, MG. [20] iudicia, V, MSS. var.

quod non cognoscit, quia cum aliquis dedixerit[21] servitium petitum, sive debitum sit et solutum sive non, cum in placito illo per breve domini regis perveniri[22] possit ad duellum vel[23] magnam assisam, manifeste patet quod f. 156b] nullus liber homo de tali servitio tenetur respondere sine brevi domini regis, non magis quam de libero tenemento suo. Sed quid si dominus recenter fuerit in seisina de servitio de quo contenditur? Numquid poterit tenens illud dedicere? Bene poterit ut videtur, licet solutum, debitum vel indebitum.

Si querens queratur de captione scilicet et detentione.

Si autem tenens[24] conqueratur de iniusta captione et iniusta detentione simul et semel, bene poterit utramque iniuriam si velit prosequi, et per eosdem testes et per eandem sectam, si fuerint concordes et idonei et sufficientes, ponere poterit captorem et detentorem ad legem. Et vadiata lege habebit diem ad faciendam legem ad proximum comitatum, ad quem poterit uterque se essoniare si voluerit. Et si ad diem legis faciendæ defuerit aliquis de duodecim, vel si contra prædictos excipi possit quod non sint[25] idonei ad legem faciendam, eo quod villani sint[26] vel alias minus idonei, tunc dominus incidet in misericordiam et damna restituet sicut prius. Et contingit multotiens quod dominus salvo poterit defendere detentionem contra vadium et plegios, sed non iniustam captionem, et quo casu uterque incidet in misericordiam vicecomitis tam dominus quam tenens, scilicet[27] dominus propter iniustam captionem et tenens pro falso clamore de iniusta detentione.

Si dominus post legem vadiatam defaltam fecerit.

Si dominus post legem vadiatam defaltam fecerit, distringendus erit quod veniat ad proximum comitatum auditurus iudicium suum de defalta, ad quem comitatum sive venerit sive non, debet tenens[28] averia sua habere deliberata, eo quod dominus deficit[29] in lege sua facienda. Et post talem districtionem nullum habebit reus essonium in odium defaltæ quam fecit, nec poterit dedicere comitatum per aliquem audientem et intellegentem, quod ipse legem non vadiaverit, cum in hoc casu habeat comitatus recordum sicut in aliis pluribus casibus: quia si hoc facere posset, eadem ratione dedicere posset quilibet contra comitatum de visu petito et waranto vocato et cognitionibus et attachiamentis et huiusmodi. Et inde sequeretur quod nullum placitum terminaretur in comitatu. Hoc tamen videtur esse contra eos qui dicunt quod comitatus non habet recordum, cui contradici non possit per unum audientem et intellegentem.

Quod non potest quis aliquid dedicere de recordo adversarii.

f. 157] Ad quod notandum quod nullus potest in comitatu vel alibi ali-

[21] dixerit, OB, MA, MB. [22] pervenire, V, CM. [23] vel ad, OC, MG (et), OB. [24] querens, MC, MG. [25-26] sunt . . . sunt, MSS. var. [27] si, OB, MB. [28] Om., MG, OC. [29] defecit, V, OB, MB.

quid[1] dedicere de recordo adversarii sui, nec de recordo illo aliquid augere vel diminuere ad damnum ipsius adversarii sui: quia si hoc, sic sequeretur inconveniens, quod quidquid boni adversarius suus diceret pro se amovere posset et in peius convertere. Sed de recordo suo proprio per comitatum recitato inde augere poterit vel[2] diminuere, sed totum dedicere non potest, nec ea quæ sunt de substantia negotii vel principalia cum captione adversarii. Verbi gratia: Sit qui petat quandam terram de seisina[3] antecessorum suorum per verba duellum facientia,[4] et nominaverit tempus regis Ricardi, et quod expletia ceperit[5] ad valentiam viginti solidorum, hoc ad alium comitatum dedicere poterit et dicere[6] quod petiit de seisina antecessorum suorum de tempore regis Iohannis, et ita mutare. Vel quod petiit de tempore regum Ricardi et Iohannis simul,[7] et ita augere. Et quod expletia cepit[8] ad valentiam quinque solidorum, et sic minuere. Et statim hoc probare debet per unum audientem et intellegentem qui incontinenti paratus sit hoc probare per corpus suum si curia considerat.[9] Et sic poterit quis proprium recordum mutare, augere, et minuere, quia ex hoc nullum damnum habebit adversarius, quia non sunt[10] multum de substantia negotii.

De officio vicecomitis.

Officium vero vicecomitis est si quis conqueratur de iniusta captione[11] vel[12] iniusta[13] detentione[14] contra vadium et plegios, quod cum breve domini regis susceperit,[15] quod tale est: Rex vicecomiti salutem. Præcipimus tibi quod[16] sine dilatione replegiari[17] facias tali[18] averia sua quæ talis cepit et iniuste detinet ut dicit. Et postea eum inde iuste deduci facias, ne amplius inde clamorem audiamus pro defectu iustitiæ. Teste etcetera. Vel etiam ad querelam alicuius sine brevi, accepta prius ab eo securitate de prosequendo. In propria persona sua si ad hoc intendere possit, accedat ad locum ubi averia detenta sunt, ut dicitur, vel si ipse non possit, mittat servientem suum, et statim cum venerit petat visum de averiis illis ubicumque inclusa fuerint. Et si sit aliquis contradictor quod inde visum habere non possit, vel propter hoc in eum manus violentas iniecerit, statim levet[19] huthesium et clamorem, et cum huthesio et clamore capiat delinquentes, sicut illos qui sunt manifeste contra pacem domini regis, et in gaolam proiciat quousque dominus rex præceperit[20] inde voluntatem suam, et averia capta deliberet si inveniantur. Si autem inveniri non possint,[21] eo quod alibi fugata sunt

[1] Om., MG, OC. [2] et, LA, MC. [3] disseisina, LA, Y, MC. [4] facienda, MG, OC. [5] cepit, V, OB, MA, MB, CM, OC. [6] diem, MG, OC. [7] Om., MG, CM, OC. [8] ceperit, CE, Y. [9] consideraverit, V, OA, MG; *sic*, OB, MB, CM, Y; consid., MA, MC, CE, OC, LA. [10] est, LA, Y, MC. [11-13] Om., OB, MA, MB, Y (+ captione). [12-14] Om., OA, CE, CM. [15] supervenerit et receperit, V. [16] quod iuste et, LA, Y, MC. [17] replegiare, V, OC. [18] A., MA; om., OB, MB. [19] levetur, LA, Y. [20] præceperat, OB, MA, CM. [21] possunt, V, MG, OC, OB.

forte[22] vel extra comitatum in fraudem, et captor[23] terram habuerit[24] in comitatu et catalla, capiat serviens regis[25] de averiis illius in duplum, et illa detineat donec averia sic abducta reducantur. Sed quid si captor nullam terram habuerit in comitatu nec catalla? Quid erit? Cum potestas vicecomitis non[26] extendatur usque ad[27] alium comitatum, et hoc fiat in fraudem ad[28] impediendam potestatem vicecomitis, tunc recurrendum est ad potestatem regis, et fiat[29] tale breve.

Breve de attachiendo, quare cepit averia et fugavit extra comitatum.

Rex vicecomiti salutem. Quia A. fecit nos securos etcetera. Vel aliter: si A. fecerit te securum etcetera, pone[30] per vadium et salvos plegios B. quod sit coram iustitiariis nostris apud Westmonasterium tali die, ostensurus quare cepit averia ipsius A. in comitatu tali ubi idem B. non habet terras neque tenementa, licet habeat feoda, et ipsa fugavit a prædicto comitatu tali usque ad comitatum tuum in fraudem extra potestatem[31] vicecomitis f. 157b] nostri talis, et ibidem ea detinet contra pacem nostram ut dicit. Eodem modo fiat[32] breve si hoc fecerit ad gravamen tenentis sui, cum in comitatu ubi tenens degerit feodum habuerit et curiam capitalem ad quam tenens sectam debuerit, cum hoc faciat de voluntate et in fraudem, et non de necessitate pro defectu curiæ. Et tunc sic: Ostensurus quare cepit averia ipsius A. in comitatu tali ubi idem B. terras habet et tenementa et curiam capitalem, et ipsa fugavit etcetera ut supra. Si autem hoc fecerit ex necessitate et pro defectu curiæ, non erit hoc ei imputandum.

Cum vicecomes vel serviens regis visum habuerit de averiis sine impedimento.

Cum autem vicecomes vel serviens regis[33] visum habuerit[34] de averiis captis sine impedimento et contradictione, statim faciat ea[35] deliberari querenti, et statim det utrique eorum diem ad proximum comitatum, ut ille qui cepit averia[36] quorum captio dedici non poterit contra recordum vicecomitis vel servientis, sive iusta fuerit sive iniusta, ostendat rationem quare illa iuste ceperit,[37] et tunc ille qui queritur doceat si possit quod iniuste. Ad quem comitatum de iure nullum competeret captori essonium, cum iniusta captio et[38] detentio[39] contra vadium et plegios dici poterit quædam roberia contra pacem domini regis, etiam[40] plus quam nova disseisina. Cum vero uterque præsens fuerit in comitatu, tunc dicat captor quod iuste cepit et secundum[41] considerationem curiæ suæ, pro servitio quod idem querens et

[22] Om., OB, MA, MB, CE, CM. [23] raptor, OA, CE, MG. [24] habeat, LA, Y, MC; habuit, CM. [25] Om., MA; domini regis, LA, Y, MC. [26] Om., OA, MC, MG, LA (+). [27] in, LA, Y, MC. [28] et, MG, OC (et in). [29] fiat ei, LA, Y, MC. [30] tunc pone, MG, OC. [31] comitatum, OB, MA, MB. [32] fiet, LA, Y, MC. [33] Om., OC, MG. [34] habuerint, OA, LA, CE, MC. [35] Om., MG, OC. [36] averia et, OB, MA, MB. [37] cepit, OC, MG (iniuste). [38-39] Om., OB, MA, MB. [40] et, MG, CM, MA. [41] per, V, LA, Y, MC.

tenens suus ei debuit et iniuste detinuit. Et inde poterit curiam suam vocare ad warantum si voluerit, et bene defendat quod illa numquam detinuit contra vadium et plegios. Ad quod querens respondere poterit quod illa iniuste cepit et detinuit, quia cum ad curiam ipsius captoris summonitus esset ad respondendum ei de servitiis et consuetudinibus, ipse respondit quod nullum tale servitium ei debuit, et iudicium petiit si debuit ei[42] respondere sine brevi et præcepto domini regis, desicut hoc tetigit liberum tenementum suum. Et super hoc nihilominus cepit idem dominus suus averia sua, et eum distrinxit pro servitio quod non cognovit, et cum averia sua peteret deliberari quiete illa noluit deliberare. Et inde producat sectam suam sufficientem, scilicet probos homines qui præsentes fuerint[43] in curia,[44] qui[45] bene examinati concordes inveniantur, tunc summoneatur curia,[46] quæ[47] cum venerit concordans fuerit cum secta, tunc refert utrum captor districtionem fecerit per iudicium curiæ vel propria voluntate. Si autem per[48] iudicium[49] curiæ, tunc erit curia in misericordia pro falso iudicio, et averia remanebunt deliberata. Si autem propria voluntate et curia sua ei defecerit de warantia, tunc erit ipse in misericordia, et remanebunt averia deliberata. Sed quid si curia recordetur quod querens servitium petitum[50] recognovit et curia ipsa iudicium advocet, et quod iusta fuit captio propter cognitionem? Querens recordum illud dedicere poterit et cognitionem contra recordum curiæ. Esto quod in curia domini nullum fuit placitum de servitio, sed immediate perventa est querela ad comitatum de iniusta captione, et quo casu quod dominus cognoscat quod iuste et pro servitio suo ut prædictum est, tunc aut querens omnino dedicit servitium illud et quod illud numquam fecit, vel cognoscit quod[51] illud aliquando[52] fecit, sed iniuste quia cartam habet quæ ipsum inde adquietat. Si autem omnino dedixerit, f. 158] tunc quia comitatus non habet potestatem ulterius cognoscendi, nec iudicare poterit utrum servitium debitum sit vel non, remaneant averia deliberata, et dominus sibi perquirat quod faciat ei[1] servitia et consuetudines quæ ei facere solet, si recenter fuerit in seisina propter seisinam recentem. Et quo casu recuperabit omnia damna sua quia agit tantum de possessione. Si autem de[2] longinqua et remota seisina, tunc dicatur quæ[3] ei facere solet et debet, ut[4] utrumque ius tam possessionis quam proprietatis in iudicium deducatur per breve de recto, ubi nulla damna recuperabit. Si autem cognoscat querens quod aliquando fecit ei servitium sed iniuste, tunc quia cognoscit seisinam domini, iustam vel iniustam, retornentur averia

[42] inde, V, MG; ei inde, LA, Y, OC, MC. [43] fuerunt, OC, MG, Y. [44] curia et, V, Y, MG (— qui). [45-46] Om., OA, OB, MA, MB, CE. [47] qui, MA, MG, OC. [48-49] Om., OA, OB, MA, MB, CE, CM. [50] Om., OB, MA, MB. [51-52] quod al., OB, MA, MB; quod illud quod aliquando, MC.

[1] Om., OB, MA, MB. [2] Om., OC, MG. [3] quod, OB, MA, MB. [4] et, V, MG.

donec satisfecerit domino de servitio quod cognoscit, propter seisinam, licet ius non habuerit. Et querens sibi perquirat per[5] breve quod dominus non exigat ab eo servitia et consuetudines quæ facere non debet, eo quod illa de iure non debet. Et ideo si seisina ipsum[6] gravat, liberabit ipsum[7] actio super iure. Dicere etiam poterit captor quod averia iuste cepit, quia cum habeat fundum suum liberum, ita quod nec ipse querens nec alius communam in eodem habere possit nec aliam servitutem, et cum idem querens immisisset averia sua cum ius non haberet immittendi, et pluries esset ei prohibitum ne immitteret, ipse nihilominus immisit contra prohibitionem: et ita cepit averia sua iuste, paratus[8] ei illa restituere si vellet[9] ab huiusmodi iniuria abstinere, quod quidem facere penitus recusavit, nec voluit averia sua tali modo recipere. Ad quod querens, quod iniuste,[10] quia ipse communam ibi habere debet et semper habuit, et hoc paratus est docere, ubi et quando etcetera. Et ex quo noluit illa quiete[11] sine[12] plegiis[13] dimittere, ideo noluit tali modo plegios invenire. Et quia comitatus non habet potestatem procedendi ulterius, remaneant averia deliberata. Et si querens uti voluerit cum ius non habeat, si dominus aliter se defendere non possit, habeat breve contra ipsum de nova disseisina de libero tenemento suo. Et si querens ius habeat utendi et dominus non permittat, habeat breve versus dominum de communa pasturæ suæ.

De responsione captoris, quod iuste quia in damno suo.

DICERE etiam poterit captor quod iuste cepit averia sua, quia illa invenit[14] in damno suo, et secundum consuetudinem regni imparcavit illa[15] donec damnum suum ei esset amendatum, et non alio modo. Et ipse querens noluit damnum emendare nec securitatem dare, vel nec umquam[16] illa[17] petiit per vadium neque per plegios, vel si petiit, oblata fuerunt ei tali modo ut prædictum est, et inde producat[18] sectam. Et si querens hoc præcise negaverit, defendat se per legem, vel si dicat quod si[19] prædicta occasione capta fuerunt[20] et iuste, tamen detenta[21] fuerunt[22] iniuste contra vadium et plegios, quia ille querens venit ad ipsum captorem cum probis hominibus et coram eis paratus fuit emendare ei damnum suum[23] per visum eorundem, et ipse hoc recusavit, et nihilominus averia sua detinuit iniuste et[24] contra vadium et plegios. Et si non[25] habuerit bonam sectam et sufficientem, ille captor, si hoc præcise defenderit,[26] vadiet legem, et sic ex[27] utraque parte poterunt leges vadiari.

[5] Om., V, MA. [6] illum, V, Y. [7] eum, MA, Y. [8] paratus est, OC, MG, Y. [9] velit, V, OC. [10] iuste, OB, MA, MB. [11] quiete et, LA, Y, MC. [12-13] Om., MG; sine placito, OC. [14] cepit, MC, Y, LA. [15] Om., MG, OC. [16-17] numquam illa, MA, MG; numquam ea, LA, MC, Y (umquam). [18] producit, MG, OC. [19] Om., MG, OC, CM, OB, MA, MB, Y (+). [20] fuerint, MG, OC. [21] retenta, LA, Y, MC. [22] Om., LA; fuerint, OC, MG, MC. [23] Om., OB, MA, MB. [24] Om., V, LA, MG, OC, CM, MC. [25] inde, V, LA. [26] defenderet, MG, OC. [27] Om., MG, OC.

Si lex vadietur ex utraque parte.

ITEM si querens dicat quod iniuste cepit averia sua quia nullum damnum ei fecerunt, nec cum[28] obtulisset ei satisfacere de damnis[29] aliquod damnum ei f. 158b] ostendit, oportet quod captor sectam producat sufficientem quod illa cepit in damno suo, et ideo iuste, vel pro servitio suo[30] recognito, et iniuste detento. Si autem ad servitium respondeat querens cum[31] illud recognoverit quod averia iniuste capta sunt, quia totum fecit servitium ita quod ei nihil a retro est, si inde habeat sectam sufficientem quæ sufficiat[32] ad probationem, iniusta erit captio, nec se defendere poterit captor[33] per legem.[34] Item dicere poterit captor quod iuste, quia quidam talis questus fuit de querente de tali iniuria, sicut de verberibus et sanguine effuso vel de tali debito sine brevi. Et unde talis summonitus fuit quod esset[35] ad certum diem inde responsurus, ad quem diem non venit nec se essoniavit, et unde per considerationem curiæ meæ districtus fuit quod esset ad alium diem. Et ad quem diem non venit, et ita quod alias per considerationem curiæ præceptum fuit quod averia primo[36] capta retinerentur, et caperentur plura. Et ita per iudicium iuste capta fuerunt, et non detenta iniuste contra vadium et plegios quia numquam petita. Vel sic: cum[37] primo post summonitionem capta essent averia pro defalta ipsius querentis, et petita per plegios ei deliberata essent per sic quod veniret ad alium diem rationabilem inde responsurus, et nisi veniret quod averia retornarentur.[38] Ad diem illum non venit, et retornata fuerunt averia per defaltam suam, et ita iuste capta. Ad quæ respondeat querens quod iniuste et tali ratione. Et sic iuste capi possunt averia vel iniuste assignata ratione: quia semper inquirendum erit qua occasione capta fuerint, et sive iuste vel[39] iniuste capta fuerint,[40] tamen contra vadium et plegios denegari non debent, dum tamen ille cuius fuerint paratus sit facere quod de iure facere debebit. Et notandum quod iniusta captio emendari poterit per vicinos, iniusta autem detentio non, quia hoc est manifeste contra pacem domini regis et contra coronam suam.

Si serviens alicuius ceperit averia alicuius in absentia domini sui.

SED quid si serviens alicuius ceperit averia alicuius tenentis domini sui, et ipse tenens conqueratur de serviente quod averia sua iniuste ceperit[41] et contra vadium et plegios detinuerit, et serviens curiam domini sui vocaverit ad warantum, et curia ei warantizaverit de servitio quod non[42] recognoscitur? Serviens liberabitur et curia de facto suo[43] respondebit. Sed numquid[44] poterit curia sine domino respondere cum servitium tangat ipsum

[28] tamen, MG, OC. [29] damno, MG, OC. [30] Om., OB, MA, MB. [31] quare, MG, OC. [32] sufficit, LA, Y, MC. [33-34] Om., MG, OC. [35] Om., MG, OC. [36] prius, LA, Y, MC. [37] quod, MG, OC. [38] retornerentur, OA, LA, MG, CM, OC. [39] sive, MA, CM, Y, V. [40] fuerunt, V, MA, OC, CM. [41] cepit, V, MA, MG, OC. [42] Om., MA, MG, OC. [43] Om., OB, MA, MB. [44] numquam, MG, OC.

dominum? Immo, ita quod[45] iudicium emendetur. Si autem averia capiantur per servientem sine iudicio curiæ, et postea petita fuerint ab ipso domino cum præsens fuerit, et ipse ea vetuerit per vadium et plegios, uterque tenebitur ut videtur, unus de captione et alter de vetito. Et licet dominus ipse advocaverit captionem, servientem non liberat, sed onerat se ipsum, et uterque tenetur de facto servientis, serviens quia cepit, et dominus dupliciter quia advocat factum servientis et quia vetat. Item sunt qui dicunt quod non tenetur quis respondere de vetito antequam convincatur captio iniusta.[46] Ad quod, quod[47] quamvis captio[48] iusta vel iniusta, tamen vetitum semper erit iniustum. Sed tamen aliud erit si[49] captio[50] omnino nulla, quia ubi nihil omnino captum, nihil erit ex eo quod sit vetitum. Item etsi captum, tamen nihil petitum, et si nihil petitum, tunc non erit aliquid[51] vetitum. Item esto quod nihil actum sit per curiam nec per dominum curiæ, sed tan-
f. 159] tum per servientem: ut si serviens sine domino vel sine curia talliaverit tenentes suos sicut villanos qui sunt liberi, vel dicant se esse liberos forte cum sint servi, et postea tamen[1] inde[2] auctoritate propria fecerit districtionem, et averia ad querelam tenentium fuerint deliberata per vicecomitem ad vadium et plegios, et querela facta sit tantum de serviente sine domino. Quæritur an serviens[3] respondere possit vel debeat sine domino, et rem in iudicium deducere sine eo. Quo casu inquirendum erit a domino utrum factum servientum suorum advocaverit vel non. Si autem non, tunc poterit ipse[4] dominus hoc emendare, quod si advocaverit vel non emendaverit, facit iniuriam illam suam propriam si ibi fuerit iniuria. Et cum[5] advocaverit, poterit descendere[6] ad[7] inquisitionem de tallagio utrum iuste petatur vel iniuste, maxime si[8] loquela posita fuerit ad curiam domini regis. <Casus de Petro de[9] Subaudia et tenentibus suis coram consilio domini regis apud Westmonasterium ad scaccarium, anno regis[10] Henrici quadragesimo sexto, de termino Paschæ paulo ante Ascensionem.>

Cum averia alicuius semel fuerint per iudicium deliberata et iterum capta.

Cum autem[11] averia semel per iudicium comitatus fuerint deliberata, iterum capi non debent pro eodem antequam placitum terminetur. Et si iterum capta fuerint, vicecomes ea iterum deliberari faciat cum damno capientis per tale breve.

Breve quod deliberentur.

Rex vicecomiti salutem. Monstravit nobis A. quod cum breve nostrum tibi

[45] per, OB, MA, MB. [46-48] Om., OB. [47] dico, V; om., MA, MB, MC, CE, CM, MG; videtur, OC. [49-50] Om., OB, MA, MB. [51] Om., OC, MG.

[1] cum, V, OB, MA, MG, MB. [2] Om., LA, Y, OC. [3] servus, LA, Y. [4] Om., MA, LA, Y, MC. [5] non, OA; si, OB, MA, MB, CE, CM. [6] defendere, MG, OC, LA. [6-7] defendere per, OC, MG. [8] Om., OA, OB, MA, MB; cum, MG. [9] et, OB, MA, MB. [10] regni regis, V, MG, OC. [11] Om., OB, MA, MB.

nuper detulisset de averiis suis replegiandis quæ B. cepit et iniuste detinuit ut dicit, et tu eadem averia eidem A. replegiasses, et ei dedisses diem ad proximum comitatum tuum, et prædictum B.[12] attachiasses ad respondendum super hoc eidem A., prædictus B. post attachiamentum illud averia eiusdem A. iterum cepit eadem occasione qua[13] ea prius ceperat, vel occasione[14] alicuius talis quod tangit illud placitum principaliter,[15] et illa detinet sicut prius. Et quia hoc est manifeste contra pacem nostram, tibi præcipimus quod averia ipsius A. sine dilatione deliberari facias quousque capitale placitum inde inter eos terminetur. Et si inveneris quod prædictus B. averia ipsius A. iterum ceperit[16] ea occasione qua ea prius cepit, et idem A. fecerit te securum de[17] clamore[18] etcetera, tunc habeas coram iustitiariis nostris ad primam assisam etcetera, corpus ipsius B. ad respondendum prædicto A. de secunda captione. Et habeas ibi hoc breve. Teste etcetera. Et unde sive[19] prima captio iusta fuerit sive iniusta, secunda omnino erit iniusta. Vel aliter: Et[20] si inveneris quod prædictus B. averia ipsius A. iterum ceperit ea occasione qua prius ea ceperat, tunc[21] corpus prædicti B. habeas coram te et coram custodibus placitorum coronæ nostræ ad proximum comitatum tuum. Et si per ballivos tuos per quos averia prædicti A. secundo replegiata fuerunt[22] et per alios legales homines convinci poterit de secunda captione, et pro una eademque[23] occasione, tunc prædictum B. ita castiges per gravem misericordiam, ut castigatio illa in casu consimili aliis timorem tribuat delinquendi. Teste etcetera. Et quo casu semper oportebit quod inculpatus defendat secundam captionem et detentionem et damnum et totum, secundum quod fuerit inculpatus, contra querentem et contra sectam suam si sectam produxerit sufficientem, cum ei non sit credendum ad simplicem vocem suam. Et si simpliciter defenderit per legem se defendat contra sectam. Poterit tamen inculpatus ita excipere et respondere quod uterque onerabitur ad sectam producendam. Et cum hinc inde fuerit[24] diligenter examinata, pro ea iudicabitur quæ[25] veri probabilior et verisimilior esse probabitur.[26] Et quod secta examinari de-
f. 159b] beat, probatur de itinere Willelmi de Ralegha in[27] comitatu Leycestriæ in principio rotuli, de Rogero de la Suche, ubi dicitur quod si secta ex parte querentis producatur, quod averia sua iniuste capta fuerint[28] et contra vadium et plegios iniuste detenta, et responsum sit ex adverso quod iuste, et ideo, quia capta fuerunt in damno et contra vadium et ple-

[12] Om., MG, OC. [13-14] Om., MG, OC. [15] principale, OC, MG, CM, MC; princip., LA. [16] cepit, V, MG. [17-18] Om., V, LA, Y, MC; de clam. suo prosequendo, MG, OC (clamio). [19] si, MG, OC. [20] Om., OB, MA, MB, Y. [21] Om., OB, MA, MB. [22] fuerint, MA, MB, MG, CM, OC; om., CE. [23] et eadem, OB, MA, MB. [24] fuerit secta, V. [25] qui, MG, OC. [26] probatur, LA, Y, MC. [27] Om., OB, MA, MB, CE, CM, OA. [28] fuerunt, V, OC, MB.

gios non detenta, si cum[29] secta fuerit examinata, non concordet nec deponat secundum intentionem querentis, quia forte dicit contrarium vel diversum, vel quia nihil scit[30] nisi de auditu, vel quod[31] nihil actum fuit in præsentia eorum qui producuntur, tunc ille de quo queritur recedat[32] sine die.

Sunt etiam catalla quæ petuntur sub nomine averiorum cum quis in solo alieno fecerit opus manifestum, si instrumenta sua sicut utensilia capiantur quasi in namium propter delicta.

SUNT etiam catalla quæ aliquando petuntur sub nomine averiorum cum quis in solo alieno opus fecerit manifestum,[33] ut si howiaverit vel fossatum fecerit vel[34] carucam immiserit, et huiusmodi utensilia vel catalla capiantur, et[35] per vadium et plegios denegata cum petantur, et vicecomes vel ballivus ad querelam eius cuius fuerint illa deliberaverit usque ad comitatum, ubi cum captor dixerit quod iuste capta sint propter opus manifestum[36] in fundo et solo suo iniuste contra voluntatem suam, et alius dicat fundum illum esse suum: quia istud tangit liberum tenementum, nec sciri poterit quis eorum dominus sit, nec comitatus potestatem habet cognoscendi, tunc recurrendum erit ad assisam novæ disseisinæ per illum qui queritur, et retornentur utensilia et averia sic capta, et ante captionem assisæ non deliberentur. Et sic fiat de similibus.

[29] tamen, LA, Y, MG, MC. [30] fecit, OC, MG; sit, MC; (non scit, OB, MA; n. sit, MB). [31] quia, V, MA, Y. [32] recedet, MA, Y. [33] manifestum vel manufactum, V; manufactum, OA, LA, MC. [34] cum, OA, OB, MB, CE, CM. [35] Om., OB, MA, MB, CE, CM, OA. [36] manufactum, OA, LA, MC.

PRINTED IN THE UNITED STATES OF AMERICA